PINDARI POETAE VETVSTISSIMI, LYRIcorum facile principis,

OLYMPIA
PYTHIA
NEMEA
ISTHMIA

Per Ioan. Lonicerũ latinitate donata: adhibitis enarrationibus, é Græcis Scholijs, & doctissimis utriusq; linguæ autoribus desumptis: quarum suffragio Poëta, à paucis hactenus intellectus, nunc planior & illustrior redditur.



Cum gratia & priuilegio Cæsareo.

BASILEAE,
Apud Andream Cratandrum,
M. D. XXXV.

EVRICII CORDI MEDICI
in Pindarum Epigramma.

Martia sectetur discissus tympana miles,
Et strepeyos lituos terribilesq; tubas.
Te Phœbea decent imberbis carmina pubes,
Conuenit hic studijs cultus amorq; tuis.
Pindaricos igitur facili cape pectore cantus,
Et sua belligero classica linque deo.

IACOBI MICYLLI
in eundem.

Carmina Thebani cernis memoranda poëtæ,
Qui Lyricos inter maximus unus erat,
Dũ studijs honor, & laudes mansere Camœnis,
Nec profuga in sola Musa iacebat humo.
Hunc Latijs postquam Lonicerus reddidit oris,
Et fecit studijs omnia clara suis,
Vlterius nihil est quod nunc studiose requiras,
Quo minus hũc oculis, mẽte, manuq; teras.

IMAGINIBVS, VIRTVTIBVS ET LIteris claro, D. Iacobo à Tubenheym, Illustrißimi Hessorũ Principi à consilijs, domino suo, Ioannes Lonicerus τὸ πράττειν.

Callimachus minime uulgaris poëta, Eximie uir, gnomen cedro dignam inter alias plerasq; hanc memoriæ prodidit: Diuitiæ sine uirtutibus haudquaquam aliquem fœlicem constituunt. Verißima profectò sententia: qua quid quæso rectius ab elegantißimo Musarum sacerdote dici potuit? Nõnne enim sanctißimum uerbum est: Diuitiæ sublatis uirtutibus homini nihil prosunt, non reddunt beatum? Siquidem ad summi omnium rerum conditoris imaginem formatus homo, immortalis & æternus, caducis ac paulò post interituris bonis, uerè & fœliciter exornari nequit. Etiamsi enim corpus laute alatur, splendide uestiatur, molliter curetur, animus tamen adhuc nihilominus impolitus, & indecorus manet. Fingamus purpura quempiam amictum, auro & ãgento circunfusum, Smaragdis, Chrysolithis & Amethistis & collum & digitos redimitum: uirtutem adime, quid differet rogo à pecore, à bestia, à bellua? Atqui ut aër ni sole illustretur, obscurus, tenebricosus & horridus est: non dißimilem ad modum, humanum ingenium, nisi uirtutibus excolatur, stupidum, ignobile, Bœoticamq; suem spirans perseuerat. Quod in Tantalo præsertim & Mida, ingeniosißimi & prudentißimi rerum indagatores Poëtæ, pulchre mehercle adumbrarunt: qui quum nullo planè honesti respectu, soli Pluto & auaritiæ dediti essent, ignauorum regum notam apud posteros consequuti sunt. Ad hæc doctißima Sappho, quæ ob Lyrices suæ excellentiam decima Musa à Græcis nominatur, à Callimachi sententia non dißidet, dum ait:

Opes citra uirtutis eximium decus
Domum male incolunt, sin has commisceas
Felicitas hinc summa belle nascitur.

Et Isocrates: Sola, inquit, uirtutis possesio immortalis. Ecquur nõ meritò sacratißimas has chrias demirabimur? Proinde quum tua humanitas, præstantißime Iacobe, & opibus θεῶν βελῇ auctа, & uirtutibus decorata sit: optimo in literas & Musas affectũ esse, à doctißimis quibusq; deprædicetur e intelligit, ni fallar, quali quanta ue fœlicitate clarescat. Deniq; quum præter has præclarißimas cœlitus cõmunicatas dotes, pietatis etiam amore flagret & ardeat præstantia tua, est quur ego cupiuerim te cum sanctis tum pudicis uetustißimi Lyricorum principis Pindari monumentis & patronum & defensorem, uti claritudinis tuæ fulgore, in uestibulo operis chorusçante, aliquid luminis & gratiæ meo

labori accedat: habeatq; Pindarus meus, imò tuus, quo ſeſe aduerſum liuidos aliquatenus tueatur: cuius encomion, quoniam ſubnexũ eſt, hic lubens prætermitto. Amico ergo uultu ne dedigneris Pindarum oro, & ſi quando per ocium uacat, eo ſimul fruere: eius enim te (ſcio) hymni & lyræ ſonitus mirandum in modum oblectabunt. Recognoui priorem Pindari æditionem meam, correctior & lucidior iamnunc in lucem prodijt, iuxta parœmian, δευτέρων ἀμεινόνων. Enarrationes adiecimus, è Græcis Scholijs & optimis quibuſq; utriuſq; linguæ autoribus decerptas: quarum ope Pindarum noſtrum apertiorem fore quàm antehac, equidem ſpero. Qui quum ubiq; principes, heroës, uiros uirtutibus & literis inſignes euehat, potiſſimum eos, qui quatuor Græciæ celeberrimis ludis, Olympiacis, Pythijs, Nemeis, Iſthmijs uictoriam retulere, cuius gratia uictores ipſi, per uniuerſam Græciam clariſſimi habebantur, ac perpetuus ſolius honeſtatis ſit amator: honeſtiſſimo uirtutum pariter & pietatis eximio amatore te, unicè, eximie Iacobe, gaudebit. Vertimus autem eam ob cauſam proſa oratione Pindarum, quod immenſi propemodum laboris ſit Pindaricas odarum leges, ſimili uerſu exprimere: neq; facile Pindaricæ lyræ maieſtatem & ſublimitatem aſſequi aliquis poſſe uideatur. Deinde, quod lyrica carmina non multum à ſoluta loquendi formula diſcedant. Si enim, ut Cicero inquit, optimorum quorunq; poëtarum, qui λυρικοὶ à Græcis appellantur, uerſus cantu ſpoliaueris, nuda remanebit oratio: & niſi tibicen acceſſerit, orationi ſunt ſolutæ ſimillimi. Curaui, quantum in me eſt, uti Thebanus uates, ni mihi nimium blandiar, à Latinis etiam intelligi poßit. Supereſt iam, uti præſtantia tua, eximie uir, & Poëtam hunc & laborem noſtrum exporrecta & hilari fronte ſuſcipiat: quod ſi factum eſſe percepero, ſatis præmij pro ſudoribus hiſce meis reportaſſe arbitrabor. Sin quibuſdam hæ uigiliæ meæ diſplicuerint, nihil mirum, quandoquidem Somni & Noctis filius Momus, ne ſuperos quidem inculpatos relinquere queat. ἔῤῥωσο. Marpurgi

M. D. XXXII.

PINDARI

PINDARI ENCOMIVM

A IOANNE LONICERO MARpurgi pronunciatum, & uitam & insignia uatis decora complectens.

QVIA Latinis auribus autorem, quod equidem sciam, ferè incognitum, iamnunc enarrandum, ut uires meæ tulerint, recepi, Pindarum nimirum, ut Lyricorum omnium facile principem, sic uetustate ac pietate iuxtà, apprime conspicuum: non indignum fuerit Magnifice domine Rector, uiri & adolescentes iucundißimi, tanti uatis & laudum & uirtutum catalogum quendam texere, ut inde uel ad sempiternum, neq; ullis seculis interiturum eius poëma inflammentur, alacrioresq; ad cœlestem Pindaricæ lyræ siue citharæ sonitum audiendum (quo aquila in sceptro Iouis residens, præ nimia dulcedine in soporem collocatur) studiosi reddantur. Quod ut rectiori ordine perficiamus, de Lyricis poëtis nonnihil primũ dicendum: Pindari nostri encomion, hac uia, apertius illustriusq; in medium prolaturi. Porrò Latinæ linguæ cum decus tum gloria M. Cicero, Pompeium pro lege Manilia cõmendaturus, facilius orationis illius initium, quàm exitum inueniri posse testatur. Quòd ipsum præsenti nostræ causæ longe pulcherrime accõmodare possemus. Tot enim, tanta, tamq; uaria ad summas Pindari laudes facientia me circunstant, ut ferè undenam principium ducam, & ubi tandem finem quærã, hæsitem. Interim tamen hoc oratũ impetratumq; uelim Magnifice domine Rector, ceteriq; disertißimi uiri, ut si quid minus ingenio perfectũ, industria ue elaboratum à me animis uestris perceperitis, boni consulatis. Nihil enim ostentandi causa à me proficiscetur, nihil arrogans, nihil tumidum, nihil nimium audietis. Veri studiosus nihil aliud conabor, quàm ut, si fieri modo poterit, & planè & succinctim, amplißima Pindari præconia ob oculos uestros ponam. Lyrici igitur poëtæ sunt, quorum poëmata ad lyram sunt decantata. Lyra uero idem organon est, quod Græcis κιθάρα & φόρμιγξ appellatur: ut ita lyra & cithara non diuersum ualeant: ut paßim in Pindaricis est uidere. Cuius lyræ & uires & epœnus, quum ipse Pindarus noster in prima Pythiorum ode celebret, auream & Apollinis & Musarum possesionem, lyram nuncupans: eadem iamnunc prætermittere lubet, ne à maioribus longe, quæ sequentur, diutius æquo auocer. Proinde lyrici poëtæ in uniuersum nouem celebrantur, ut hæc senariorum trias docet. Dabitis autem ornatißimi uiri ueniam, si in Græci poëtæ efferendis ornamentis, græca etiam nõnunquam interseruero:

De lyræ & citharæ discrimine fusius disputatur 2. Olympiorũ ode.

λυρικοὶ ποιητοὶ εἰσὶν ἐννέα. ἀλκαῖος, σαπφώ,
στησίχορος, ἴβυκος, βακχυλίδης, σιμωνίδης,

ἀλκμάν, ἀνακρέων, καὶ πίνδαρος. Hoc est,

Lyrici poëtæ sunt nouem: Alcæus, Sappho,
Stesichorus, Ibycus, Bacchylides, Simonides,
Alcman, Anacreon & Pindarus. Enimuero in Epigrammatis Græcis, & fusius & uenustius hunc ad modum numerantur:

Ἔκλαγεν ἐκ θηβῶν μέγα πίνδαρος, ἔπνεε τερπνὰ
ἡδὺ μελιφθόγγου μοῦσα σιμωνίδεω.
λάμπει στησίχορός τε καὶ ἴβυκος, ἦν γλυκὺς ἀλκμάν,
λαρὰ δ᾽ ἀπὸ στομάτων φθέγξατο βακχυλίδης.
πειθὼ ἀνακρείοντι συνέσπετο, ποικίλα δ᾽ αὐδᾷ
ἀλκαῖος κύκνῳ λέσβιος αἰολίδι.
ἀνδρῶν δ᾽ οὐκ ἐνάτη σαπφὼ πέλεν, ἀλλ᾽ ἐρατειναῖς
ἐν μούσαις, δεκάτη μοῦσα καταγράφεται. Quod est, si utcunq; latine reddatur:

Thebanus clanxit certe ardua Pindarus, inde
Suaue sonat grati Musa Simonideæ.
Fulget Stesichorus, dulcis post Ibycon Alcman,
Oreq; iucundo Bacchylides resonat.
Suada & Anacreonta suum comitatur, adestq;
Alcæus cycno Lesbius Aeolico.
Nona nec est inter Sappho lyricosq; urosq;,
Sed numerum Musis auget & hæc decima.

Plura de Lyricorum origine, patria, parentibus, dialectisq; adferre, nec unius horulæ celeritas permittit, nec præsens institutum requirit. Nouem igitur Græcorum lyricos eximios uates, ex hisce quantũ satis est, ni fallor, accepimus. Verum quis inter eos primas tenet? quis inter illos omnium longe præstantissimus? Num Alcæus, quem primo loco Senarij superiores produxere? An'ne Pindarus à quo Heroëlegij duxere principium? Difficile profecto est ullam hac de re sententiam proferre, quandoquidem de reliquorum Lyricorum monumentis nihil ad nos usq; deuenerit, neq; quicquam de illis sit nobis traditũ. At esto sanè quod nihil aliorum Lyricorum uiderimus, quid tum postea? quum Fabius ille Quintilianus adsit, alterum illud eloquentiæ lumen: qui nisi omniũ insignia opera, suis temporibus euoluisset, perlustrasset, cõtulisset, nihil de ipsorum scriptis iudicare potuisset. Age ergo Marce Fabi, de Lyricis mentem nobis atq; sententiã ostende tuam, cuinam inter eos primas defers? Nónne Pindaro? Maxime. Sic enim literis tradidisti: Nouem uero Lyricorũ longe Pindarus princeps, spiritus magnificentia,

magnificentia, sententijs, figuris, beatißima rerum uerborumq; copia, & ueluti quodam eloquentiæ flumine: propter quæ Horatius eum meritò credidit nemini imitabilem. Principem igitur Lyricorum esse, diuinum illum uatem nostrum euicimus. Nunc ut & uirtutes & reliqua ipsius monumentorũ præconia rectius attingamus, facilius id fieri non arbitror, quàm si uitæ eius uniuersam rationem ordine recenseamus, amplitudinem hinc Pindari poëmatum, phrasis seu dictionis obseruaturi: tandem etiam quid ex Pindaro requirendum, quid cõmoditatis expectandum, quarum item uirtutum eximium præconem agat, in propatulum collocaturi. Pindarus itaq; genus suum ad Thebanos refert, perinde ac Thomas Magister digeßit: Diophanti filius, ut illorum est sententia quibus plus fidei adhibendum. Vel, ut alij uolunt, Scopelini. Quanquã sint qui Diophantum & Scopelinum eundem esse uelint. Alij Pagonidæ & Myrtûs gnatũ contendunt, à uico Cynocephalis. Heroici tamen uersus in Scholijs matri huius Clidice nomen fuisse tradunt. Atenim siue Myrto, siue Clidice genitrix ei fuerit, Scopelinum patrem tibicinem extitisse constat: unde & ipsum tibia canere filium docuit. Verum quum pater egregiam nati indolem animaduerteret, Laso Hermioni insigni Musico tradidit, apud quẽ in Lyrice institutus est. Aeditus in huius mundi lucem fertur Aeschyli temporibus. Qui quum & literis & moribus præclare ornatus esset, non reliquorum perditorum iuuenum instar, corporis sui cum integritatẽ, tum incolumitatem fœdißimis scortis perdidit: non alijs detestabilißimis uitijs (quibus Græcia referta erat) obnoxiam reddidit: enimuero casto pudicoq; matrimonij toro frui maluit, quàm illicita nefariaq; Venere & corporis sui uires & facultates amittere, profundere, absumere. Duas è coniugio filias sustulit, Polymeten & Protomachen: Thebis proxime templũ Rheæ matris deorum demorans, quam uir longe pientißimus præ cæteris coluit. Post hanc Pana & Apollinem charos habuit, quos & carminibus suis celebrauit. Minor natu Simonide, Bacchylide senior. Xerxicæ expeditiõis temporibus claruit, ab uniuersis Græcis uehementer dilectus. Quid uero mirũ? quum & Apollini adeò in delicijs esset, ut partem semper immolationum, quæ Apollini offerrentur acciperet, sacerdosq; in sacrificijs palàm inclamando, Pindarũ ad cœnam Dei uocaret. Fama tenet, Panã deum illum pastorũ Arcadicumq;, hymnum quem in eius gloriam Pindarus conscripserat, saltando chorumq; ducendo in montibus lætabundum paßim decantare. O excellens ingeniũ, ô summum & eruditißimũ uirum, qui tam docta, tam celebria, tam inclyta, imò summa & præclarißima ædere potuit, ut ab Apolline, à Rhea & Pane dijs illis immortalibus unicè diligeretur, ac summo in precio esset. Fertur etiam Lacedæmonios, quum Bœotos atq; Thebanos incendio uastarent, ac depopularentur,

à solis Pindari ædibus sibi abstinuisse, quod hòc trochaico ornatas uiderent:

πινδάρου τοῦ μουσοποιοῦ τὴν στέγαν μὴ καίετε. Hoc est,

Pindari poëtæ tecta incendio ne perdite.

Quod ipsum & Alexandrū fecisse aiunt. Etenim quum ille Thebas incendisset, unis Pindari ædibus pepercit. Præterea quando acre odium inter Thebanos atq; Athenienses uigeret, ac Pindarus in odis suis, O præclaris urbibus constitutæ Athenæ, cecinisset, multa ob eam rem pecuniaria suum affluxere Pindarum, quod Athenas suis hymnis adeò decorasset. Scripsit libros septemdecim: quorū quatuor sunt, Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. Suidas alios percenset, nempe Prosodia, Parthenia, Enthronismos, Βακχικὰ, δαφνηφορικὰ, παιᾶνας, ὑπορχήματα, ὕμνους διθυράμβους, σκολιὰ, ἐγκώμια, θρήνους, δράματα τραγικὰ, ἐπιγράμματα ἐπικά. parœneses tandem Græcis, & alia quāplurima. Diem suum obijt Pindarus annos natus sexaginta sex, uel secundum alios octuaginta, regnante Abione, Olympiade octuagesimasexta. Proinde uitam Pindari, breuißime, uti res tulit, enarrauimus, è qua tanti uatis magnitudinem & pietatem agnoscere licet: quandoquidem tantopere à dijs immortalibus dilectus sit, adeoq; ei tum ab indigenis tum exteris sit parsum. Equidem iam reliqua à me promissa demonstrarem, nisi Philostratus Pindari quoq; imaginem uidendam nobis proponeret & exhiberet: quam, quia graphice depicta est, ac blandula sui forma nobis arridere uidetur, primū consideremus, Philostrati iuxtà de eadem sententiam audituri. Arbitror mirum, inquit, tibi uideri apes adeò subtiliter pictas, quarum proboscis manifesta, mox pedes, alæ, ipse habitudinis colos, non sunt inelegantes, postquā eos pictura perinde uariè ornauit, atq; natura. Nónne prudentia & coniunctione ratiocinationeq; excellunt? Nónne in urbe Diophanti ædeis aduolant? Quid ita? Natus est iam Pindarus ut uides, & ab ipsis incunabulis sic depictus, ut concinnus sit, & ad literas ingenuam præ se indolem ferat. Deinde repositus est infans ad laurum & myrti ramos, colligente patre, se sacrum habiturū filium. Hinc cymbala domi personuerunt in eius natali, tympanaq; ab Rhea audita. Nymphas chorum eius natiuitatis causa ducere fama est, atq; ipsum adeò Pana saltare, quem ferunt etiam, ubi sese Pindarus ad poëticen cōuertisset, posthabita saltatione sua, Pindarica tantummodo concinere. Porrò simulacrum Rhea perfecit, illicq; ad ædem suam constituit sacram, quod lapideum eße puto, indurata illic & confirmata pictura, & quid aliud quàm rasa? Quin roscidas Nymphas adfert, quales sunt fontium. Pan ad rhythmum quendam salit, cui cum hilaris forma, tum nihil sub naribus iracundiæ est. Apes intus puellum formant, mel infundentes, aculeosq; suos retrahentes, ne ipsum lædant, ex Himeto fortaße aduentant,

tant, & Liparis atq; Acedimis. Etenim idipsum eas arbitror instillare Pindaro. Hæc de uatis nostri imagine Philostratus. Quis iam adeò & mentis & corporis oculis orbus iudicetur, ut non, neq; animaduertat, neq; clarißimi poëtæ præstantiam agnoscat? Quur enim apes, quur mella ei adfingit? nisi quod mellitũ eloquentiæ flumen subindicet: deinde ut ostendat poëmata eius & phrasin talia esse, ut natiuam iucunditatem, ac gratam nunquamnon dulcedinem præstent: nihil fellis, nihil aloës, nihil ueneni, sed mella potius, sed meliphylla, sed saluberrima cunctis mortalibus alexipharmaca, neq; optimas non paræneses contineant. Quemadmodum autem apes non obsunt mortalium generi, sed maxime prosunt, excellentißimo admirandæ industriæ opere: cum fucis duntaxat & furibus acre illis bellum: sic Pindari poëmata nullius mentem siue nefaria libidine siue alijs id genus uitijs, scelenbus, criminibus, inficiunt. Non Lalages, non *Lydiæ, non Galateæ, non Pasiphaës, nõ uana* Iouis *hic adulteria disces: uerum ex pudico lyrico, pudicam etiam lyram, uel si mauis citharam audies. Quinetiam & in Deum & homines pientißimus, uirtutes unicè prædicat.* Et *quũ in hocce quatuor certaminum siue ludorum circuitu, reges, principes, aliosq; insignes uictores semper celebret, ubi ut præclarißima quæq; docet, ac in summis uersatur rebus, ita summo etiam dicendi charactêre utitur: propter quem &* Horatius *nemini imitabilem existimauit.* Pertinet quidem Fabij *iudicium, non ad solam hanc spectaculorum* Græciæ *periodon, sed ad alia eius pariter opera. Attamen in his ludis phraseos eius* σεμνότης, *grauitas & sublimitas satis sese ostendunt: augusta honestorum argumentorum tractatio ubertim etiam, pro lyrices norma, enitescit. Strenuos mehercule, & forteis, æquos & iustos laudibus adusq; syderа euehit: ignauos, effœminatos, iniquos & iniustos ad* Tartara *usq; protrudens.* Interim *de industria quædam occultat, adeò ut & ipse nõ cuiuis sese planum fore putet, dum inquit:*

– πολλά μοι ὑπ'
ἀγκῶνος ὠκέα βέλη.
ἔνδον ἐντὶ φαρέτρας
φωνᾶντα συνετοῖσιν. ἐς
δὲ τὸ πὰν, ἑρμηνέων χατίζει.

Ode Olympiorum 2.

Id *est, multæ sunt mihi sub cubito in pharetra sagittæ, quæ intelligentibus tantummodo sonant, & omnino interpretatione egent. Atq; hanc uoluntariã* Pin*dari nostri nebulam & absconsionem, difficultatẽ quis appellare poßit, eamq; ob rem, me unà cum* Pindaro *in discrimen uocare, tali uel consimili apud iudicem obiurgatione inuadens: Ecquæ est ista mellisflua uatis eloquentia, quænam & qualis illa* Poëtæ *grauitas, quod ex composito* Heracliti τὸν σκοτεινὸν,

ad quem Delio, ut aiunt, natatore opus sit, adamarit? Et Graeci & Latini dicendi praeceptores τὴν σαφήνειαν καὶ ἐνάργειαν, hoc est, perspicuitatē ipsam, summum dictionis lumen, maximam orationis uirtutem, pulcherrimum ornamentum, uno ore, eademq; sententia praedicarit. Ab hac ergo amussi, ab hac Venere deflectens Pindarus, eloquentiae flumine manare, cum à Philostrato adumbrabitur, tum à Quintiliano praedicabitur? τὴν σαφήνειαν requiro, τὴν ἐνάργειαν efflagito: ualeat cum umbris & numeris Platonicis. Hic bona uerba inquā, consideratus loquere. Si luce & perspicuitate Poëtam nostrū uacare demonstraueris, tum sesquipedalibus obiectionibus submittemur. Atqui ni summis orationis luminibus exuberasset, haudquaquam inter Lyricos concordi seculorum iudicio palmam esset adeptus, nec hymni eius tantopere ab ipsis Graecis, tot, tantis, tamq; uarijs laudibus cumulati forent. Enimuero quum & terrā & pelagus eius lyrae sonitus pertransierit, uti in Isthmijs planū fit, frustra quispiam huiusmodi causabitur. Nec se obscuritatem quaerere Pindarus gloriatur, uerum intelligentibus loqui. Si quisquam inscitiae suae causa, multa in Cicerone non adsequatur, propterea eloquentiae laudibus nō orbabitur ipse Cicero. Idem de Pindaro iudicandum. Sapiens, uirtutibus clarus & eruditione, facile, ut alia, sic etiam Pindarica obtinebit: quae nulla prudentia redimitus, sed nullis nō uitijs inquinatus, inertiaq; deformatus, nunquam sanè deprehendet. Et sapientem & eruditam mentem Pindarus exigit, à qua intelligatur, & puram etiam. A quibus summis uirtutibus tametsi maximo interuallo absim, nimirum sapientia, eruditione, mentisq; puritate: studium tamen erga uos meum, imò & pia uoluntas (beneuolentiam enim & syncerum cum in uos, tum literariam rempublicam affectum meum, haud satis exprimere possum) quod in hisce mihi deest, ni mihi nimium adblandiar, resarcient. Equidem excellentißima quaeq;, & omnia summa, quantum per ingenioli mei tenuitatem licet, perspicio. Apes igitur, ut unde deflexim us reuertamur, mellifluum certe profectò dictionis flumen ostendunt. Quod autem solis Pindari aedibus parsum est, quid aliud in causa quaeso fuit, atq; eximium & sempiternum, nulli mortis generi seu internecioni obnoxium, monumentorum Pindari decus? Quorum fastigium dum uiuus ipse etiamtum perspiceret, ita in Nemeis de sese canebat:

Isthmiorum ode 5.

Nemeorum ode 5.

οὐκ ἀνδριαντοποιός εἰμ'
ὥστ' ἐλινύσοντ' ἐργάζε-
σθαι ἀγάλματ' ἐπ' αὐτᾶς βαθμίδος
ἑσταότ'.

Non sum, inquit, statuarius, ut inertia fabricem simulacra, in uno solo loco stantia. Quas Chares Lyndius & Xenodorus finxere statuas, Rhodi & Auernis

Galliæ urbe permanſere immobiles: at Pindari monumenta per omnia orbis terrarum regna peruolarunt, adeò grata, adeò iucunda nemini nõ habita ſunt. Quis & quantus ſit Pindarus, qualis item certaminum eius quatuor periodus, expoſuimus. De uſu porrò & cõmoditate paulum modo dicendum reſtat: de uirtutibus etiam, quarum præconijs paßim exuberat. Quid ergo emolumenti ei qui Pindaro nauat operam expectandum? quid ex eo requirendum? Hoc ſanè, ut mentem ille ſuam præclaris uirtutibus & ſententijs ornet atq; inſtituat, utq; uel ex prophano, ſed præceptionum ſanctitate claro, morum integritatem diſcat, ne morum & puritatis, quũ tamen Chriſto nomen dederit, expers eſſe uideatur. Tum ut Epidictici generis rationẽ inde colligat. Et quamuis ex Rhetoribus, qui ex profeſſo περὶ ἐπιδείξεως tractarunt, diſcendum conſiderandumq; ſit hoc encomaſticon genus, nec ex lyrico orationis (quæ copia & dilatatione rerum & fluxu materierũ gaudet) formula adeò abſolute ſumi poßit, quum Lyricorum argumẽta ſemper breuitate ſubſidant: Nam & ipſe de breuitate & ornatu ſuo pronunciat, dum inquit: Breuiter ornateq; dicta intelligere ſapientum eſt: pulchrè tamen & ſcitè, quoad lyra permiſit, ad Epidictici filum omneis odas ſuas tractauit, una & altera generis ſuaſorij demptis. Hac hymnorum œconomia obſeruata, facile eſt uidere cum Schemata tum Tropos, ubi præ cæteris ſæpius occurrent, Comparationes, Allegoriæ, Metaphoræ, ut in quibus præcipue regnet, quanquam omnis generis figuris & coloribus luxuriet belle, iam tamen connumerata triade eſt frequentior. Ecquis dubitat, haud uulgarem hanc eſſe cõmoditatem? At quarum uirtutũ præconem agit? quarumcunq; præclarißimarum, nempe pietatis, iuſtitiæ, temperantiæ, fortitudinis, ut alias interim omittam. Nónne ſumma pietas eſt, quum canit hunc in modum in cithara ſua, εἰ δὲ θεόν τις ἔλπεταί τι λαθέμεν ἔρδων ἁμαρτάνει. Et in Py- 1. Olymp.
thijs: A Deo omnes humanarũ uirtutum conatus ſunt: ſapientes præterea, quiq; 1. Pyth.
potentia & eloquentia magni habentur. Qua ſententia quid quæſo ſanctius, quid magis pium, quid θεολογικώτερον? Temperantiam cõmendat, dum ſic ait: ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει, ἐξαρκέων κτεάτεσσι, καὶ εὐλογίαν προστιθεὶς, μὴ ματεύσῃ θεὸς γενέσθαι. Hoc eſt: Si quis ſanitati diuitias cõiunctas uel mediocres habuerit, ac bonũ nomen, ne porrò Deus fieri laboret. Fortitudinẽ & tolerantiã periculoſarũ, uirtutũ cauſa, rerũ, dum ita canit:

ἀκίνδυνοι δ' ἀρεταὶ, 6. Olymp.
οὔτε παρ' ἀνδράσιν, οὔτ' ἐν ναυσὶ κοίλαις
τίμιαι.

Omnium uirtutum & eximiarum rerum genera ſi percenſere debeam, dies me citius defecerit, tantum abeſt, ut unius horæ ſpacio perficiam. Quare ſatis fue-

rit has paucas denumeraſſe: reliquas enim ſuis poſthac locis in ipſo autore ſumus obſeruaturi. Summam autoritatem & lyrici huius Poëtæ uirtutes, quibus ubiq; præfulget, hactenus pro uirili noſtra in propatulo conſpiciendas collocauimus, nõ ut dignum, neq; ut tanti autoris grauitas meruiſſet, uerum ut mea tenuitas potuit. Reliquum eſt, ſtudioſiſsimi adoleſcentes, dum uirtutes perpetuò ab hoc lyrico cõmendari audimus, eoq; ipſo ethnico, ut & nos minime deſides, ad earum amorem accendamur, earum deſiderio exardeſcamus, mentem noſtram illarum formationi ſubmittamus, ne inferiores in bono gentibus deprehendamur olim, quando cunctarum gentium conditor & gubernator, cum omnibus & ſingulis rationem geſtæ uitæ eſt initurus. Mores etiam & ſtudia noſtra ita inſtituamus, ut largitor omnis precioſæ rei Deus Opt. Max. inde nunquam non prædicetur, futuræ ſemper uitæ memores. Sic fiet, ut longe præſtantioribus bonis, quàm uirtutes ſunt Pindaricæ, exornemur.

PINDARI ENCOMII FINIS.

PINDARI
OLYMPIA.

HIERONI SYRACVSIO, QVI celete uictoriam obtinuit, ODE PRIMA.

STROPHE I. COLON XVII.

OPTIMA[a] sanè res est aqua: aurum uero ut lucidus ignis noctu, sic præualet eximie[b] superbis diuitijs. [c]Sin certamia proloqui desideras mi anime, ne porrò sole contempleris aliud feruentius interdiu[d] fulgidum astrum,[e] per desertum æthera.[f] Necq; Olympico agone, præstantiorem alium feremus: unde[g] celeberrimus hymnus passim decantatur,[h] prudentiũ decretis, quo euehunt Saturniũ, ad prediuitem qui se recipiũt, felicemq; Hieronis [i]larem.

ENARRATIO.

Pindari Lyricorum principis uita, patria, genus, monimenta, in encomio eius, principio sunt explicata: quare nihil opus est pluribus de ijsdem uerba facere. Heroëlegéos tamen, qui illic omißi sunt, priusquam ad ipsius odes enarrationem accingamur, subnectere placuit. Quanquam autem è græcis scholijs peti poßint, nihil opinor obfuturos, si & hic primum græce, mox latine adscribantur. Sunt uero huiusmodi:

Ἐννέα τῶν πρώτων λυρικῶν πάτρην γενεήν τε
Μάνθανε καὶ πατέρας, καὶ διάλεκτον ἄθρει.
Ὧν μιτυληναῖος μὲν ἔην γεραρώτερος ἄλλων
Ἀλκαῖος πρότερος ἠχικὸς αἰολίδος.
Ἡ δ' ἐπὶ τῷ, ξυνὴν πάτρην φωνήν τε δαεῖσα
Σαπφώ, κληῖδος καὶ πατρὸς εὐρυγύρου.

Στησίχορος σικελὸς, πάτρη δέ οἱ, ἱμέρα ἐστίν,
Εὐφήμου πατρὸς, δωρικὸς ἁρμονίην.
Ἴβυκος ἰταλὸς αὖ ἐκ ῥηγίου ἠὲ μεσσήνης,
Ἠλίδα πατρὸς, δωρίδα δ' ἡρμόσατο.
Παρθενίου δὲ πατρὸς, λιγυρὸς παῖς τηΐου,
Ἦν ἄρα μελπόμενος τήϊος ἀνακρέων.
Πίνδαρος ἦν θηβαῖος, ἀτὰρ πατρὸς σκοπελίνου,
Δώριον αἰνήσας ἁρμονίην ἐπέων.
Ἠδὲ σιμωνίδεω κέου δωρισὶ λαλοῦντος,
Τὸν πατέρ' αἰνήσας ἴσθι ἀειπρεπέα.
Ἰοσαδάης καὶ κεῖος ἔην γενεῇ μελοποιός,
Μείλωνος πατέρος ἔπλετο βακχυλίδης.
Ἀλκμὰν ἐν λυδοῖσι μέγα πρέπει, ἀλλ' ἀδάμαντος
Ἔστι καὶ ἐκ σπάρτης, δωρίδος ἁρμονίης.

Quos sic uertebam obiter.

Primos scire nouem Lyricos patriamq́;, genusq́;,
Ac dialecton auens, hæc tibi dicta uide.
Alcæus — Omnibus his Mitylenæus præcellit honore
Alcæus, lingua est usus is Aeolica.
Sappho — Haud dia sequitur Sappho lexq́; patriaq́;,
Cui mater Cleis, ac pater Eurygyras.
Stesichorus — Stesichorus Siculus, genuitq́; hunc Himera uatem,
Euphemi gnatum, Doridis harmoniæ.
Ibycus — Rhegion agnoscit Italum Ibycon, atq; Messena,
Eelidemq́; patrem: Dorica & is pepigit.
Anacreon — Dulcia concinuit bona proles Eetiei
Parthenij patris, Teius Anacreon.
Pindarus — Pindarus ex Thebis prodit, pater huic Scopelinus,
Sublime inspirat Dorica Musa melos.
Simonides — Inde Simonide w, pariter quod Doricus idem
Patrem commendans, eximium reputa.
Bacchylides — Imparis haud uirtutis adhuc Cium tibi uatem
Ex Milone satum suscipe Bacchylidem.
Alcman — Alcman & Lydos inter fulgens, Adamantis
Filius & Spartæ est: Doricum & ille canit.

QVID

QVID SINT OLYMPIA, ET VNDE.

Olympia, multitudinis numero, solenniũ apud Græcos ludorũ nomen est. Solent enim illi & festiuitatum & certaminum suorum nomina, pluraliter, neu tro genere efferre: ut Anacalypteria, Dija, Demetria, Panathenæa, et id genus quamplurima. Hunc ad modum Olympia, orum, certamina sunt, ludi'ue, qui quinto quoque anno ad Olympiã urbẽ, unde nomen habent, quæ & Pisa dicebatur, autore Stephano, celebrabantur. Ab his ludis Græci Olympiadibus suis nomen fecerunt. Romani quinquennale huiusmodi spatium lustrum appellant. Sunt qui ad Oenomaum & Pelopem horum ludorum institutionem referant. Alij, inter quos & Pindarus habetur, ad Herculem transferunt. Quum enim Augeæ stabulum purgasset Hercules, nec promissam pro labore suo retulisset mercedem, ingenti conscripto exercitu, Eliorum regem Augeam occidit, Elin occupauit, ac multis obtentis spolijs, ludum aperuit ijs, qui in bello auxilium illi tulerant: unde consuetudo tenuit Olympicos, uel Olympiacos (utrunque enim bonis autoribus in usu est) ludos obseruari. Huius uero constitutionis nihil tandem præter memoriam, ob latrociniorũ infestationem remansit. Pòst Iphytus & Eurylochus Cyrrhæis debellatis, prædones ad maritima Phocidis detinentibus, ex magna prædæ ui quam ab ipsis adepti erant, ludos & spectacula huiusmodi redintegrarunt: Iphytus quidem Olympia, Eurylochus uero Pythia. Ab hac instauratione ad sua usque Pindari secula deinde perdurarũt. Idem Eusebius Cæsariensis memoriæ prodidit, quum in Chronicis inquit: A captiuitate Troiæ usque ad Olympiadem primã anni quadringenti sex: aliàs quadringenti quinq;. Aeschyli Atheniensium iudicis secundo anno prima Olympias acta, qui erat agon gymnicus, in quo Chorebus Eliensis extitit uictor. Elij agunt quinquennale certamen, quatuor annis in medio expletis: in quibus principes annui cõstituuntur quatuor. Quam Olympiadẽ Iphytus filius Praxonidis siue Hæmonis primus constituit. Hermannus Contractus Comes Veringensis in Chronicis suis, temporibus Ioathan regis Hebræorũ, Aeschyli Atheniensium secundo iudicis anno, primã Olympiadem actam identidem tradit. Ab his Olympiadibus Græci res gestas suas historias, adeoq; secula sua numerare orsi sunt, ante quas nihil certi apud Græcos literis demandatũ constat: hoc est, fide uacat & historia, & aliæ res ante Olympiades transactæ. Per Olympiades igitur illi numerarunt, perinde ac Romani insignia facinora & ætates suas à Cõsulum suorum fascibus dimensi sunt, donec Christi Iesu natiuitas, per quam iam tempora & annos obseruamus, & Olympiadi Græcorum, & Romanorũ Consulatui, numerationis honorem detraxerit. Constat ex his Olympiadem & lustrum idem utrinq; ualuisse. Olympia itaque, siue Olympionicas, Odas suas Pindarus

inscribit, quod quum quinquennales ludos, tum eorundem ludorũ uictores hisce prædicet, & adusq; sydera euehat. Fuerunt quidem alia multa, multarum Græciæ urbium certamina atque spectacula, ut Pellenes, Megarorum, Athenarum, Marathonis, Thebarum, ut posthac in Olympijs animaduertemus: cæterum omnium præclarißima semper enituere quatuor illa, quorum Pindarus periodon uel circulum suis his poëmatijs illustrat, nimirũ Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia: ad quorum festiuitates, tota Græciæ iuuentus, atque adeò nobilissimi quique confluxerunt, uarij generis certamina, quæ illic agebantur, uisuri, imò & ipsi uirtutis suæ specimen ædituri aliquod. Meminerũt huius spectaculorum periodi, Epigrammata Græca, quorum primus liber ab illis initium sumit hunc ad modum:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί,
　Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων.
Ζηνὸς, λητοΐδαο, παλαίμονος, ἀρχεμόροιο.
　Ἆθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Id est,

Quattuor exhibuit sacratos Græcia ludos,
　Cœlicolisq; duos, terrigenisq; duos.
Nempe Ioui, Phœboq;, Palæmoniq;, Archemoroq;.
　Præmia sunt olea & mâla, apium, strobilus.

Ex hoc Epigrammate liquet, Olympia in Iouis honorem & gloriam instituta esse: brabeum uero seu præmium uictoriæ fuisse sertum oleaginum, siue coronam ex olea. Cicero alicubi Antiquum Græciæ consulatum, Olympicam uictoriam appellat: unde apparet, quanta fuerit eorum apud ueteres & amplitudo & autoritas. Intelligit Olympia Horatius dum sic recinit:

Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
Collegisse iuuat. &c.

Ab Hercule autem primũ cœpisse Olympia, Pindarus secunda Olympiorum Ode, testimonium dicit. Verum hæc de origine Olympiorum, de quinquennali eorundem spatio, & præmio uictoriæ (quæ fuit ex olea corona, ut posthac in Pindaro audiemus) sufficiant.

ARGVMENTVM PRIMAE OLYMPIACORVM ODAE.

Generis est epidictici prima Olympiorum Ode, in laudem Hieronis Syracusanorum regis conscripta. Prædicat Hieronem ab Olympica uictoria, à iustitia, à sapientia, à Musices peritia, tum equo quo uictoriam retulit, deinde à loco, ubi Olympica certamina aguntur, Peloponneso nempe. Ab ea insula occasione

ſione arrepta, ad res de Tantalo & Pelope uulgatas digreditur: poſtremo uoto claudit hanc Oden, precans, uti Deus & felicitatē Hieronis, et Lyricen, qua Victores celebrare uates ipſe queat, adaugeat. Scholia Hieronē ſeptuageſimatertia Olympiade uictorem euaſiſſe tradunt celete, cuius genus hoc modo recenſent. Dinomenis filius eſt Hieron. Dinomeni filij quatuor extitere: Gelon, Hieron, Polybulus, ac Thraſybulus. Genere igitur Syracuſiorum rex fuit Hieron, filium Dinomenē habuit. Victoria Olympiaca potitus & Syracuſium & Aetnaeum ſeſe ipſe proclamauit, adiacentemq́; Siciliae ciuitatē Aetnam extruens, monti cognominē reddidit. Obijt, ut Scholia item annotant, quum iterum ſeptuageſimaoctaua Olympiade palmam adeptus eſſet. Animaduertendum hic: quod ſi Pindarus, ut Euſebij eſt ſententia, ſeptuageſimatertia Olympiade natus eſt, hoc eſt, eo tempore, quo Hieron uictoria potitus eſt Olympiaca, ſatis apparet longe pòſt à Pindaro celebratū Hieronem, nō ab ipſa ſtatim uictoria: quanq̄ ſi circiter ſexageſimamquintā Olympiadem, ut Scholia uolunt, in mundum fuiſſet aeditus uates ille noſter, potuiſſet ab ipſo protenus uictorē triumpho celebrare. Atenim ſi eo temporis natus dicatur, nō poterit uitae eius curſus, qui fuit annorum ſexagintaſex, ad octuageſimamſextam Olympiadem extendi: quam pulchre tamen attingit, ſi natiuitas eius ad ſeptuageſimamtertiam collocetur. Sed quorſum haec? ut ſciamus Pindarum interdum longe poſt obtentam uictoriā, interdū ab ipſa ſtatim uictoria, inſignes Heroas, principes, & praeclaros uiros, hac quatuor ſpectaculorū, uel ſi mauis certaminū periodo celebraſſe.

Quid Celes

Vicit autem celete Hieron. Celes Graecis equum ſignificat, quē Suetonius in Caeſare deſultorium equum appellat, quibus Graeci in Olympijs utebantur equeſtri certamine. Meminit huius Homerus Odyſſeae quinta, dum de naufragium patienti Vlyſſe dicit, κέλητ᾽ ὣς ἵππον ἐλαύνων. *Ariſtophanis interpres Celetem generoſiorem equū eſſe adfirmat, quem ad certamen alerent equites, quo ue ipſi ſigillatim uterentur, quiq́; ad currus uel bigas non ſubmittantur. Vnde dum Strepſiades de prodigo ſuo & Hippicae dedito filio Phidippide conqueritur,*

ἱππάζεταί τε καὶ ξυνωρικεύεται.

Prius uerbū ab ἵππος *deductū ad Celetas refert. quaſi diceret: Celete uehitur, iamq́; in animo ſuo cōſiderat, quomodo in Olympijs uictoriā Celete ſuo adipiſcatur. Vel, Phidippides Celetes educat, ceu Heroës, et inſigniores equites, quorum animi ad Olympicā palmā adſpirāt, imitari ſtudeat, nō animaduertēs ſeſe Strepſiadae filiū eſſe. Deſultorij latinis dicūtur, qui ephippijs carēt, ut à quibus citra negociū deſiliri poſſit. Celetū reminiſcitur & Plinius hiſtoriae ſuae trigeſimoquarto lib. capite quinto: Equeſtres uero, inquit, ſtatuae modo Romanā cele*

Deſultorij equi.

brationem habent, orto sine dubio à Græcis exemplo. Sed illi Celetas tantum dicabant in sacris uictores. Proinde Hieronem, qui Celete, hoc est, equo desultorio superior euaserit, hac prima Ode celebrat. A κέλης apud Homerum Iliad. o. est uerbum κελητίζειν, pro τὸν κέλητα ἐλαύνειν.

Cur εἶδος per Oden uerterit.

Εἶδος proprie speciem seu formã significat: unde & Aristoteles in Categorijs in quinario Prædicabiliũ, & eum secutus Porphyrius, εἶδος, quã nos speciem, uocat. Pro forma uel specie poëmatij Pindarus usurpat. Huius diminutiuo, quod est εἰδύλλιον, Theocritus suas Eclogas & Asmatia inscribit, qua uocula poëmation, uel paruam poëmatis imagunculam intelligit. Virgilius quum Bucolicis suis consimile nomen indere uellet, quod illis commodum esset, græcum græco permutauit, ἐκλογὰς ea inscribens, ceu selecta quædam poëmatia, παρὰ τὸ ἐκλέγεσθαι appellans. Quare quum neque τὸ εἶδος iuxta Pindaricam usurpationẽ in latinam transfundi linguam posit, per usitatiorem græcam, quæ est Ode, reddidi: Horatianã illam Odarũ inscriptionem τοῦτῳ τῷ εἴδει πινδαρικῷ nõ inepte accõmodari posse ratus. Qui per hymnum τὸ εἶδος maluerit uertere, cum eo non luctabor: nam & ᾠδὰς & ὕμνους hos suos Olympionicas, seu Victorum hæc encomia, ipse Pindarus passim appellat. Quia uero alios quosdam peculiariter hymnos ædiderit, ut in encomio Pindari annotatum, magis Odarum nomenclatura mihi arridet.

DE TERNARIO SECTIONVM PINDARI.

De Strophe, Antistrophe, & Epodo nonnihil dicendum, ut posthac non sit opus de eis quicquam porrò dicere. Vtitur ergo per omneis planè Odas ternario hoc poëta, nempe Strophe, Antistrophe, & Epodo, per quas hæc sua poematia diuidit: duodecima Pythiorũ, quam in Strophen tantum & Antistrophen: secunda Nemeorum, quam in octonarios: nona Nemeorum Ode, quam in dyodecadas: & ultima Isthmiorũ, quam in diæreses secernit, demptis. Strophe & Antistrophe eodem semper numero & eisdem uersuum legibus constant. Epodus & numero & uersuum ratione ab utraque illa uariat. Scholia talem quidem rationem adferunt. Lyrica carmina ad lyram decantabantur, dum chorum ducerent & saltarent uictores, ni fallor: quum sese uerterent saltatores à dextris ad sinistram, concinebatur Strophe: quum uero à sinistris ad dextram, Antistrophe: dum uero interquiescerent ac sisterent gradum, occinebatur Epodus. Adijciunt mysticum: hoc ipsum non citra specimen motus totius uniuersi institutum & factitatum esse, qui est ab oriente in occidentem: tum Erronum motus, qui est ab occasu ad ortum: postremo terræ immobilitatis. Cui opinioni quantũ sit credendum, alij uiderint. Siue adhibeatur fides, siue minus, nihil

hil certe ſubeſt periculi. Hanc uero Ternarij ſectionē nedum Pindaro, uerum etiam alijs Lyricis, potiſsimum tamen Steſichoro Himeræo in uſu fuiſſe parœmia indicat, Ne tria quidem Steſichori noſti: de adeò indoctò uſurpata, ut cui ternarius ille Steſichoréus, nimirum Strophe, Antiſtrophe & Epodos, incognitus eſſet. quo de ſatis Eraſmus. Tantum de triade Odarum Pindari. Poteſt quidem Strophe reddi per uerſionem: Antiſtrophe per inuerſionem, & ueluti contrauerſionem, uel uerſionem ex contrario. Vel ſi quis ad ſimilitudinem & numeri & uerſuū quam habet cum Strophe reſpiciat, dici poteſt Antiſtrophe, ſimilis Strophæ ſectio, perinde ac ἀντίθεος ὀδυσσεὺς, pro diuinus ac deo ſimilis Vlyſſes. Contraria uerſio autem ſi reſpiciatur, ad motū ſaltantium. Epodus per accentionem. Atqui dum latinis poëtis uel Lyricis uel Comicis non ſint perſpectæ & ignotæ appellationes, lubenter græcas, ut erant reliquimus. Strophes & Antiſtrophes, Odes & Antodes & Syſtematos apud Ariſtophanem rationem equidem opinor non ſatis cōmode huic Pindarico ternario accomodari poſſe. Cola proprie dicuntur uerſus uarijs legibus conſiſtentes, ut Ariſtophanicus interpres autor. Ideo Ariſtophanicæ ſectiones recte κῶλα uocantur, quandoquidem tot generibus carminū conſtent, quot uerſus habent, utpote Strophe 17 colon, uerſus habet 17. legibus 17 cōpoſitos. Verum de Pindaricis metrorum generibus aliàs θεοῦ διδόντος agetur.

Ne tria quidem Steſichori noſti.

a ❡ Optima ſanè res eſt aqua.) A præſtantia Olympiorū certaminū orditur, quorū uictorem Hieronē cōmendat hac Ode, à re ipſa beneuolentiā concilians: clariſsimam ſummorum Græciæ certaminum uictoriam, clariſsimo regi etiam Hieroni maximo ornamento eſſe innuens. Ducitq; principium à tribus ſummis ac iuxtà pulcherrimis cōparationibus, hac ratione. Perinde atque omnium eſt optima aqua, ſiue quod præcipuū elementum ſit, ſiue quod rerum principium prædicetur, ſiue ob eam uel maxime cauſam, quod omnes planè creaturæ, uel aquæ beneficio carere ad ſui ſuſtentationem nequeant: &, ut aurum inter reliqua metalla fulget, ueluti ignis nocte: tum, quemadmodū ſol reliquis & ſyderibus & ſtellis in uniuerſum omnibus clarior, pulchrior & ſplendidior: ſic Olympiacus agon cunctis reliquis totius Græciæ ludis præſtat. Porrò ſecundam comparationem auri, alia aſſumpta cōparatione explanat. Aurum, ut rutilans ignis noctu, ſic præſtat proteruas inter diuitias. Id eſt, quanto aurum cæteris metallis fulgentius, tanto atra, tenebricoſa'ue noctis caligine, ignis lucens melior. Vel, quemadmodum ignis nocte tenebroſa lucet, ac ueluti ex nocte diem efficit: conſimili uia aurum inter diuitias reſplendet & coruſcat. Nec iudicandus eſt eloquentiæ laudem derogare ſuam dum aquam rem optimā adſeuerat. Neq; enim hic de eloquentia agit, ſed de Olympicorū certaminū ampli-

tudine. Quanta uero & uirtus & maiestas eloquentiæ sit, suo etiam loco non prætermittet deinceps. b ℭ *Superbis diuitijs.)* Diuitias superbas, *uel* Plutum *arrogantem, ac uiribus potentem, ab effectu nominat, quod superbos reddat.* c ℭ *Sin certamina proloqui.)* *Apostrophen ad suamipsius mentem facit, qua tertiam cōparationem, de sole uidelicet adsumit, eamq; unà cum superioribus duabus de aqua, auro, Olympicis ludis non minus mirifice, q̃ eleganter applicat.* γαρύεν pro γηρύειν. *dorica enim dialecto* Pindarus *usus est, cui familiare η in α.* Sic ἀμέρα pro ἡμέρα, ἔλδεαι pro ἔλδη, ἁλίε pro ἡλίε, ἐρήμας pro ἐρήμης. *Vbi etiam obseruandū, quod* αἰθὴρ *fœminino genere accipiat, quemadmodum* Homerus Iliad. λ. αἵματι μυδαλέας ἐξ αἰθέρος. &c. d ℭ *Fulgidum astrum.)* Catachresis *est,* pro ἀστέρα. *Ex multis enim stellis constituta uel signa, uel animalia, astra appellantur & sydera.* e ℭ *Desertū per æthera.)* *Vastum æthera ideo dicit, quod quum mare pisces, tellus quadrupedia, aliaq; animantia, aër uolatilia contineat, æther ob igneam uim nullam huiusmodi creaturarum, ut in eo habitent, admittat. Sunt qui cū* Nebulis Aristophanicis *per æthera aërem intelligant, qui etiamsi uolucreis admittat, in eo tamen nō morantur, neque eum incolunt: unde & ipse aër consimilem ad modū desertus esse potest.* Vel ἐρήμας pro ἡσύχης. f ℭ *Neque Olympico certamine.)* *Applicatio est comparationum. Quemadmodum iam cōnumerata sunt præstantissima: sic Olympicum certamen inter omnia alia est longe eminentissimum. Olympia, inquit* Stephanus, *primum* Pisa *dicta: ubi* Olympius *Iupiter (in cuius gratiam ludi illi instituti sunt) colitur: à qua* Olympicus *agon nomen habet. Nullus agon* Olympico *est excellentior, tantum uult dicere.* g ℭ *Vnde celeberrimus hymnus.)* *Pulcherrimam parasceuen ad* Hieronis *laudes concinendas facit,* Olympicorum *ludorum cum gloriam tum celebritatem in ipsum transferens.*

h ℭ *Prudentium decretis.)* Hoc est, *poëtarum & historicorū scriptis.* Laudatur *Iupiter ab amicis & familiaribus* Hieronis, *quod talibus certaminibus* Hieronem *clariorem reddiderit.* i ℭ *Larem.)* Per *larem non priuatam quamlibet domum, sed præclariorem uel urbis uel optimatis, in quo sacer* Vestæ *ignis non extinguatur, & focus semper luceat. Sed de* Lare & Vesta *pluribus agetur,* σὺν θεῷ, *ultima* Nemeorum *Ode.* ἀμφιβάλλεται pro κοσμεῖται, *uel* κατασκευάζεται.

ANTISTROPHE, COLON XVII.

[a]Iuste qui administrat sceptrum[b] in opulenta Sicilia,[c] decerpens quidem omnium uirtutū summam.

mam.[d] Resplendet autem & Musices in flore,[e] ut uiri haud raro ludere solemus,[f] prope chara sym posia.[g] Atqui Doricã à clauo apprehende cithA-ram,[h] si tibi Pisæ[i] & Pherenici iucunditas mentẽ dulcissimis cogitatiõibus imbuit, quando [k] iuxta Alpheũ proruit, corpusq́ suapte sponte festinũ cursu perhibens, uictorem reddidit dominum,

a ℂ *Iuste qui administrat.) Encomium iam Hieronis aggreditur, primum à iustitia eum prædicãs, qua in Sicilia sceptris potiatur. Estq́; σκᾶπτον pro σκῆπτρον δωρικῶς.* *b* ℂ *In opulenta.) Siciliã πολύμαλον, hoc est, diuitem pecoris, & per Synecdochen simpliciter opulentã, quod pecudibus abundarit & montibus & syluis fœcunda tellus, ac pratis. πολύμαλον pro πολυμήλῳ, quasi μήλοις, hoc est ouibus abundantem: etsi μῆλον ueteribus omnia animantia significarit, hominũ usui domestico, & imperio subdita.* *c* ℂ *Decerpens.) Hyperbolica laude nedum cunctis uirtutibus eum ornatum ait, sed enim ipsis cunctarum uirtutum culminibus redimitum canit. Porrò & in comparationibus & hyperbolis, mirificus Quintiliano uisus est Pindarus. Estq́; ἀρετᾶν πασᾶν, pro ἀρετῶν πασῶν.*

πολυμάλῳ
Quid μῆλον, sexta olympiorũ ode explicatur.

d ℂ *Resplendet autem & Musices in flore.) μουσικᾶς pro μουσικῆς. A Musices peritia. Vel ex hoc loco ueterum circa Musicen diligentiam est cernere. Quàm enim ignominiosum fuerit, non posse oblato in symposio quidem organo ludere, myrtus Themistocli datus satis ostendit: & prouerbium, τὸ πρὸς μύρτον ᾄδειν. Apud Græcos olim in omni ἐγκυκλοπαιδείας genere instituebantur, heroum & principũ liberi, atque adeò eorum, qui cum honores tum dignitates affectabant, ut in Equitibus Aristophanica scholia testantur. At hodie literis & uirtutibus illustriorem esse, uitio ducitur & apud optimates & magistratus. Musices encomion est apud Athenæum in Dipnosophistis. ἄωτος & flos & fructus est Græcis, nec ullus siue flos siue fructus Musices est, atque ipse cantus. Metaphora est, mea sententia: florem cum iucunditatem tum amœnitatem Musices appellat. Vel periphrastice, pro eo quod est, in ipsa Musica conspicuus est. Quod si hic per Musicã, ipsas Musas et bonas literas intellexeris, uix errabis opinor.* *e* ℂ *Vt uiri.) Demetrius Triclinius relatiuum similitudinis, pro relatiuo demonstrationis à poëta usurpatum testatur: ut sit sententia, οἷα, ea parte, qua scilicet ludimus. Nec inepte certe. Quare hic sensus erit: Musices peritia insignis est Hieron, quàm & con-*

uiuijs semper suis exhibet, pacis uidelicet studiosum principē ostendens, ut cui præter omnium uirtutum fastigia quibus luceat, conuiuia & cithara animo sedeant. Vel Homerica imitatione, ubi Musicam recordatus esset, eam conuiuijs pulchre adhiberi solere cōmemorat. Nam & Homerus citharā & saltū ἀναθήματα δαιτὸς, hoc est, conuiuij ornamenta uocat. f ℂ Prope chara conuiuia.) τράπεζαν pro conuiuio accipit: tabulam seu mensam proprie numulariorū significat. Hinc τραπεζίτης, qui monetæ permutandæ præest. Hinc apud Isocratem Trapeziticus quædam oratio inscribitur, qua mensarius fraudis accusatur. Athenæus in β. δειπνοσοφιςῶν, ex Cratino, Hesiodo, Xenophonte, & Eubulo, & Aristophane confirmat τράπεζαν, quam conuiuis apposuerint, treis habuisse pedes, unde & τρίποδα dictam. Aristophanis apud Athenæum manifesti sunt senarij, τράπεζαν ἡμῖν φέρε τρεῖς πόδας ἔχουσαν. Vnde claret, etymon, nempe τράπεζαν, dictam à δὶς & πέζα. g ℂ Atqui Doricam à clauo.) Altera ad semetipsum apostrophe, qua equi excellentiam, & Hieronis iuxta uictoriam prædicat. Hortatur autem semetipsum Pindarus, ut Lyrico carmine & equum & Heroëm celebret. φόρμιγγι, hoc est cithara, Phemius & Demodocus apud Homerum procis & Alcinoo ludunt. Doricam citharā appellat, siue quod Dorienses primum lyram appellarint, siue παρὰ τὸ δῶρον, id est à dono, quod Mercurius hanc primū à sese compactam Apollini pro boum furto dono dederit: siue quod rectius multo est, quod Dorica harmonia & dialecto hoc epinicion Hieroni cōdiderit. h ℂ Si tibi Pisæ.) Pisa & Elis 50. stadijs distant à sese inuicem, ab Endymionis filia Pisa, nomen habens: à qua urbe pisum legumen, quod illic copiose nascitur, nomen habet, aliàs λέκυθος dictum, ut Aristophanica in Plutum hypomnemata habent. i ℂ Pherenici.) Pherenicus Hieronis regis equus, cui nomen à uictoria inditum, παρὰ τὸ φέρειν καὶ τὴν νίκην, quod uictoriam attulerit domino suo. Sic equorum nomina sunt apud Homerum ἰλιάδος θ. Xanthus, πόδαργος, αἴθων, λάμπος. Et apud Aristophanem in νεφέλαις, Coppatias, & Samphoras, quod cauterio impressum κάππα, sed inuersum, & σ gerant: si scholia uera.

Φίλαν ἀμφὶ τράπεζαν.

k ℂ Iuxta Alphéum.) Alphéus, penultima diphthongon habet, poëta uersus gratia exclusit ι. Fluuius est non in certaminis loco, pro Elide tamen usus est per κατάχρησιν, ideo quod in Arcadia scaturiens ad Elin, quam circumfluit, sese diffundit. Sed quur hic Elin Olympiæ uel Pisæ adsociat? an ne simul & Olympiæ & Elide ludi sunt exhibiti? Nónne altera urbium exhiberi oportuit? haud dubie. Atqui uerisimile est tantam cōfluxisse frequentiam, tantum principum & magistratuum cōuentum, ut cæterā multitudinem non recorder,

recorder, ut eos una Olympia capere, uel etiam Pisa non potuerit. Vnde quum duabus milis germanicis non essent inter sese dißitæ Olympia & Elis, ut paulò ante cōmemoratum, pars Elin, pars Olympiam diuertere coacti sunt. Hinc est quod Pisa, Olympia & Elis, pro eodem quinquennalium certaminum loco & apud hunc uatem & alios accipiantur.

EPODOS, COLON XIII.

[a]Syracusium equis gaudentē regem. [b]Lucet uero ei gloria, apud augustam Lydn Pelopis coloniam, [c]quem potentia clarus [d]amauit concussor terræ Neptunus, postquam hunc ex puro lebete [e]Clotho extraxerat, eburneo fulgentē humero. [f]Mirū profectò nimis uideri potest, quod aliquando uero sermoni, uarijs consutæ mendacijs fabulæ præpolleant. (καὶ βροτῶν φρένας ... vel mortalium mentes in errorem inducunt

a ℭ *Syracusum equis.) A regio fastigio Hieronē extollit:* ἱπποχάρμαν *eum uocat, quod equis gaudentem hic sonat: etsi enim* χάρμη *per* ἀντίφρασιν *bellum significet Homero, quod illic minimū sit gaudij, attamē hic* ἱπποχάρμης *ab* ἵππος & χαίρομαι *equis gaudens rectius redditur: ob uictoriam enim equis partam meritò lætatur. Estq; Systole in dictione* συρακόσιον, *pro* συρακούσιον, *uersus causa. Commendatur hic iuxtà regis in equorum educationem cura, ut cui non fortefortuna sed studiosa equorum cura & educatione, tum diuina Iouis benignitate, tanta uictoria contigerit.*

b ℭ *Lucet uero.) A loco ubi ludi celebrati sunt & uictoria parta. Elis enim & Pisa in Pelopis colonia sitæ sunt, non quam deduxerit ipse, sed ad quā ipse missus ac deductus sit, ut interpres habet. Est autem Pelopis colonia periphrasis Peloponnesi: hæc primum Apia, deinde Pelasgia, tandem Peloponnesus dicta est à Pelope, quasi Pelopis insula. Præmium hinc loco uictoriæ includitur. quasi dicat: Tantum nomen Hieron, tantamq; famā per Olympicam uictoriam est adeptus, ut non modo apud suos Siculos & Syracusanos, uerum & in tota insula Peloponneso omnibus sit in ore.* ἀποικία *coloniam sonat, ut in senario prouerbiali enitescit.*

ἄβδηρα καλὴ τηΐων ἀποικία.

Abdera pulchra Teiūm colonia.

c ℭ *Quem potentia clarus.) Amplificatio per digreßionem. Occa-*

sione enim Peloponnesi, fabulam de eo uulgatã admiscet. Quum honore adfe-ctus esset à dijs & conuiuio exceptus Tantalus, uolens illis rependere uicem, filium suum Pelopem mactat, dijsq; conuiuantibus apponit. Dijs itaq; cæteris ab eis epulis abstinentibus, sola Ceres ab inquisitione filiæ adueniens, ignara humerum absumpsit. Hic dij Pelopem lebeti per Mercurium rursum inijcientes ac in integrum compingentes, pro comeso humero, eburneum reposuere.

d ¶ *Amauit.*) Quur Neptuno charus fuit Pelops? *quia mare Peloponnesum circumfluit.* Neptunus maris Deus pro ipso mari accipitur. *Postquã ergo* Neptunus alijs uicinior fuerit, pulchre ante cæteros quoq; amasse Pelopẽ, *insulæ istius regem dicitur.* e ¶ Clotho extrax.) Quur Clotho & nõ potius Lachesis uel Atropos extraxit è lebete Pelopem? Causa est in expedito. Tres sunt Parcæ, κατ᾽ ἀντίφρασιν, *quod nemini parcant planè mortaliũ: quibus immobilem & sempiternam Dei uoluntatem uitæ mortalium dispensatricem poëtæ elegantißime adumbrarunt, ac iuxtà monuerunt, neminem statum uitæ suæ cursum prætergredi posse, esseq; Dei uoluntatem atq; decretum, quandocunq; & quocunq; mortis genere homo intereat. Atq; eam uitæ mortalium metam, colo & nentibus æquipararunt. Vt enim primum pensum applicatur colo, & è penso fila nectuntur ac ducuntur, postremo fuso repleto ac penso absoluto, & filum abrumpitur, & colus abit:* Sic Clotho colum applicat: ἀπὸ τοῦ κλώθειν, *quod est admouere, adplicare, aduoluere: hoc est, principiũ humanæ uitæ ducit.* Lachesis arat, παρὰ τὸ λαγχάνω, *id est sortior, quod fila è penso extrahat, & fila distribuat: hoc est, ipsum uitæ cursum perficit.* Ἄτροπος, *id est immutabilis: hæc immutabiliter & irreparabiliter fila rumpit, uitãq; mortalibus adimit.* Clotho *ergo minutatim concisum & in lebetem proiectum uiuum extrahit, quandoquidem principia uitæ creaturarum ad ipsam pertineant, & suum unicuiq; rei fatum aduoluat.* Non absimili ratione Homerus *tempus quo Vlyßi à Calypsone in patriã redeundũ,* τῇ κλωθοῖ *adscribit.*

ἀλλ᾽ ὅτε δὴ ἔτος ἦλθε περιπλομένων ἐνιαυτῶν
τῷ οἱ ἐπεκλώσαντο θεοί. &c.

f ¶ *Mirũ profectò nimis.*) Correctio *est, qua fabulæ istius cõmentũ culpat & reprehẽdit, ut quo dij & gulæ & luxus insimulentur: ac per demirationem simul inquirit, qui fiat, quod fabulis sæpe plus fidei quàm ueritati adhibeatur.*

STROPHE II. COLON XVII.

[a]Fauor autem, qui omnia efficit iucunda mortalibus, adferens honorem, & incredibile sæpenumero effecit ut crederetur: [b]cuius rei sapientis-

simus

" ſimus teſtis eſt tempus.[c]Decet autem uirum de
" dijs honeſta loqui:[d]res enim non parua eſt.[e]Te
uero ô Pelops (contrario prioribus poëtis more
canã) quando uocauit parens [f]ad legitimas epu-
las, charamq́ue [g]Sipylum, permutatoriã dijs cœ-
nam exhibens, tunc[h]Neptunum aio ſurripuiſſe.

a ℂ *Fauor autem.)* *χάρις & gratiã, & fauorem, & iucunditatem, ac inſitam alicui rei uim ob quam placeat, ſignificat, ut hoc loci. Ornat autem Pindarus priorem admiratione̅ ſuam, & ueluti interrogatione̅ ſubiectione. Quũ enim demiratus eſſet, quî fiat, quod friuolis interdum nugamentis, quale & Pelopis commentum ſit, habeatur fides, nunc ſibi ipſe reſpondet: Poëmata, inquit, ſua gratia, ſuaq́; natiua dulcedine tantum poſſunt, ut uel ea quæ fieri nequeant, facta credantur. breui ita ſententia poëticen haud parum extollens.*

b ℂ *Cuius rei ſapientiſ.)* *Sententiam ſuam teſtimonio & experimento confirmat.* *c* ℂ *Decet uirũ.)* *Emphaſis eſt in dictione ἀνδρί. quaſi dicat, moribus & eruditione inſignem uirum. Atq; hic ſimul quomodo de dijs loquendum, admonet.* *d* ℂ *Res enim.)* *Quanquã Scholia μείων pro οὐκ ὀλίγη interpretãtur, quæ ſecutus, res enim non parua eſt, reddidi: attamen quum τὸ μείων τοῦτο, includat negationem οὐκ, non libenter ſecutus ſum ducem interpretem: attamen malui illud accipere, donec alius meliorem uocis originem adferat. Quis enim non uidet longiſſime petitũ eſſe etymon, μείων ex μὴ & ὀλίγον? Atqui certa eſt ſignificatio uocis μείων: eſt enim comparatiuus anomalus à μικρός. Quare ſi eadem ſua uera ſignificatione accipiatur, ac legatur per interrogatione̅, cui per inficiatione̅ reſpondeatur, nullus remanet ſcrupulus, & planus erit locus, & perſpicua dictio, hoc pacto: Res enim parua eſt? pro, nunquid enim res modica eſt? quaſi dicat, minime gentium, non eſt exigua res, ſed arduũ omnino negocium, ab homine deos ludibrijs affici.*

e ℂ *Te uero ô Pelops.)* *Ad Pelope̅ eſt apoſtrophe, qua honeſtiori modo, de Tantalo & Pelope uerba facit, atq; priores poëtæ: recte meliora ſubſtituens, quum reliquorũ opinionem reieciſſet.* *f* ℂ *Ad legitimas epulas.)* *ἔρανος. Amica eſt compotatio atq; conuiuium, quando ſuum pro ſe quiſq; cibum & potum in cõmune confert: autore Demetrio Triclinio. Sic procorum conuiuium, Minerua auguratur non eſſe ἔρανον, animaduertens eos aliena, ad quæ nihil plane conferrent, dilapidare. Quanuis autem hic dij nihil epularum ſecum attulerint, illorum tamen præſentia & fauor quid nõ adfert cõmodi mortalibus? ut improprie haudquaquã ſit hac uoce uſus. εἰλαπίνη ab ἴλη*

cœtus, & πίνω bibo, quasi cœtus bibentium. Et συμπόσιον, conuiuium uel compotationem sonat, ubi cibus & potus per conuiuas non conferuntur.

g ¶ *Sipylum.) Sipylum Stephanus Phrygiæ urbem apud Hellanicum testatur: interpres Lydiæ ciuitatem tradit, uel montem, unde Pelops oriundus, quod huic loco magis quadrat, Pelopis originem indicando commendans, & locum ubi fabula initium duxerit ostendens.* *h* ¶ *Neptunũ.) ἀγλαοτριαίνης, tridente splendidus. Neptuni epitheton est.*

ANTISTROPHE, COLON XVII.

Desiderio tui flagrantẽ, aureos per equos ad supremã ualde honorati Iouis domũ uexisse, quô & alio tempore uenit [a] Gannymedes in eundem Ioui usum. Vbi uero nusquam apparuisti, neque te ad matrem sedulò inquirentes reduxerũt uiri, ilico quispiã ex inuidis uicinis clàm retulit, quod circa feruentẽ nimis aquam gladio membratim dissecuerint, mensæq; [b] singulas tuas carnes paterni ministri diuiserint & absumpserint.

Quomodo Pelops per Neptunũ ad Iouem perductus sit, ut pincernã eius & ministrũ ageret, recitat: & unde fabulæ de Pelopis mactatione origo profluxerit, cõmemorat. *a* ¶ *Ganymedes.) Ganymedes Trois filius erat pulcherrima forma, cuius gratia in cœlum translatus est, ut Iouis pincerna fieret, ac dijs cohabitaret, ut est apud Homer. Iliad. υ.*

Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο,
Ἶλος, ἀσσάρακός τε, καὶ ἀντίθεος γανυμήδης,
ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων.
Τὸν καὶ ἀνηρέψαντο θεοὶ διὶ οἰνοχοεύειν,
Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.

b ¶ *Singulas carnes.) ἀμφὶ δεύτατα κρεῶν, minutissima carniũ, seu minutissimas carnis tuæ particulas. δεύτατα, superlatiuũ à δεύτερος, id est ὕστατα, metaphorice pro μικρότατα usurpatur hic: in diuisione enim uictimæ, quod postremum, ultimum est.*

EPODOS, COLON XIII.

Contineo uero me, ne quenquam ex superum

numero

" numero misere ingluuiei deditum dicam: [a]plus
" enim damni quàm lucri conuiciatores reportare
" solent. [b]Quod si quisquã mortaliũ dijs in precio
fuit, hic Tantalus fuit. [c]Sedenim concoquere ingentem felicitatẽ non potuit, ex saturitate nanq; incõmodum assequutus est, non facile exuperabile, quod super ipsius caput Iupiter suspendit, durũ nempe lapidem, quem perpetuò cogitans à capite repellere, cruciatur.

Non tutum esse cõuiciari dijs, eos maledicentia lacessere, huiusmodi uoracitatis insimulare, quod accumbant epulis mortalium, hominum cœnas adeant, humana carne uel inscij uescantur, adfirmat: quo pariter Priscorũ poëtarum figmenta notat, ac suam pietatem commendat Pindarus. a ℭ Plus enim damni.) Γνώμη *est, qua rationem reddit, quur homo à blasphemia dei sibi temperare debeat.* b ℭ Quod si quisquam.) *Ad Tantali laudes primum se confert, quam ob causam in infelicitatem coniectus sit exponens: cunctos ita clanculum mortales adhortans, ut sequundis rebus non sibi nimiũ cristas erigant, ne Tantali in morem ineuitabili nec unquàm desitura calamitate mergantur.* c ℭ Sedenim concoquere.) *Non propter cõmentitiũ nefarium scelus in filium suum* Pelopem *admissum,* Tantalum *adfligi docet: sed quia felicitate sua, atque adeò sequundis rebus uti non potuerit, neq; frui. Pœnam autem primũ recenset, admissum facinus sequenti* Strophe *explicaturus. Aliter autem* Tantali *supplicium hic à* Pindaro *enumeratur, atq; apud* Homerum *11.* Odysseæ. *Etsi* Pindaricus *interpres* Homeri *eos uersus ab* Aristarcho *non genuinos iudicatos putet. Sunt qui* Tantalum *naturæ scientia claruisse tradunt, ac demonstrare uoluisse, solem esse ignitum ferrum uel lapidem: atq; ob eam rem capiti eius lapidem, id est solem imminere. Nam physici solem lapidẽ uocari adseuerant, ut apud* Anaxagoram *&* Euripidem *in* Oreste *liquet. Huius lapidis, id est solis æstu dum maceratur* Tantalus, ἀλᾶται, *hoc est,* τιμωρεῖται, *adfligitur, cruciatur.*

STROPHE III. COLON XVII.

Fungitur autẽ imbelli uita illa, & [a]cum tribus quartã hanc ærumnosam pœnã sustinet, [b]quod immortalibus dijs apparatum nectar, ambrosi-

amicq;, in quibus incorruptibilitatē constituerunt dij, ipse surripiens, æqualibus suis cōpotoribus » impertijt. [c]Errat autem qui ullum perpetratū sce» lus Deum latêre putat. [d]Propterea mox demiserunt ei filium dij immortales rursum ad [e]subitò morti obnoxiū humanū genus. [f]Huic ubi florida ætate lanugo coronabat nigrum mentum, paratas animo uertit nuptias.

Quur adfligatur apud inferos Tantalus, hic ob oculos ponit. a ¶ *Cum tribus.) Varia huius loci de ternario & quaternario est interpretatio. Per tria enim esurire, sitire, & stare intelligunt quidam, ut quarta pœna ex dependenti lapide sit. Vel, cum tribus, id est, cum* Ixione, *Sisypho, &* Tityo: *nam & illi apud inferos cruciantur.* Ixion *rotæ adhærens adsiduò circumuoluitur, eo quod Iunonem nubis specie deperierit: unde* Hippocentaurus *natus. Sisyphus ingens saxum incessanter uoluit: quod quum in altum locū pertulerit, inde reuolutum, rursus eôdem ferre cogitur. Tityi supine iacentis uiscera & lactes, serpentes rodunt: quæ tamen subinde, ut hepar Promethei, renascuntur & nouantur. Ad ultimū ita enarratur quoq; hic locus. Tres apud* Homerū Iliad. *ω. sortes numerantur, & Pindarum in* Pythijs: *quarum unicam tantummodo bonam felices comitari dicunt, duas uero malas: infelices treis prorsus malas, nullam bonam. ut sit sensus, quod* Tantalus *post treis sorteis illas, quas dum uita exuperaret sustinuit, hanc quartā adiectam post fata habeat, imminentē nempe capiti suo lapidem.* b ¶ *Quod immortalibus.) Ob furtum nectaris & ambrosiæ, quod alijs suis communicarit, adfligi* Tantalum *docet.*

c ¶ *Errat.) A gnome dilatat, qua stultitiæ accusat omneis qui putant Deum latêre sua peccata.* d ¶ *Propterea mox demiserunt.) Deos ob furtum patris filium etiam remisisse in terram, ita peccatum parentis in filium redundasse adfirmans.* e ¶ *Subitò morti.) Humanum genus* ταχύποτμον *appellat,* Homerus ὠκύμορον *eadem significatione nominat: quo epitheto humanæ sortis imbecillitatē & miseriā nobis præsentant uates etiam prophani.* f ¶ *Huic ubi florida.) Quomodo* Pelops *ad* Peloponnesum *peruenerit, uel potius ad* Pelasgiam, *Oenomai filia ducta narrat, ut ad ludos* Olympicos, *qui in* Peloponnesi *urbibus aguntur, reuertatur.*

ANTISTROPHE, COLON XVII.

Ambiens in uxorem sibi inclytam Hippodamiam

miam [a]Oenomai Pisæ regis filiam. [b]Noctu itaque [c]canum solus accedens mare, accersiuit grauisonum Neptunum, qui eo loci ad uocem apparuit. Cui dixit: [d]Si Cypria quicquã tibi munera placent Neptune, impedi æream Oenomai hastam, meque celerrimis in curribus Elin aduecta, postque tredecim procos perdens [e]differt nuptias

EPODOS, COLON XIII.

[f]Gnatæ.

Vt Neptuni auxilio Elin celerrime uenerit ad regem Oenomaum, subiungit. a ℂ *Oenomai regis.*) *Oenomaus Pisæ rex* Hippodamiam *filiam suam ob formæ præstantiam amans, renuensq́; cuipiam elocare in coniugem, omneis qui eam sibi desponsari cupiebant, ad certamẽ cursus prouocabat, curru* Hippodamiæ *fidens, qui ut celerrimus erat, sic à nemine illum exuperari posse rebatur. Erat autem certamẽ huiusmodi. Curru uehendã* Hippodamiam *Mirtylo aurigæ cõmittebat, hoc pacto, ut si procus currũ uel anteuerteret cursu, uel saltem attingeret, potiretur optatis hymenæis. At interim* Oenomaus *ipse hastam gerens sequebatur procum, quem si iamiam apprehensurum* Hippodamiam *putaret, hasta traijciebat, ut ita tredecim interficeret, donec* Pelops *decimusquartus Mirtylo pecuniâ corrupto, & Oenomaum & Hippodamiæ currum uicerit. Refertur hæc historia in Argonauticis Apollonij, & Euripidem in Tauris. Interemptorum nomina sunt, Mermnes, Hippothous, Pelops. Opuntius, Acarnan, Eurymachus, Eurylochus, Automedon, Lasius, Chalcon, Tricoronus, Alcathus, Aristomachus, Crocalus: quorum capitibus templum Marti conditurus erat.* b ℂ Noctu.) *ὄρφνα pro ὄρφνη, barytonon, noctem significat: sed ὀρφνὴ oxytonũ, tenebrosam: noctis uidelicet epitheton.* c ℂ *Canum mare.*) *Id est cœruleum.* d ℂ *Si Cypria.*) *Cypria dona, Veneris munera sunt, hoc est amor, & hymenæus. Precatio est Pelopis ad Neptunum.* e ℂ Differt.) *ἀναβάλλεται, differt, suspendit, reijcit.* f ℂ *Gnatæ.*) *Solet Pindarus quoties cola expleta fuerint, nondum absoluta periodo, in aliam statim sectionem spargere sententiæ consummationem. Quare & hic Epodi uocem cum superioribus cohærentem adnexui. Testatur autem et Euripidéus Orestes Pelopem Oenomai filiam duxisse, his uersibus:*

Πέλοψ ὁ ταντάλειος εἰς πίσαν μολών.

Θοαῖσιν ἵπποις οἰνομάου γαμεῖ κόρην.
Ἐξ ἧς ἀτρεὺς ἔβλαστεν. ἀτρέως δὲ παῖς
Μενέλαος ἀγαμέμνων τε. τοῦδ' ἔφυν ἐγώ.

Consiliū. » [a]Ingens uero discrimen imbecillem nō admittit. Mori nobis necesse est. Quid autem quisquā [b]obscurā ætatem in tenebris desidens transigat frustra, omnis honesti expers? At mihi id certaminis inire decretum est, tu fortunatū euentum dona. Sic dixit: neq; frustra illius opem sibi poposcit. Adornans enim deus, [c]currum dedit aureum, & indefessos cursu equos.

Epilogus: obsequitur precibus Pelopis ipse Neptunus.

a ℂ Ingens.) Illustri gnome orationem suam ornat Pelops, consilium suum quo permotus sit ad certamen illud suscipiendū, exponens. Immanes res & arduæ, effœminatum & imbellem non admittunt: proinde malo strenue & cum uirtute mortem oppetere, quàm sine rebus præclare gestis inglorius spiritum ducere. Non decet insignem imaginibus uirum, obscurum æuum in silentio transigere. Age ergo experiar quid Hippodamia, quid Oenomaus poßit.

b ℂ Obscuram ætatem.) ἀνώνυμον γῆρας ἕψοι μάταν, ingloriā senectutem frustra coquat, per obscuram ætatem transigat, reddidimus, μεταφορὰ detracta. Est autem ἕψοι actiuum pro paßiuo ἕψοιτο. Non enim aliquis coquere potest senectutem, sed potius ab ea coquitur, hoc est consumitur. ἄμμορος pro ἄμορος, geminato μ uersus causa. c ℂ Currum.) δίφρος bigā proprie significat, quæ duobus equis uehitur, uel currū.

STROPHE IIII. COLON XVII.

[a]Cepit autem iniuriū Oenomaū, uirginemq; coniugē, quæ peperit populi [b]ductores sex, uirtutes solicite curantes filios. Nunc uero splendidis [c]Hæmacurijs mixtus est, Alphei prope meatum [d]celeber, [e]monumentū quod circumiri potest, habens, cum ara hospitum frequentissima. Celebritas autem Olympiacorū certaminū procul [f]cōspicitur in [g]cursibus Pelopis, [h]ubi uelocitas

pedum

pedum, intensissimūq; robur, ingentia audens,
» certat. [i]Qui uictor euadit, reliquum uitæ[k]melli-
» ta[l]tranquillitate transigit.

Persequitur historiam. a ℂ *Iniurium Oenomaū.*) Οἰνομάου βίαν, *Oenomai uim uel uiolentiam. Periphrasis est, pro iniurium & uiolentum Oenomaum Eliorum regem, sicut apud Homerū* ἲς τηλεμάχοιο, *pro forti Telemacho: &* βίη ἡρακληείη, *pro robusto Hercule.* b ℂ *Ductores sex.*) *Sex principes Hippodamia Pelopi peperit, nimirum Atrea, Thyesten, Alcathoon, Plisthenem, Chrysippum: alij aliter numerant, ut Scholia habent.*

c ℂ *Hæmacurijs.*) αἱμακουρίαι cōposita uox est ab αἷμα, *id est sanguis, &* κοῦρος *puer uel filius, quasi iuuenum sanguis. Quotannis nanq; Peloponnesij ephebi, flagris ad Pelopis monumentum sese cædentes ad sanguinis usque effluxum, illo tum cruore Pelopi litabant. Id autem ea ratione faciebant, ut fortitudinē cōmonstrarent: nihil dignius & honorificentius & iustius præstari posse, atque si hoc sacrificio eum decorarent, putantes. Apud Bœotas* αἱμακουρίαι *simpliciter inferias & quæ defunctis uita exhibentur exequias significat. Hæc græca Scholia. Quare Hæmacurijs admixtus est, periphrasis est mortis. Tantū enim uult dicere: Hæmacurijs mixtus est, hoc est mortuus est, uel splendido Pelopōnesiæ iuuētutis sacro quotānis ornatur.* d ℂ *Celeber.*) κλιθεὶς ἀ κλέομαι, *celebratus uel celeber, participiū secundi aoriston.*

e ℂ *Monumentum.*) τύμβον ἀμφίπολον, *monumentum quod circuiri potest: in media enim Pisa urbe erat, siue quod circundari à spectatoribus & athletis potuerit, quippe quod in medio stadij (ut quidam dicunt) erat.*

f ℂ *Conspicitur*) δέδορκε, *præteritum medium passiuæ significationis, pro* βλέπεται. g ℂ *In cursibus Pelopis.*) *Cursus enim primum Olympiorum siue ludus siue certamen fuit. Per Pelopem autem ipsa Olympia celebriora, q̄ antea fuerint, reddita dicit.* h ℂ *Vbi uelocitas.*) *In Olympijs, inquit, nedū pedum uelocitas, sed omnis generis fortitudinis æduntur specimina: nam præter cursum, illic lucta, pugilatus, & pancration uigent.*

i ℂ *Qui uictor euadit.*) *Quæ de Pelope per digreßionem in medium protulit, gnome tandem nō uulgari concludit: qui uictoria maxime Olympiorum potitur, inquiens, reliquū omne æuū suum tranquillus transigit.* ἕνεκεν ἀέθλων, *hoc est, propter brabea & uictoriæ præmia.* k ℂ Μελιτόεσσαν.) *με longum est in dictione* μελιτόεσσαν, *ut apud Homerum in hymno Mercurij: cuius autoritatem secutus est Persius dum inquit, Pegaseium melos.* l ℂ εὐδίας.) εὐδία *maris est tranquillitas, post sedatas pro-*

cellas arguit, metaphoricῶs pro felicitate & sequundiori fortuna capitur.

ANTISTROPHE, COLON XVII.

[a] Propter uictoriæ præmia. [b] Sic semper quod in die uictoriæ bonum obuenit, unicuiuis mortalium summũ & acceptissimum est. [c] Me uero coronare illũ [d] equestri lege, [e] Aeolico carmĩe, operæpreciũ est. [f] Siquidem confido neminẽ alium ex ijs qui hodie uitam ducunt, utraq; bona, scientiam & potentiã, uerius uel peculiarius adornaturum hymnorũ uarietate præter me. [g] Deus rerum nostrarum moderator id unice curæ habet, ut conseruet solicitudinis plenam felicitatẽ tuam ô Hieron. [h] Quod si is me non subitò destituerit, dulciori porrò carmine spero

EPODOS, COLON XIII.

Me celebraturum te.

a ☾ Propter uictoriæ præmia.) Qui Olympicus uictor est, brabeorum nomine ἐπινικητηρίων felix est, inquit. Sed quæ sunt illa brabea? In tertia Olympiorum Ode brabeum quinquennalis huius agonis oleam uel coronam oleaginam fuisse Pindarus testatur. Tanti ergo existimata fuit oleagina corona, ut eam propter uictor beatus prædicari queat? Per sese profectò haudquaquam tanti fuit: cæterum, ut Cicero etiam tradit, uirtutis nomine plurimi fiebat uictoria. Non spectabatur apud priscos illos lucrũ, sed uirtus, sed præclarũ nomen, sed fama, & gloria: clarißimus enim habebatur per omnem Græciam Olympionices aliquis. b ☾ Sic semper.) τὸ δ' ἀεὶ παράμερον ἐσλὸν, bonum præsens, uel quod in diem obuenit, uel quod in die uictoriæ obuenit, à παρὰ & ἡμέρα. Epiphonema est, quod præcedẽti gnomæ adhæret. Quod cuique mortalium qualibet die bonum perinde atq; uictoribus sua uirtus atque adeò dulcis uictoria præstò est, hoc sanè præclarißimum est. Generalis Chria est, qua sua cuiusque uirtus, ars, opera, artificiũ, quo semper uti potest, cõmendatur. Ad uictoriam tamen proprie pertinet, cuius causa eam Pindarus priori adnexuit. Pijs & studiosis uerius hic locus accõmodari potest, quàm Olympicis illis uictoribus. Etsi enim magno sudore, plerisque uigilijs, excubijs & laboribus disciplinæ comparentur, tandem ubi quisquam in illis constanter perdurarit,

rarit, dulcem studiorum & laborum suorum fructum, præsentes nimirum ingenuas artes (quibus nihil melius, nihil iucundius, nihil præstantius) decerpet. Diues Pindari poëma est, quo sese studiosissimus quisque, communibus locis, chrijs, gnomis, declamationibus, paraphrasibus, uersione in earundem legum, uel diuersarum carmina, exercere potest. c ℭ Me uero coronare illum.) A digreßione, quam suprà primæ Strophes Epodo orsus est, reuertitur ad institutum, ad uictoris nempe Hieronis præconia laudesq́;. Illum, scilicet Hieronem. d ℭ Equestri lege.) Equestri lege, hoc est, pro more equitum, ut par est equites, & eos qui celete uicerint, celebrare. e ℭ Aeolico carmine.) αἰολίδι μολπᾷ, Aeolico cantu, id est, uario, uel Lyrico, uel Thebano: quod Aeoles olim Thebas inhabitarint, siue quod ipse Pindarus Thebanus fuerit. αἰόλος uarium & mobile significat, ut Scholia Homerica in explicatione τοῦ κορυθαιόλου adfirmant. Lyrici porrò uersus & uarij sunt, & uariarum legum, quare pro Lyrico rectius & simplicius accipitur.

f ℭ Siquidem confido.) Suam poëticen modeste laudat, & cõmendat Hieroni, perinde atque Horatius Mecœnati suam Lyricen prædicat:

Quod si me Lyricis uatibus inseris (inquit)
Sublimi feriam sydera uertice.

Porrò in græco textu hic est ὑπερβατόν: neque quicquam hic obscurum est, si relinquatur argumentum esse à poßibili, nec iam ad Hieronem, nunc ad Pindarum, nunc ad alios poëtas transferatur sermo. ut sit sensus: Operæprecium est & conuenit, me Hieronem prædicare: siquidem me hoc efficere commodum posse arbitror & confido. g ℭ Deus rerum nostrarũ.) θεὸς ἐπίτροπος, deus moderator. Aetiologia est, quare poßit cõmodum euehere ad deos Hieronem. Intelligit autem per moderatorem deum Mercurium, Lyrices præsidem. Nam lyræ pater & inuentor est Mercurius, perinde ac est apud Homerum in hymno Mercurij, & Horatium Ode 10. lib. 1.

Mercuri facunde nepos Atlantis, &c.
Te canam magni Iouis & deorum
Nuncium, curuæq́; lyræ parentem.

Est igitur hæc uatis nostri mens: Mercurius Lyrices inuentor, hymnorum meorum moderator & subministrator, id unice curæ habet, ut uictoriæ tuæ per me celebrentur. h ℭ Quod si is me.) Hoc est, nisi me reliquerint & Musæ & Mercurius, in spem uenio, te mihi propediem curru etiam uictoria potitum in Olympijs, celebrandum esse. Victoria nanque tua, nouum lyræ meæ argumentum & occasionem scribendi subministratura est.

Vbi ipſe celeri curru, ad [a]ſublime clarũq; Cronium acceſſero, reperta illic auxiliari encomijs meis uia. [b]Mihi igitur Muſa fortiſsimum robore [c]telum augeſcere facit. Alij alijs rebus admirandi ſunt: [d]quod uero à nemine exceditur, regũ eſt. [e]Proinde ne longius circũſpice. Faxit autẽ deus, ut hoc uitæ tempore in regio faſtigio perſeueres: ego uero ſapientia per totam ubique Græciam cõſpicuus fiam, certaminũ uictoribus tanta præconia concinendo.

a ¶ Sublime Cronium.) Cronium promontorium eſt Piſæ. Circa Cronium, ſiue Saturnium collem aguntur Olympia. εὐδείελον appellat, id eſt, ſublimem, uel ſoli expoſitum, uel ad ueſperam ſitum. Eſt ergo Cronium cacumen, Olympiorũ periphraſis. b ¶ Mihi igitur.) Alios alijs rebus excellere, ſe Lyrica nonnihil poſſe confirmat, quale & Horatij 1. libri 1. Odæ argumentum eſt. c ¶ Telum.) Telum μεταφορικῶς Odas ſeu hymnos ſuos uocat, quibus uictores iaculatur & ornat. d ¶ Quod à nemine exceditur.) Pulchra ueluti gradatione utitur, hunc ad modũ: Ego ſum Lyricus poëta, alij alijs excellunt. Reges uero & principes uictoria, triumphis & rebus omnium præclariſsimis pollent. Et quia nedum regio faſtigio præemineat, cæterum & uictoria omnium clariſsima Olympica cõſpicuus ſit, ideo ſtatim eum hortatur ne ampliora quærat, nihil tanto felicitatis culmine auguſtius eſſe ſubindicans. e ¶ Proinde ne longius.) Peroratio eſt, qua regem Hieronem ſua regia ſorte, & Olympica uictoria contentum eſſe debere hortatur: atque in eo regno felicem illi rerum ſucceſſum precatur, ſibiq; ipſi eius ſtudij ſequundiorem euentum, quo ſemper uictores Græciæ prædicare poſsit, optat.

THERONI AGRIGENTINO, QVI *curru uictor euaſit,* ODE SECVNDA.

STROPHE I. COLON XIIII.

[a]Citharæ impãtes hymni, quẽ deũ, quẽ heroa, quem hominẽ ſonabimus? At [b]Piſa quidẽ Iouis eſt, Olympiada uero inſtituit [c]Hercules, [d]primitias ſpo-

liorum

liorum belli. ^e^Theronē uero ob uictoriā conſpicuum currū extollam carmine, iuſtum hoſpitem, murū Acragantis, ^f^clariſsimorumq́ progenitorum florem, urbium rectorem.

ENARRATIO.

Theroni Agrigentino hæc Ode inſcripta eſt, cui ab Agrigento, cuius dominus fuit, cognomen eſt inditum. Acragas Græcis, Latinis Agrigentum eſt, ut Plinius autor eſt lib. 3. cap. 8. Porrò Stephanus tradit, Acraganta Siciliæ urbem à præterlabente flumine appellatā. Duris pleraſq; Siciliæ urbes à fluuijs habere nomenclaturas teſtatur. Sunt & qui ab Agragante Iouis & Aſteropes filio nomen oppido factum adfirment. Polybius & fluuiū & oppidum à regione Agrage nominari ſentit, quod illic fertile ſolum ſit, fœcundusq́; ager: ab ἄκρον ſummū, uel ἀγρὸς ager, καὶ γῆ terra: quaſi præſtantiſſimū ſolum, uel tellus aruis prægnans. Generis ſui ſtirpem aduſque Oedipodem atque Thebanos Theron refert, ipſe filius Aeneſidami, Geloni tyranno affinis, utpote ſocer: filiā enim ſuam illi in coniugē dederat, cui nomen Demarete, à qua & Demaretæum nomiſma appellatum eſt: Hieroni ſynchronos: gnatam eius ſibi in uxorem accepit: uicitq́; curru, circiter Olympiade ſeptuageſimaſeptima, Timæo autore, ut ſcholia. Proinde Theronem laudat à uincente curru, à iuſtitia, à liberalitate, à fortitudine, à maiorū claritudine. Digreſſiones ad Semelen, Ino, Pelea, Achillem & reliquos ſuo loco inſpergit ſuo more. Argumentū uel ſaltem exordium duodecimæ Odæ ſuæ ab hac ſecunda Pindarica Horatius ſumpſit, dum inquit: Argumentū

Quem uirum aut héroa, lyra, uel acri
Tibia ſumis celebrare Clio?
Quem Deum?

a ℭ Citharæ imperantes.) ἀναξιφόρμιγγες, citharæ uel lyræ imperantes, lyram regentes: primum enim carmina panguntur, deinde & lyra ad eorum melos apparatur. Orditur à propoſitione, quæ interrogatione & ſubiectione conſtat. Tantum enim ualet interrogationis ambiguitas & reſponſionis adſertio: Tres, inquit, carminibus iamnunc meis extollam, deum Iouem, heroa Herculem, principē uero eum qui curru Olympico certamine uicit, Theronem potiſſimum recinam. b ℭ Piſa.) Piſa urbs, ut in prima Ode cōmemoratum, ubi Ioui templum dicatum, & Olympiaci ludi aguntur. hoc eſt, Iouem Piſæenſem, qui Piſæ colitur, celebrabimus: adiungens cauſas ſemper lau

dis, Iouem ideo celebrabo, inquit, quod Pisam, certaminis urbem & locum sacrum habeat. c ℂ Hercules.) Quum Elidis regis Augiæ bubile Hercules pacta quidem mercede purgasset, ac tyrannus iam promissis non staret, arma mouit aduersus tyrannum Hercules, atque tum eo uicto, e spolijs Olympicum ludum instituit, in Olympij Iouis gloriam, gratus nimirum illi ipsi, cui uictoriam suam referebat acceptam. Huius Herculani laboris est mentio apud Erasmum in parœmia, Augiæ stabulum purgare. Hic obseruandum, quod Pindarus ab Hercule primum inchoatam & erectam Olympiada dicat. Olympiades, inquit, sunt primitiæ spoliorum belli. d ℂ Primitias.) ἀκρόθινα, ab ἄκρον summum, & θινὸς, sunt acerui tritici uel hordei. Euripides ἀκροθίνια dicit. Primitias frugũ significat. Ideo ut suam translationẽ & catachresin indicaret, adiecit πολέμου, ne quis de frugibus acciperet. e ℂ Theronem uero.) Theronem ob uictoriam quam curru consecutus est prædicabo. τετραορία, compositum à τετρὰς quaternitas, & ὡρεῖν custodire uel iungere. Apud Aristophanem in νεφέλαις, ξυνωρὶς duorum equorũ copulam habentẽ bigam significat. Apud Homerum τετράοροι quatuor equi sunt currui submißi. hinc τετραορία, cui quatuor equi submißi currus est, qui & τέθριππος dicitur. Sunt autẽ ξυνωρὶς Aristophani, & δίφρος Homero, idem. Statim autem magnificis & encomiasticis epithetis ornat Theronem. A iustitia, dum inquit, iustum hospitem, quam erga hospites & exteros uel aduenas exercet. A fortitudine, ac patriæ tutela, dum ait, murũ Agrigenti. Metaphorice eum murum Agrigenti appellat, perinde ac Homerus Hectorẽ Troiæ, & Achillem Achiuorum murum & munimentũ uocat. Et à claris maiorum imaginibus, dum subdit, clarißimorum progenit. A fascium dexteritate, & imperij potentia, dum cludit, urbis uel urbium rectorem. f ℂ εὐωνύμων.) Id est, ἐνδόξων, hoc est, inclytorum: à Cadmo enim generis sui stirpem deducit.

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Qui multum animo fessi, [d] sacram habitarunt sedem fluminis, [b] Siciliæq; fuerunt oculus, [c] quos & ætas fortunata secuta est diuitiás & fauorẽ adducẽs, ac germanas iuxtà uirtutes. [d] At ô Iupiter Rheæ fili, [e] sedem Olympi gubernans, certaminumq; uerticem, Alpheiq; meatum, oblectatus odis, benignus patriam eis adhuc tellurẽ auge,

Metaphora

Eadem Iouis prædicatio 5. Olymp. ode, strophe 1.

Longius

Longius repetit genealogiam & ſplendorem natalium Theronis, ſiquidem à Thebanis & ab ipſo uſque Cadmo. Filius enim Cadmi, ut Menecrates autor, Polydorus: cuius porrò filius Hæmon: qui ſimulac contribulem quempiam ſuum occidiſſet, profugit Athenas, indeq́; migrans diſſidio facto, cum Argiuis Rhodum inhabitauit: poſtea Agrigentum uenit. Numerantur autem aduſque Theronem generationes uigintiſeptem, ad quæ reſpiciens Pindarus, ait: Qui Theronis maiores multum defatigati, uarijs migrationibus & calamitatibus uexati, ſacram ſedem fluminis habitarunt. Infortunia uero & lugubria maiorum fata, læto uictoris hymno admiſcet, uti memoria malorum præteritorum, præſentia bona maiora & gratiora fiant, & modeſtiori animo ferantur.

a ¶ Sacram habitarunt.) Per fluminis habitationem, ciuitatem Agrigentum intelligit, quæ cum fluuio idem nominis obtinet. b ¶ Siciliæ oculus fuerunt.) Id eſt, celeberrimi, optimi, præſtantiſſimi, prudentiſſimi. Oculus enim in corpore reliquis dignius membrum eſt. Sacram manſionem ideo dicit, quod Agrigentū Proſerpinæ ad Anacalypteria datum eſſet. c ¶ Quos ætas.) Poſt diuturnam adflictionem maiorum, ſecutam felicitatem, pulcherrima tranſmutatione ait. Sic enim ferè fit, quod aduerſitas nō ſemper æque premat, nec unquam perpetuò grauet quos apprehenderit, ſed ſubinde cedere locū meliori fato cogatur. d ¶ At ô Iuppiter.) Deeſis eſt: orat enim ut cum Theroni, tum eius poſteris ac nepotibus ſequundiorem regni ſtatum, adiecto præteritis malis fine, impertiat Iupiter. e ¶ Sedem Olympi, certaminū uerticem, Alphei meatū, congeries eſt: per tria enim illa Olympia tantūmodo intelligit: quanquā ſedes Olympi, hic rectiùs pro cœlo accipiatur. Olympus enim mons ob altitudinem ſuam pro cœlo Homero & omnibus uſurpatur.

EPODOS, COLON VIII.

» Et nepotibus. Quæ uero ſiue iuſte, ſiue iniu-
» ſte facta ſunt, neq; tempus ipſum, omnium [a]pa-
» ter, infecta reddere queat. [b]Sors tamen fortunata
» finem addere obliuionemq́; horum poſsit. [c]Inui-
» ſum nanque malum, gaudio bonorum oppreſ-
» ſum emoritur,

Gnome eſt conſolatoria, qua ne ob maiorū ſuorum infortunia perturbetur, pulchre Hieronem docet. Si quid minus iuſte uel dextre factum, boni conſulendum eſt, inquit: quandoquidem fieri non poſſit, ut factum ſit infectum: tum eius obliuiſcendū eſt, meliore iam adſpirante fortuna: dum ferè ita fieri conſuerit, ut

mala bonorũ præsentia in auras abigantur. Leuiter interim attingens, ac ueluti adumbrans dissensionem, quæ inter Theronem, Gelonem, & Hieronẽ intercessit: neque accusans, neque damnans peccatum, sed celebri hac prouerbiali gnome, Quod factum est, infectum ut sit, fieri nequit, celans. a ℭ Pater.) Obseruandum quod Tempus omnium patrem appellat, quod cuncta fiant temporis procursu, cunctaq; intereant & redeant, adeò ut quæ nostris uiribus impossibilia sunt, à tempore fieri queant. Regna transferre, dialectos & exteras loquendi proprietates cuipiã patriæ inferre, mores & religionẽ mutare, res sunt quæ à multis mortalium myriadibus confici nequeant: omnia tamen ista, tempore uidemus effecta. Infantibus uires, iuuenibus robur, uiris senectam, nemo præter tempus confert. Arbores iamnunc pulcherrimis suis fructibus nemo cõmodum orbare, nemo nudare, nemo nudatas denuò uestire potest, nisi solum tempus. Fortunam acerbam, in propitiam atque secundã, nemo præter tempus transmutare potest. Et ut uno uerbo omnia complectar, quicquid à cõdito mundo in hunc usque diem contigit, tempore contigit. Hinc Sophocles, tempus omnia audire, omnia uidere, omnia reuelare dicit. Vnde & prouerbium natum est, Tempus omnia reuelat. Et Germanis uulgatum adagium extat, Rosas proferre tempus. Huc pertinet, quod prima ode tempus sapientissimũ testem appellauit. Vt ergo Pindarus læto epinicio tristia non ita manifeste interserat, quæ cum de maiorum ærumna, tum Theronis etiam cum Hierone dissensione adferri poterant, calamitosa illa planè cõticet, ita tamen, ut quibus perspectum Theronis stemma sit, satis intelligant. Quasi dicat: Nolo hic referre superiorum temporum calamitates: uerum si quid minus prospere accidit, susq; deq; ferendum est. Egregia sententia, tristiũ lenimen, & ueluti pharmacon adferens. Quod factum est, inquit, neque ipsum omnipotens tempus efficere potest, ut sit infectum: duo prouerbia in unam sententiam coagmentans. b ℭ Sors tamen fortunata.) Vnicum tristium præteritorũ remediũ esse, non quod permutari, sed quod per secundiorem rerum successum, obliuione sopiri possint.

c ℭ Inuisum nanque malum.) Præterita mala obliuioni tradi, meliore spirante Zephyro, sed minime permutari posse, propositione quadam per digreßionẽ docet. Estq; hæc præclara gnome, quæ prioris propositionis rationẽ reddit. Et quia hic sententia est cũ ratione, ideo schema est προσαπόδοσις. Atqui ut penitius intelligatur quid per exacta mala αἰνιγματικῶς intelligat poëta, huiusmodi, quam scholia adijciunt, historia est cõsideranda. Historia Theron Agrigentinorũ rex Geloni filiam suam Demaretem in uxorem dedit, quã defuncto uita Gelone, Polyzelus eius frater duxit, regnumq; fratris sui, unà cum coniuge suscipit. Cui & potentiam & præclarum nomen inuidens Hieron

ron, prætextu belli aduersum Sibaritas gerendi, ex insula Polyzelum educit: ubi quum strenue bellando uictor euasisset Polyzelus, nihil porrò habens quo eum iuste Hieron impeteret, nouas tamen technas moliebatur. Quam ob rem Theron exulceratus, & indignabundus cum ob filiam, tum generum, expeditionem destinare aduersus Hieronem uolebat. Quod bellum tamen Simonides Lyricus poëta diremit, tantæq; inter eos cōcordiæ autor fuit, ut affinitate quoque arctius iungerentur, Hierone Theronis sororem in uxorem accipiente.

STROPHE II. COLON XIIII.

[a]Quando diuina prouidentia procul aduexerit [b]altas diuitias. [c]Qui sermo ad generosas Cadmi filias item pertinet, queis ubi [d]grauia perpessæ sunt, [e]ingens luctus decidit præ potioribus bonis. Viuit nunc apud superos, Iouis fulmine icta, crinesq; passa [f]Semela: eam amore prosequitur incessanter [g]Pallas, & Iupiter pater impense, unaq; filius [h]hedera coronatus.

a ¶ Quando diuina.) Cohæret cū fine præcedentis Epodi. b ¶ Altas diuitias, magnas, potentes ab effectu. c ¶ Qui sermo ad generosas Cadmi.) Exemplis Cadmi filiarum probat, transactorum malorum obliuia, præsenti maiori felicitate uenire. Recte à Cadmo Thebarum conditore paradigmata citat, quandoquidem ad Thebanos genus suum referat Theron.

d ¶ Grauia perpessæ.) Scilicet Ino, Semele, Autonoë, Agaue. e ¶ Ingens luctus.) πιτνεῖ, id est deijcitur, obscuratur. f ¶ Semela.) Semela Cadmi filia ex Ioue uterū ferens, Iunonis insidijs circumuenta, Iouem, ut diuina forma, qua Iunonem soleret, se adiret precatur, instinctu anus, in quam sese Iuno transformarat. Quod ubi Iupiter recusare non posset, fulmine exusta est, erepto Baccho tamen ex aluo matris, quem & femori suo insuit Iupiter, donec expleto fœtus tempore denuò nasceretur. In dearum ergo numerum sub mortem illam transtulit Iupiter, ut hoc pacto ex ingenti liberata calamitate, summam adepta sit beatitudinem. Fabula est apud Ouid. 3. Metamorph. πιτνεῖ.

g ¶ Pallas.) Pallas tanquā dea indigena amat Semelen: nam Cadmus ei statuam posuerat, Oncis Bœotiæ uico, ubi & Oncæa Minerua colitur.

φιλέοντι δὲ μοῖσαι.

Membrum isthuc Demetrius Triclinius resecuit, ut quod faciat Strophen hanc

secundam uno colo reliquis abundantiorem. b ¶ *Hedera coronatus.*) Dionysius est siue Bacchus Semeles filius, cui hedera dicata. Quanquam & Apollo & poëtæ hedera ornentur. Pulchre autem & poëtæ hederã Baccho & Apollini cõmunem gestant, dum nihil præclari citra Bacchi cyathos ædant.

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Ferunt præterea & inter marinas Nerei filias
[a] Inoa incorruptibilem perpetuò uitam ducere,
» neque unquam interituram. [b] Iam statam mortis
» horam prorsus non habent mortales, neque un-
» quam quietum [c] diem, Solis prolem, cum innoxio
» bono finiemus. Fluctus autem aliàs alij cum [d] feli-
» citate & infortunio inuaserunt humanũ genus.

Alio paradigmate sententiam priorem probat. a ¶ *Inoa.*) *Ino Cadmi filia, quum filium suum Learchum à furore percito rege suo interfectum uideret, ipsa facti atrocitate in rabiem acta, præcipitem sese in mare dedit, ubi Veneris precibus in Leucothean marinã deam transmutata est. Verum de hac fabula pluribus in Isthmijs agetur. Meminit huius Ouid.* 4. *Metamorph. & Homerus Odyss.* 5.

Τόνδε ἴδεν κάδμου θυγάτηρ καλλίσφυρος ἰνώ
Λευκοθέη, ἣ πρὶν μὲν ἔην βροτὸς αὐδήεσσα,
Νῦν δ' ἁλὸς ἐν πελάγεσσι θεῶν ἐξέμμορε τιμῆς.

b ¶ *Iam statam mortis horã.*) *Tristius quod subiungit. Oedipodis parricidæ (à quo genus Theronis propagatum) facinus, præclara gnome lenit & anteuertit. Incerta, inquit, certißimæ mortis hora. Enimuero fieri haudquaquã potest, ut & læta & felicia omnem perpetuò hominis ætatem excipiant. Ea enim est rerum uicißitudo, ut læta tristibus, tristia lætis permutentur: quando ut est apud Homer. Ilia.* 24. *duo in Iouis limine dolia reposita sint, quorum alterum dona malorum, alterum dona bonorum contineat. Quod si cuiquam ex utroque dolio mixta dona impertiat, ille aliàs malo, aliàs bono sanè occurrit. Proinde non mirum esse, si inter maiores Theronis reperiatur qui malo fato sit agitatus, nimirum Oedipus.* c ¶ *Diem solis prolem.*) πρόσθεσις *est, habens admixtam metaphoram. Dies est filius solis, id est per solem generatur. Solis enim præsentia aërem caliginosum illustrans, lumen uniuerso mundo parit, cui diei nomen indimus: neque quicquam dies est præter solis fulgorem & claritatem.*

claritatem. Et quia Theron ad Cadmum & Oedipodem genus suum refert, placet hic ex Scholijs annectere genealogiam eius. Laij filius Oedipus, Oedipodis Eteocles & Polynices, Polinicis Therſander, cuius Tiſamenes, cuius Anteſion, cuius Theras, cuius Samus. Huic duo filij erant, Telemachus & Clytius: quorum Clytius ſanè manſit in Thera inſula, Telemachus autem è regione illa collecta manu Siciliam ingreditur, ea illic loca obtinens. Ex hoc prognatus eſt Chalciopeus, cuius filius Ommenides, cuius Aeneſidamus Theronis ille parens. d ☾ εὐθυμίαν καὶ πόνον.) Elegans eſt hic anthiteſis, in dictionibus felicitas & infortuniũ: græce enim hic ſibi opponuntur mutuò εὐθυμία & πόνος, ſicut εὐτυχία & δυστυχία, felicitas & infelicitas, eufortuniũ & infortunium.

Genealogia Theronis abuſq; Oedipode ad Aeneſidemũ parentem.

EPODOS, COLON VIII.

Sic & fatum, quod auitum Theronis ſtemma fortunatũ & potens reddidit, cõtrarij quiddam etiam mali alio quidem tempore adducit, perinde ac in Oedipode [a]fatali nato perſpicuũ fit, qui patrem ſibi obuiũ Laium [b]occîdit. [c]Sed ab Apolline olim ædito [d]oraculo ſatisfactum oportuit.

Tertium de Oedipode exemplum iam adducit, quo humanæ fortunæ inſtabilitatem confirmat. παλιντράπελον pro ἀντεζευγμένον. a ☾ Fatali nato.) Fatalis natus Oedipus, qui fatũ protulit in lucem, uel qui oraculum fatale compleuit, uel fatum producens in rem & euentum, uel qui ex fato illi natus eſt. b ☾ Occîdit.) Vt Oedipus patrem ſuum Laium ſed ignorans occiderit, Sophocles pulcherrime tractat in Tragœdia quam inſcripſit Oedipodem Tyrannum. c ☾ Sed ab Apolline.) ἐν δὲ πυθῶνι χρησθέν. Pytho locus eſt Delphis, ubi oracula ædebat Apollo. Hinc Apollo Pythius. A Pythone ſerpente tamen nomen habet & locus & Apollo, illic ſagittis eius, dico autem Apollinis, interfecti & putrefacti. Sed in Pythiorum origine hæc fuſius explicabũtur. Pro Delphico hic oraculo poëta uſurpauit. d ☾ Oraculo.) Oraculum uero in quod hic Pindarus intuetur, huiuſmodi eſt:

παλιντράπελον.

Λάϊε Λαβδακίδη, παίδων γένος ὄλβιον αἰτεῖς.
Δώσω τοι φίλον υἱόν, ἀτὰρ πεπρωμένον ἐστί.
Σοῦ παιδὸς χείρεσσι λιπεῖν φάος. ὡς γὰρ ἔνευσε
Ζεὺς κρονίδης, πέλοπος στυγεραῖς ἀραῖσι πιθήσας,
Οὗ φίλον ἥρπασας υἱόν, ὁ δ' ηὔξατό σοι τάδε πάντα. hoc eſt:

Oraculum Delphicũ.

Laie Labdacida, prolem petis ipse beatam,
Quæ semper pulchra sit posteritate renidens:
Charus quare tibi nascetur filius, acri
Euentu: per quem solis tibi lumen ademptum,
Et uitam flebis: sic fata uoluntq; iubentq;.
Talia donauit precibus Saturnius atris
Tantalij Pelopis: natum quia dempseris illi,
Hinc peperit tibi tanta suis incommoda uotis.

STROPHE III. COLON XIIII.

Atqui toruũ uidens [a]Erinnys, perdidit ei [b]mutua cæde superstitem eximiam & martiam sobolem. Relictus est enim Thersander cadente Polynice, [c]nouis certaminibus, [d]prælijsq; belli præclarus, germen auxiliare [e]Adrasteidum familiæ, [f]ex qua seminis radicem Theronis adsumit domus. [g]Decet ergo ut nos [h]Theronem encomijs, carminibus, [i]lyrisq; ueneremur.

a ☾ Erinnys.) *Quas Latini furias, Græci Erinnyas & Eumenidas appellant, inferas illas deas, scelerũ omnisq; mali cũ suscitatrices tum punitrices. Numerantur tres, Tisiphone, Alecto & Megæra. Concitatæ uero mentis siue motus, siue adfectus, hisce furijs poëtæ adumbrarũt.* ἐρίννυς *mentis litem et prouocationẽ sonat, ab* ἔρις *&* νοῦς. εὐμενὴς *ab* εὖ *bene, &* μένος *robur uel mens: per antiphrasin: minime enim bonus animus in Eumenidibus, uel uirtus conspicitur. Tisiphone ultionem cædis, à* τίσις *uindicta, &* φόνος *cædes. Alecto nunquam desinentẽ, ab* ἀ *&* λήγομαι. *Megæra odium est. Quibus uocibus quàm animi nostri motus significentur, nemini non constat.*

b ☾ *Mutua cæde.)* σὺν ἀλληλοφονίᾳ. *hoc est, Erinnys ut paricidiũ Oedipodis ulcisceretur, filios eius Eteoclen & Polynicen ad mutua concitauit arma, ita ut frater in fratrem insurgeret, alter alterum armis adoriretur. Quo prælio uterque perierũt, superstite Thersandro Polynicis filio.* *c* ☾ *Nouis certaminib.) Noua certamina expeditionem, qua Thersander & Diomedes aduersum Thebas dimicantes, parentum suorum necem ulti sunt, appellat: ut Scholia.* *d* ☾ *Prælijs belli.)* μάχαις πολέμου. *Discrimen est inter* πόλεμον *&* μάχην, *perinde atque apud latinos inter bellũ & præliũ.* πό-

λεμος

λεμ© ut bellum, tempus est durantis pugnæ, etiamsi nullus fiat conflictus: μάχη ut prælium, ipsam hostium conflictationē significat: Ammonio autore.

e ℂ Adrasteidum familiæ.) Enallage numeri est ἀδραστειδᾶν, pluralis genitiuus à recto ἀδραστεὶς: patronimicum est fœmininum ab Adrasto, Adrasti filiam significans. Thersander enim Polynici, ex Argea Adrasti Sicyoniorum & Argi regis filia, natus est. f ℂ Ex qua, scilicet Adrasteide, uel Thersandro: interempto enim patre, à superstite matre, ipsam deuenerans, ducit genus uates: sic per Adrasteidis familiam, nepotes & posteros Argeæ atque adeò Adrasti intelligit, uel ipsam suam Thersandri posteritatem.

g ℂ Decet ergo.) Redit à digreßione ad institutū: post interserta enim maiorum Theronis felicia & infelicia, ad eius encomia reuertitur.

h ℂ Theronem.) τὸν αἰνησιδάμυ. Periphrasis est Theronis: pater enim Theronis Aenesidamus. Græcis in more est, ut si filium uel filiam alicuius efferre uelint, id per articulum masculinum uel fœmininum genitiuo patris, uel etiam matris præpositum faciant: ut, ὁ αἰνησιδάμυ, filius Aenesidami: ἡ διός, filia Iouis: ὁ ἐπάφυ, Epaphi filius. i ℂ Lyrisq;.) In exordio huius odæ, ἀναξιφόρμιγγες ὕμνοι dicebat: φόρμιγγα intelligens, quam hic lyram, & sæpe citharam appellat. Quare quum & interpres ubique ferè per lyram citharā accipiat, est quur equidem opiner etiam Pindaro citharam & lyram idem fuisse organon. Quod & Horatiū sensisse puto, dum principium huius odæ imitans, ubi in primam uocem ἀναξιφόρμιγγες intueretur, canit: Quem uirum aut heroa lyra, uel acri, Tibia sumis celebrare Clio? ita quod per lyram respexerit nedum ad suam lyricen, sed ad ipsam etiam dictionem ἀναξιφόρμιγγες. Nec me clàm est refragari sententiæ meæ Anaxilan λυροποιὸν apud Athenæum Dipnosophistarum 14. qui lyram à cithara seiungit hisce uersibus:

Ἐγὼ δὲ βαρβύτυς, τριχόρδυς πηκτίδας,
Κιθάρας, λύρας, σκινδαψὸς ἐξηρτυόμαν. hoc est,
Et barbitos ego ac trichordas pectides,
Citharas, lyras, scindapsos noui tangere.

Quibus ipse Anaxilas uersibus aperte palàm à cithara lyram segregat. Ecquis nō poßit asseuerare φόρμιγγα uel citharā & lyram à Pindaro usurpari, pro uarijs organis quibus ludere potuerit? non autem idem fuisse Musices instrumentum propterea. Et ego profectò mallem accedere Anaxilæ, ni Pindarum hæc duo miscere uiderem, & scholia citharam sæpe per lyram interpretari. Quumq; sint scholia doctißima, nō opinor adeò à Musica alienos fuisse, ut ignorarent, quid citharā, quid lyram nominarent, eorum conscriptores. Qua-

re interim ab Anaxilao illo dissentienti mihi ueniã dabunt eruditiores, ubi certius discrimen attulerint: cõniuebũt etiam, ni fallar, manes Anaxilai, si uideant me, non prorsus temere in instrumentorum Musicorum ratione cæcutire. Præterea apud Aristophanem in Nebulis lyram & citharam idem esse apparet, ex eo loco, quo Strepsiades de filio in hunc modum conqueritur:

πρῶτον μὲν αὐτὸν τὴν λύραν λαβόντ᾽ ἐγὼ 'κέλευσα,
ᾆσαι σιμωνίδου μέλος τὸν κριὸν ὡς ἐπέχθη.
ὁ δ᾽ εὐθὺς ὡς ἀρχαῖον εἶν᾽ ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν.

Quo loco si lyra & cithara diuersa essent, λυρίζειν *& non* κιθαρίζειν *dicere debebat.*

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

[a]Siquidem in Olympico certamine ipse [b]coronam accepit: [c]in Pythico & [d]Isthmico cõmunes ad [e]eiusdem sortis fratrem [f]gratiæ, per quadrigas quæ duodecies cursu rotabantur, adduxe-
» runt [g]flores. [h]Esse uero certaminis expertum, ui-
» ctoriaq́; insignem, à tristibus liberat. [i]Præterea
» diuitiæ uirtutibus exornatæ uariarũ rerũ oppor
» tunitatem adferunt, non modicam, sed arduam
» atque adeò seueram solicitudinẽ suppeditantes.

a ℭ *Siquidem.) Ratio, quare Hieronem laudari conueniat, propterea quod Olympicã sit uictoriam adsecutus.* *b* ℭ *Coronam.)* γέρας *munus significat, quo honoratur quisquam. Isocrates in* περὶ βασιλείας, ἱερωσύνην *pro* γέρᾳ *usurpat: & in encomio Helenæ* γέρας *appellat, quod in* περὶ βασιλείας ἱερωσύνην. *Metaphorice per coronam reddidi: eam enim ipsam uictoriam per munus illud intelligit.* *c* ℭ *In Pythico.) Pytho Apollinis urbs, ut Stephanus testatur, ubi Pythia, ludi, aguntur: unde hic pro Pythicis ludis accipitur.* *d* ℭ *Isthmico.) Isthmos autem inter duo maria angustiam significat, quo de Pomponius Mela lib. 2. sic inquit: Megarensiũ tractus Isthmon attingit: hoc illi cognomẽ est, quia quatuor millium spatio Aegeon mare ab Ionio submouens, angusto tramite Helladi Peloponnesum annectit. In eo est oppidum Cenchreæ, Fanum Neptuni, Ludi quos uocant Isthmicos celebres. Hæc Pomponius. Porrò ab Isthmo* ἰσθμιάζειν *prouerbium deducitur. Verum de his uberius in origine Pythiorũ & Isthmiorũ disseritur. Proinde*

inde laudat Theronem ab Olympica, Pythonica & Isthmica uictorijs. Est autem in Olympiorum suprà origine demonstratum, ut celeberrima totius Graeciae & spectacula, & praecipui prae reliquis ludi fuerint Olympia, Pythia, Nemea, Isthmia. e ¶ *Eiusdem sortis.*) ὁμόκλαρος pro ὁμόκληρος *Dorica dialecto, quae η in α mutat, ab* ὁμῶς *simul,* καὶ κλῆρος, *& sors uel haereditas.* ἀδελφεὸς ὁμόκληρος, *frater qui eandem cum fratre haereditatem adit. Quũ enim, ut Cicero finit, frater sit alter ego, recte fratres & sunt & dicuntur* ὁμόκληροι, *ut ita quod unius sit, ad alterum etiam pertineat.*

f ¶ *Communes Gratiae.*) *Fratrum cõmunes Charites dicit, hoc est communes honores, cõmunem uictoriam: fratrem Hieronis in Pythijs & Isthmijs item uictorem abijsse adfirmans, nomen tamen fratris non exprimit. Quid uere & quales sint Charites, decimaquarta & ultima Olympiorum ode Pindarus in lucem profert.* g ¶ *Flores.*) *Per flores uictoriam uel brabeum accipit,* μεταφορὰ *est.* h ¶ *Esse uero uictoriae expertum.*) *A fructu & commoditate uictoriae laudat Theronem. Cõmoditas & praemiũ uictoriae est, inquit, liberare à* δυσφρόνων, *id est, amaris, difficilibus, tristibus, iniucundis. Est enim* τὸ δύσφρον, *contrarium* τῷ εὔφρονι. δύσφρονα *igitur, quae menti cum contraria, tum molesta sunt, significat: à uocula* δυς, *quae difficultatem in compositione notat, &* φρὴν *mens, praecordia. Summa, uictoria celebriorem & magnificentiorem quempiam reddit.* i ¶ *Praeterea diuitiae.*) *A diuitijs & potentia praedicat Hieronem, diuitias uirtuti iunctas ceu fontem uictoriae efficiens, haud uulgari certe gnome. Victoria citra sumptum fieri non potest: sumptus diuitias requirit. Diuitiae uero sine uirtutibus non sunt ornamento, sed uirtuti iunctae, summũ mortalibus honorem impertiunt: suntq́ praecipuorum, ut uictoriae, ut triumphi, bonorum causa.*

EPODOS, COLON VIII.

" Quin & [a] clara huiusmodi diuitiae stella & ue- μεταφο-
" rum homini lumen sunt. [b] Nam has qui possede ρά.
" rit, nouit quid futurũ sit: nempe quod post mor
" tem [c] iniustae mentes mox luant cõmissa. Quod
" enim [d] in hoc Iouis imperio delictum est, apud in-
" feros [e] quis punit, ubi & inimicitiae suae, & poe-
" nae antea, haud iniuste iudicans, ratione dederit.

Sententiam de diuitijs uirtuti iunctis prosequitur, quantum homini cõmodent exponens, fusius dilatans earundem fructum. Fulgida, inquit, stella diui-

tiæ ſunt hominibus, hoc eſt, nec diuitiæ citra uirtutem, nec uirtus citra diuitias conſummatum reddit hominem, perinde atq; Callimachus ait:

οὔτ᾽ ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν,
οὔτ᾽ ἀρετὴ ἀφένοιο. δίδου δ᾽ ἀρετήν τε καὶ ὄλβον.

Et Sappho:

ὁ πλοῦτος ἄνευ ἀρετῆς οὐκ ἀσαθὸς σύνοικος.
ἡ δ᾽ ἐξ ἀμφοτέρων κρᾶσις εὐδαιμονίας ἔχει τὸ ἄκρον.

Fœlicem non diuitiæ uirtutibus abſq;
Efficiunt quenquam, nec contrà: cæterum utraq;

Sapphûs Senarij:

Opes citra uirtutis eximium decus
Domum male incolunt. Sin has commiſceas,
Felicitas hinc ſumma belle naſcitur.

a ℂ Clara diuitiæ ſtella.) ἀστὴρ ἀρίζηλος. ἀστὴρ unica firmamenti ſtella eſt, ut Sol, Luna, Venus, Saturnus, Alramech. ἄστρον uero ex multis ſtellis formatum animal, ut Orion, Vrſa, Syrius, Leo, Cancer, & id genus alia: Ammonio autore. b ℂ Nam has qui poſſederit.) A fructu diuitiarũ uirtutibus ornatarum amplificat. Fructus, inquit, huiuſmodi potentium qui uirtutibus iuxta ſunt compti, ſunt, agnoſcere quid poſt hanc uitam bonis, quid malis obuenturum ſit, apud inferos. Quo pariter monet pius uates, ut hanc uitam ita tranſigamus, ne malorum pœnis adiudicemur, ſed ut gaudio potius bonorũ defuncti uita addamur. c ℂ Iniuſtæ mentes.) ἀπάλαμνοι φρένες, mentes iniuriæ, uiolentæ, ab α particula nõ ſterotica, ſed augendi potius: et παλάμη, machinatio. Scholia ἀπάλαμνοι per βίαιοι reddunt. d ℂ In hoc Iouis imperio.) Periphraſis eſt terræ, quum dicit, ἐν τᾷδε Διὸς ἀρχᾷ. pro ἐν τῇδε Διὸς ἀρχῇ. Mundum intelligit, uel terrarum orbem. Trium enim fratrum tria ſunt regna, Neptuni mare, Plutonis tartara, Iouis cœlum & terra. Ergo in hoc Iouis imperio, æque eſt ac ſi dicã, in hac terra, quam Iupiter perinde gubernat, atque cœlum. Periphraſis. e ℂ Quis punit.) Aliquis, Pluto nimirum, uel Aeacus. Sontes apud inferos & malos caſtigari docet.

STROPHE IIII. COLON XIIII.

Aeque autem noctu ſemper, & æque interdiu ſolem habentes continuum, boni uita fruuntur, nec terra nec mari, paupertatis abigendæ cauſa operantes: ſed enim apud colendos deos [a]qui ui-

tæ integritate gauisi sunt, [b]illachrymabilem du- cunt ætatem. [c]Alij uisu incomprehensibilem la- borem [d]sustinent.

Pœnæ fontium apud inferos, gaudium simul beatorum subiungit. Diæta κεινὰν πᾶρ δίαιταν.
Isocrati in Trapezitico & Paragraphico iudicium est. Medicis & Luciano in Nigrino uiuendi quandam rationem signat. Pindarus pro uictu usus est. Estq; hoc loci κειναὶ *pro* κενὴν, *per epenthesin & ectasin. Horatius dum prima Epistola inquit,*

Impiger extremos curris mercator ad Indos,
Per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

interpretatur quid sit quod hic Pindarus ait, κειναὶ πᾶρ δίαιταν.

a ☾ *Qui uitæ integritate sunt gauisi.)* ὅρκος *iuramentum est siue iusiurandum: hinc* εὐορκία *pietatem & iustitiam significat:* εὔορκος *pius, iustus est, quasi sancte deierans. Nam qui ueretur nequicquam deorum testimonium in suæ rei confirmationem accersere, næ ille mihi pius uidetur. Sicut econtra impius periurus. Qui enim periuriū cōmittere audet, in eo nulla pietatis pro fectò mica esse potest. Ergo quum ait uates:* οἵτινες ἔχαιρον εὐορκίαις, *latine sic non omnino inepte redditur: Qui morum sanctitate, seu uitæ integritate, & iustitia, & id genus uirtutibus gauisi sunt. Summa, quibus placuit in hac terra uirtus.* b ☾ ἄδακρυν.) *Illachrymabilem ætatem transigere, est felicem uitam ducere, lachrymis & mœrore uacantem.* c ☾ *Alij incomprehen.) Alij, id est mali, quorum primo feci mentionem. Per reiterationem & antithesin.* ἀπροσόρατον πόνον, *inuisibilem laborem & adflictionē habent: id est, adeò magnum cruciatum sustinēt, ut neq; uisu, neq; cogitatione æstimari queat: per translationem uerbi corporis ad animum.* d ☾ *Sustinent.)* ὀκχέοντι *Doricum, pro* ὀχέουσι, *hoc est uehunt: ab* ὄχος *uehiculum.*

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Quicunq; dein perdurarunt ter utrinq; agentes à uitijs prorsus alienam seruare mentem, abierunt à Ioue sibi destinatā uiam, iuxta Saturni habitationem, cui nomen [a]Tyrsis, ubi beatorum insulam, Oceanides auræ circūcirca perflant, ubi flores instar auri collucēt, alij quidem terræ, alij uero splendidarum arborum, alios uero aqua nu-

trit,[b] quorum flexuris & coronis manus ornant.

Pythagoræ dogma de transmigratione animorum in alia corpora introducit. Opinio enim eius erat, quod si homo pure uixisset, in boni rursum hominis corpus per natiuitatē immigraret: sin impijs uitijs sese polluisset, in effera etiā & fœda animantia secedere eius animum, ut in ursos, in sues, in lupos, & reliqua id genus. Pindari hic sententia est, animam ubi ter transmutata fuerit, hoc est, ubi per migrationem in alia corpora ter in terris egerit, & per mortem uel separationem ad inferos descenderit, quiescere, nec porrò permutari: maxime uero bonorum uirorum animas. Secutus fortasse Pythagoræ, quæ fertur, triplicem permutationem: ter enim, non amplius, animus eius in uarijs corporibus uixisse traditur. Nam & ipse Pythagoras primum se fuisse Euphorbum in bello Troiano fassus est, ut Plutarchus testatur in uita Homeri, & Ouidius in permutatione formarum lib. 15. dum sic apud eum Pythagoras loquitur:

Morte carent animæ, semperq; priore relicta
Sede nouis domibus uiuunt, habitantq; receptæ:
Ipse ego (nam memini) Troiani tempore belli,
Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.

Postea Pythagoras factus: postremo in gallum transmutatus. qua de re Lucianus festiuiter ludit in Micyllo. Proinde qui ter in hoc seculo per suam mutationem uixerint, ac uitam suam à uitijs incontaminatam seruauerint, in insula Beatorum tandem interquiescunt, prope Tyrsin Saturni regiam, in qua Saturnus demoratur. a ℂ Tyrsis.) *Tyrsis Saturni urbs & regia est, in insulis beatorum in Oceano sitis, Homero teste. Describit autem Tyrsios & insulæ beatorum amœnitatem æque Pindarus, atq; Homerus Elysij campi iucunditatem Odyss. δ.* b ℂ Quorum flexuris.) *Interpres sic hūc locum mutat: Vnde, à quibus floribus, arboribus, terra & aqua germinantibus, ornamenta & coronas manibus suis beati nectunt. Alij Pindari uerba sequentes, intelligunt ut reddidi, sed caput adijciunt euidentioris sententiæ gratia, ut sit, manus & capita ornant coronis.*

EPODOS, COLON VIII.

[a] In rectis consilijs Rhadamāthyos,[b] quem pater habet Saturnus promptum sibi assessorem, Rheæ supremum omnium thronum occupantis maritus.[c] Peleus & Cadmus in his etiam bea

torum mu-

torum numerantur locis. Quô & Achillem Thetis mater Iouis animo[d] precibus flexo, detulit.

a ℂ *In rectis.) Beatos gaudere, coronas frondeas nectere dicit, Rhadamanthi uoluntate & consilio: hoc est, per Rhadamanthum id illis permittitur, qui omnia in ea insula dispensat: uel, in eo beatorum loco Saturni nomine gubernat.* *b* ℂ *Quem pater.) Breui dilatatione officium Rhadamanthy is exponit, eum esse assessorem Saturni dicens.* *c* ℂ *Peleus & Cadmus.) Statim duos summos principes eius loci incolas recenset, quo animũ addit Theroni, ut horũ ille uestigia ingressus, eò tandem etiam perueniat. Imitatus est Homerũ hoc loco 4. Odysseæ, ubi Proteus marinus deus futura olim Menelao prænũciat, nempe quemnã sit uitæ suæ adsecuturus finẽ, quô item post fata ferẽdus:* Tha.

Ἀλλά σ' ἐς ἠλύσιον πεδίον, καὶ πείρατα γαίης,
ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς ῥαδάμανθυς,
τῇπερ ῥηΐστη βιοτὴ πέλει ἀνθρώποισιν,
οὐ νιφετὸς, οὔτ' ἂρ χειμὼν πολὺς, οὔτέ ποτ' ὄμβρος,
ἀλλ' αἰεὶ ζεφύροιο λιγυπνείοντας ἀήτας,
ὠκεανὸς ἀνίησιν ἀναψύχειν ἀνθρώπους,
οὕνεκ' ἔχεις ἑλένην, καί σφιν γαμβρὸς διός ἐσσι.

Porrò apud Cymmerios populos in Oceano descensum ad inferos Homerus 11. Odyß. collocat: perinde ac Tyrsin beatorum & urbem & insulam in Oceano constituit hic Pindarus. Est ergo Tyrsis Pindarica & campus Elysius Homericus Odyß. 4. idem. Saturnus itaq; summus inferorum maxime beatorum præsul est, Rhadamanthus assessor & iudicis minister. Quinetiã Rhadamanthus ipse iudex manium est, cuius iudicia recta & iusta sunt. Latinis facile domantem nomen illud sonat, παρὰ τὸ ῥᾷον καὶ δαμάζω. Et rectè quidem: nam is sua potentia impios tormentis, pios Elysio campo seu Tyrsij adiudicat: unde & ab eius omnium æquißima necnon iustißima sententia natum est adagium, Rhadamantheũ iudicium. Peleus Achillis pater. Cadmus Thebarũ conditor, ad quem generis sui stirpem Hieron retulit. Ideo autem Cadmi ceu iusti & pij principis meminit, ut huiusmodi sibi maiorum uirtutem ob oculos ponat Hieron, ut paulò ante indicatum. Peleus, Cadmus.

d ℂ *Precibus.)* λιταῖς. *Litas filias Iouis Homerus Iliados nono, & elegantißime, & diuino planè ingenio, & pijßima sententia describit, à uerbo* λίσσομαι *supplico. Supplicationes ualet. Mater ergo Achillis supplicatione permouit Iouem, ut liceret sibi filium suum Achillem in Troiano prælio fusum, ad eam beatorum insulam transferre.*

STROPHE V. COLON XIIII.

[a]Qui Hectorem,[b]tum prælio non persistentem, Troiæ firmam antehac columnam subuertit, [c]Cycnumq́ Neptuni filium &[d]Auroræ gnatum Memnonem Aethiopa neci dedit.[e]Multæ mihi sub cubito in pharetris acutæ sunt sagittæ, intelligentibus modo sonantes. At omnino inter
» pretatione opus habent.[f]Sapiens natura mul-
» tarum rerum gnarus, discentes ubi inepta loqua
» citate corui immoderata garriunt,

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Aduersus diuinum Iouis alitem.

a ¶ Qui Hectorem.) Ab insigniter gestis rebus Achillis amplificat, Græcorum principum fortitudinem extollens, dum Hectorem *& columnam & murum* Troiæ, *per* αὔξησιν, *ab Achille fusum dicit.* b ¶ ἄμαχον.) Imbellem Hectorem *uocat, respectu Achillis.* ἀστραβῆ κίονα, *id est, immobilem columnã, in cõparatione ad reliquos &* Troianos et Achiuos. c ¶ Cycnum.) *Cycni duo fuere, alter* Martis, *alter* Neptuni *filius.* Martis *gnatum insidias nectentem uiatoribus, éque cæsorum capitibus templum genitori* Marti *extruere uolentem, Hercules interfecit. Cycnus uero* Neptuni, *Troianis auxilio ueniens, ab Achille demissus est orco, quum aduenientibus Græcis prohiberet ad portum adpulsum.* d ¶ *Auroræ gnatum Memnonem.)* Tithonis *& Auroræ filij duo fuere,* Memnon *&* Emathion. *Memnon ab Achille interemptus est,* Emathion *ab Hercule.* e ¶ *Multæ mihi sub cubito.)* Allegoria *est, pro, multæ acutæ cogitationes & animo meo & cunctorũ prudentiũ recubãt & uiuũt, quibus ornare queã uictores, & amicos meos.* Hactenus *quid diuitiæ uirtutibus iunctæ, atq; adeò uera illa felicitas efficiat, eleganti & diuite digreßione expediuit, nimirũ quod nos ad pietatem, ad futuræ uitæ cognitionem inflamment.* Nunc *ad ipsum encomion redit, suæq; poëticæ autoritatem facit apud* Theronem, *uti sciat se haud à uulgari poëta cõmendari, allegoria sententiam suam illustrans. Sub cubito pectus est uel thorax. Tela encomia sua uocat: per pharetram mentem accipit:* αἰνιγματικῶς *poëmatis huius sui, quo uictores ornat, grauitatem & fœcunditatem indicat.* Non *cuiuis patere sua, cæterum intelligentibus duntaxat. Sanè ipsum poëma* Pindaricum *historiarum*

nomine

nomine, in quibus creber, sed breuis, non adeò unicuilibet expositũ est: plerunq; enim in uictorũ genealogijs & rebus gestis recensendis, ea uix per nubeculam sæpe ostendit, sæpe allegorijs multa inuoluit, sæpe multa uix per transennã sub indicans: decoro tamen seruiens, ne si ea planè in lucem proferat, plus turbet, quàm exhilaret hymnis hisce suis uictores. Simplex huius loci sensus talis est: Multa mente mea clausa gero tibi magnifica ô Hieron, *quæ non omnia possum recensere modo. Atq; hunc ipse locum* Pythiorum *ode nona*, Strophe 4. *interpretatur, dum inquit: Magnæ uirtutes, copiosa eloquentia, qua prædicētur indigent. Breuiter autem ornateq; dicere, sapientum est. Quo & Lyricam breuitatem, & interim tamen eloquentiam suam & ornatum, haud immodeste generali gnome commendat.* f ¶ *Sapiens natura.) Gnome est, qua ueluti rationem prioris propositionis reddit, qua dicebat sibi multadum inclyta encomia, materiemq; rerum uberrimã mente sua condi. Nam se natura, iudicio, inuentione ualere: pulchra diatribe naturam cum arte confrerens. Naturam* Iouis *aliti, aquilæ, artem coruo comparat: per aquilam (ut* Scholia *augurãtur) semet ipsum, per coruum* Bacchylidem *antagonistam suum intelligens. A plerisq; controuertitur, ars ne an natura sit præstantior: nascatur ne poëta an fiat. Qui ea in quæstione ambigunt, hanc uerissimã* Pindari *sententiã animo suo uertant.*

[a]Adhibe nunc metæ arcum: age mi anime, quemnam tangemus ex mansueta mente, inclyta mittentes tela? Acraganta[b]uersus tendas.[c]Sancte nunc deiero, nullam centum retro annis ciuitatem, ingenuo corde erga amicos uirum, abundantioremq; manum[d]produxisse *Apostrophe.* *Interrogatio.* *Subiectio.*

EPODOS, COLON VIII.

Therone.

a ¶ *Adhibe nunc metæ.) Apostrophe ad semetipsum: mi anime adhibe metæ arcum. Allegoricus sermo. hoc est, Oden cœptam à* Therone *finias. ne longius uageris, sed ad scopum, ad statum redi. Sagittæ laudes sunt, & præconia, quæ homines figunt, & corda illorũ penetrant, dulci tamen oblectamento, non acuta cuspide, instar uelocium & letalium telorum, quæ inflicto corpori uulnere dolorem adferunt. Hinc discriminis causa adiecit, celebres è molli & mansueta mente. E mente, eaq;* μαλθακᾶς *proficiscuntur sagittæ, non* ἐκ τῆς ἀμφηρεφέος φαρέτρης, *ut apud* Homerum. b ¶ τανύσαις.) *Partici-*

pium Doricũ est pro ταιύσας. *Dores enim* ἰδὰ ας *cõmunis linguæ parti- cipiorum terminationi, qualibus participijs Pindarus haud infrequenter utitur, interponunt.* c ¶ *Sancte nunc deiero.*) *Ratum, iuramento stabilitum* ὅρκιον λόγον. *sermonem: hoc est, uerißimum, haud mendaci mente loquar.* d ¶ *Pro- duxisse.*) τεκεῖν. *Postremo à liberalitate Hieronem laudat, & larga manu: quo simul ei suggerit, ne sui largiendo obliuiscatur: munera pro suis hymnis ob scure deposcens.*

(Sed in laudem exijt, ignauorum quorundam iniuste occurrens [a]iniuria, quæ malis operibus Theronis integritatem turbare uoluit &[b]abde- re.) Postquam ut arena numero comprehendi non potest, sic beneficia, quæ in multos ille con- tulit, quis numeret?

Hyperbole

Indignabundus admiscet dißidium, cum quod inter consobrinos eius Ca- pyn & Hippocratem concitatum est. Illi enim multis ducti beneficijs à Thero ne, quum uiderẽt dominatum & potentiam eius augeri, fortunæ adeò illi beni- gnæ inuidentes, aduersùs ipsum fecerunt manum, quos prope Himeram Siciliæ urbem uicit. Tum quod cum Hierone illi fuit. a ¶ *Iniuria.*) κόρος *sa turitas est, quando satur stomachus fastidire incipit cibos, & ex ea sæpe noxa nascitur. Iam rerum saturitas & abundantia mater & fons malorum haud ra ro esse solet: quare efficiens pro effectu, hoc est,* τὸν κόρον ἀντὶ τῆς ὕβρεως *accepit.* b ¶ *Abdere.*) κρύφον θέμεν. *Aristarchus* κρύφον *per* κρύ- ψιν *interpretatur. Dißidium hoc confutationis loco adductum est. quasi di- cat: Nihil potest remorari hanc laudem & summam Hieronis uirtutem & ui- ctoriam, maleuolentia & iniuria consobrinorum & affinium. Quid enim quæ- so impetrarunt, nisi quod acceßionem præconijs & rebus eximie gestis Thero ni pararẽt, dum turpiter à tanto heroë sunt fusi & fugati? Atq; hæc breuis con futatio per parenthesin est adiecta. Quæ enim sequuntur, Postquam ut arena &c. cohærent cum superiore liberalitatis præconio, suntq; eiusdem* αἰτιολογία. c ¶ *Postquam ut arena.*) *Hyperbolica cõparatione pro- bat, quod de munificen- tia protulit.*

Eidem

EIDEM THERONI AD THEOXENIA, ODE TERTIA.

STROPHE I. COLON IX.

C[a]Astori & Polluci hoſpites amãtibus, [b]formoſæq́; Helenæ [c]placere opto, celebre deuenerans Agrigentum, recte inſtituens hymnum ad ornamentum equorum (qui in Olympijs uicerunt pedes inde feſsi) Theronis. Sic mihi [d]uariegatum inuenienti modum conſuluit [e]Muſa, ut uocem carmine ſplendidam [f]Dorico adaptarem rhythmo. *Propoſitio.*

ENARRATIO.

Quum Hercules, ut tertiæ Odes huius antiſtrophe Poëta diſſerit, in cœlum ex hoc mundo ſecederet, deorũq́; ſodalitio & numero adiungeretur (uirtutum enim cauſa, ut Iſocrates in Philippico habet, pater Herculem in diuorum numerum retulit) Caſtori & Polluci quinquennales ludos Olympicos à ſeſe inchoatos, & abſoluendos & retinendos commiſit. Qui iuſſa capeſſentes, ultra Olympium agonem, panegyrin & celebrem conuentum inſtituerunt, quem Theoxenia à deorũ amicitia & commercio appellauerunt, quod eos tum conuiuio & menſa expectarent exciperẽtq́;. De Theoxenijs hiſce in decima Nemeorum nonnihil etiam diſputabitur. Hic quum ſacra in hac feſtiuitate faceret Theron, denunciatum eſt ei, & alios ipſius equos uictoriam obtinuiſſe. Hinc Pindarus eum à corona equorum, à loco uictoriæ celebrat: ac per digreſsionem recenſet, quomodo Hercules aureis cornibus ceruam apud Hyberboreos attulerit, illicq́; oleaſtri ſurculos, quos plantaret Pyſæ in gratiam Olympiorum, ut & opacum olim oleæ illæ locum redderent, & coronam ramis ſuis & frondibus Olympionicis præberent. *Argumentum.*

a ¶ *Caſtori & Polluci.) Caſtor & Pollux & Tyndaridæ, & διὸς κοῦροι appellantur. Leda Tyndari uxor, ex Ioue in olorẽ transformata, duo oua peperit, è quorũ altero gemini Caſtor & Pollux, altero uero Helena prodijt. A Ioue ergo Dioſcuri, hoc eſt Iouis filij: à Tyndaro putatitio patre, Tyndaridæ. Helena fratres ſuos διὸς κούρους cognoſcere non poteſt in exercitu græco, dum 3. Iliados ſic inquit:* *Tyndaridæ.*

Δοιὼ δ' οὐ δύναμαι ἰδέειν κοσμήτορε λαῶν,
Κάστορα θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν πολυδεύκεα,

αὐτοκασιγνήτω, τῶ μοι μία γείνατο μήτηρ.

Athenæus in Dipnosophistis, ᾠὸν ueteribus etiam ὑπερῷον significasse, id est superiorem thalamum uel cubiculum, testatur: quale ὑπερῷον Homerus Penelopæ 1. Odyss. tribuit. hinc natã ouorum fabulam ex dictione πολυσήμῳ:

b ℭ Formosæ Helenæ.) Græce est καλλιπλοκάμῳ θ' Ἑλένᾳ, hoc est pulchros capillos habenti. Est Synecdoche, pro tota formosa. c ℭ Placere.) Castorem & Pollucem ideo principio placat, quod Agrigentini eos numinum uice coluerint. Quia Tyndaridæ sunt Agrigentinorum dij uel maiorum etiam Theronis, ideo Theronem Agrigentinum celebrans meis carminibus, ipsos etiam honoro. d ℭ Variegatum modum.) Id est, uarium excogitanti mihi argumentum. e ℭ Musa.) Musa Clio, uel Calliope mihi astitit uel consuluit. f ℭ Dorico rhythmo. Doricum rhythmon, Doricam dialecton uel harmonian dicit, quam in prima ode Δωρίαν φόρμιγγα nominauit, hoc est Doricam citharam.

PARAPHRASIS EXORDII.

Instituo laudare Theronis equos Olympiorũ uictores. Atq; hoc dum molior, ipsum simul Agrigentinũ Theronem & ciues eius & subditos communi perfundo præconio: gloria enim & eximium principis decus ad populum etiam eius deriuatur. Ac iuxtà ipsis Tyndaridis, Theronis & Agrigentinorum numinibus gratificari studeo. Imò ideo uictoriã Theronis & equorũ eius ode hac exorno, ut potissimũ Dioscuris per hæc placeã, dum suos cultores à me magni fieri uideant. Quanti enim ipsos Dioscuros faciã, quis unq̃ uerbis cõsequatur?

ANTISTROPHE, COLON IX.

Nam adiunctæ iubis coronæ, [a]exigunt à me ut hoc diuinitus instructum debitũ, [b]citharamq; uarie sonantem, & [c]uocem tibiarũ, [d]carminumq; positum Aenesidami filio Teroni, pro decoro & dignitate tribuam: quod item efflagitat ex me [e]Pisã, [f]à qua [g]diuinæ sortis hymni ad homines etiam tandem redeunt.

Quid Pindarũ permouerit ut & hunc hymnũ in gratiam Theronis conscriberet, recenset. Ipsa, inquit, equorũ uictoria, & corona equorũ iubis apposita, uictoriæ symbolũ in causa fuerunt, quur hanc odam pangerẽ. Ipsa etiam Pisa, id est Olympiũ certamẽ, quo equi Theronis uicerunt, me huc pertraxit. Vtitur hic synonymia & congerie: nam debitum, citharam uarie sonantem, uocem

tibiarum

tibiarum, carminum positum, etsi inter sese quidem uarient, pro eodem tamen usurpat, nempe hoc præsenti hymno uel encomio. a ❡ Exigunt.) Verbum πράσσουσι, est per ἀφαίρεσιν pro ἀναπράσσουσί με, id est, à me exigunt. Et quia debitum exigitur, ideo in cœpta metaphora perseuerans χρέος subiungit, qua officium suum commendat Theroni, & beneuolentiam, dum se debere hoc tanto heroi, tanq; præclaro regi dicit, conciliat. b ❡ Citharam uarie so.) Varie sonantem citharam appellat, quam suprà prima ode αἰολίδα μολπὰν dixit. c ❡ Vocem tibiarum.) Propterea tribuit uocem tibiarum, quia nedum cithara uel lyra, sed & tibia canere potuit Pindarus, quippe qui tibicinis filius erat, ut in Pindari uita explicatum. d ❡ Carminumq; positum.) Per carminum positum, uel lyricorum suorum uersuum leges intelligit, uel ad arsin & thesin uocis, hoc est ad eleuationem & depressionem, ut fit cantando, refert. Si ad rationem uersuum suorum defigit oculos, tum est histerologia, uel ὕστερον πρότερον, seu ordinis inuersio. Primũ enim ode pangitur, siue uersus componuntur, deinde cantantur, postea lyra uel cithara, uel tibia etiam accedit. e ❡ Pisa.) Ab equis, qui uictoriam cursu obtinuere, uictorem laudauit: nunc à loco ubi uicerunt prædicat, nempe Pisa: & per metonymiã locũ certaminis, pro ipso certamine accipit. f ❡ A qua.) Ex Pisa, hoc est Olympiaco ludo, insignia multa encomia uictoribus obtingunt. g ❡ Diuinæ sortis.) Græce θεύμοροι, à θεὸς & μόρον. Doricum est, pro θεόμοροι. Siquidem Dores ε in ευ permutant, quasi θεόσδοτοι, hoc est diuinitus datæ cantiones uel hymni. θεύμοροι.

EPODOS, COLON IX.

[a]Quibus candidus[b]certaminum arbiter[c]Aetolus quidam mandatum iam olim ab Hercule commissum persequens, alte supra palpebras circum comas glauci coloris ex olea coronam imposuerit, quam [d]ab opacis quondam Istri fontibus attulit [e]Amphitryoniades, [f]ut esset pulcherrimũ Olympicorum certaminum monimentum.

a ❡ *Quibus.) Qui ex Pisa laudem referant sub conspectum statuit. Vititur autem longa periphrasi, qua uictorem circumscribit. Victores, inquit, ex Olympia uel Pisa laudem reportant: quorum Hellanodices capiti ex olea imposuerit coronam, illi præconiũ merentur. Euenit aũt hoc obtinentibus palmam. Græce est ᾧτινι, id est cui. Pluraliter uertimus: nam à multitudinis numero, ad*

ſingularem decidit Pindarus non infrequenti ſibi ritu. ὅτινι *enim relatiuum præcedens habet* ἀνθρώποις *plurale. Amplificat autem pulcherrime à corona ex olea, uel(ut Scholia & Epigrammata græca tradunt)ex oleaſtro, qua ui ctores Olympiaci ſint ſemper exornati. Deinde per digreſſionē ſubijcit, ut Hercules ab Hyperboreis oleam Olympiam uſq; pertulerit, ac tranſplantarit.*

b ❡ *Certaminum arbiter.)* *Hellanodices Græcorum arbitrum ſonat: is erat qui primum iudex certaminis ab Hercule conſtitutus erat: deinde per ſucceſsionem, qui cum ueritate tum iuſtiſſima ſententia cōſpicuus erat, ad id functionis à populo eligebatur: is pronunciabat uictorem, coronaq; ex oleæ texta frondibus, uictorū tempora redimibat.* *c* ❡ *Aetolus quidam.)* *Aetolorum quidam, cui nomen Oxylus, Heraclidis in Peloponneſum ingruentibus dux fuit: unde remunerationis uice Eliorum dominatum ab ipſis recipit, à quo deinceps Elij Aetoli nominati ſunt.* *d* ❡ *Ab opacis Iſtri fontibus.)* *Opacos*

Iſter. *Iſtri fontes nominat, ab olearum denſitate & umbra. De Iſtro Pomponius Mela hæc memoriæ prodidit: Ille qui Scythiæ populos à ſequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quàm deſinit, nomine exoritur. Nam per immania gentium magnarum Danubius eſt, deinde aliter appellantibus accolis, Iſter fit. De hoc & Plin. lib 4. cap. 12.* *e* ❡ *Amphitryoniades.)* ἀμφιτρυωνιάδης *α recipit in penultima per epentheſin uel pleonaſmū, uerſus gratia: deinceps* ἀμφιτρυωνιάδης *dicit.* *f* ❡ *Vt eſſet monimentum.)* *Conſilium Herculis explicat, quur Hercules Amphitruonis filius, oleam à Danubio attulerit.*

STROPHE II. COLON IX.

Vbi perſuaſerat [a]Hyperboreos Apollinem uenerantes populos. Pius enim & beneuolus petit [b]Iouis delubro [c]cuiuis patenti, umbroſum germen, quod hominibus cōmune ſit, uirtutibusq; [d]coronam ſufficiat. [e]Iam tum enim ipſi †patri [f]ſacrificijs imbutis aris, [g]pleno ſuo orbe luna [h]aureo inuecta curru, noctu ſub occaſum ſolis [i]totum ſuum oculum repoſuit, & lucere fecit.

† Ioui.

Vt precibus ab Hyperboreis oleam impetrauerit Hercules, perſequitur.

a ❡ *Hyperboreos.)* *Hyperborei in Aſiatico littore primi ſunt ultra Aquilonem & Riphæos montes, ſubq; ipſo ſyderū cardine iacent, ubi ſol non quoti die,*

die, ut nobis, sed primum uerno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo sex mensibus dies, & totidem alijs nox usq; continua est. Hæc Pomponius Mela lib. 2. Miram Hyperboreorum felicitatem describit Plinius libro 4. cap. 12. sub finem. Pherenicus poëta à gigantibus ortos Hyperboreos testatur. Porrò Istri fontes apud Hyperboreos constituit noster. Mathematicorũ aliquot Hyperboreos esse sub polo negant. Plinius certe iam adducto loco, Nec libet, inquit, dubitare de gente ea, cum tot autores prodant, frugum primitias Delon mittere Apollini, quem præcipue colunt. b ℂ *Iouis delubro.)* διὸς ἄλσος.) *Quicunq; locus dijs consecratus, etiamsi nihil plantarũ habeat,* ἄλσος *dicitur, quemadmodum apud Homerum in catalogo nauium:*

ὀγχηστόνθ' ἱερὸν, ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλσος.

Non enim, ait interpres, Orchestus arboribus floret, sed sacer Neptuno locus est, uel delubrum. Per Iouis delubrum Pisæum intelligit, uel ipsum quinquennalium ludorum locum. c ℂ *Cuiuis patenti.) Olympia cuiuis patent: in gratiam enim omnium aduentantium uel undecunq; instituta panegyris.*

d ℂ *Coronam.) Herculem non in suum usum, sed in uirtutis & uictoriæ gloriam & præmium oleam ab Hyperboreis petiuisse dicit. Estq; hic semel ob seruandum, undenam & qua ratione olea fuerit niceterion & merces Olympionicis, & per quem primum Elin tralata fuerit.* e ℂ *Iam tum enim.)* αἴτιον *est. Causam reddit, quur fuerit permotus ut oleam adferret. Instabat, inquit, iam tempus alterius Olympiadis, quæ circiter pleniluniũ agebatur, ac deerat aliquod adhuc uictoribus ornamentũ. Prima enim Olympias ab Hercule confecta erat, absq; ulla corona: ideo ut esset quo exornarentur uictores, oleam ab Hyperboreis accepit.* f ℂ *Sacrificijs imbutis aris.) Histerologia est, uel* λόγος ἀντίστροφος. *Nam lunæ antea plenũ esse orbem & plena cornua oportuit, quàm aræ Ioui fumarent. Nec enim sacra primũ fiebant, ac deinde plenilunĩu apparebat, uerũ primo ἡ πανσέληνος aderat, tum sacra et certaminis iudiciũ perficiebãtur.* g ℂ διχόμηνις μήνη.) *Luna pleno fulgens orbe* διχόμηνις *dicitur, à* δίχα *bifariã, et* μὴν *luna. quod luna tum duo patiatur, augumẽtum ipsum, uel orbis repletionẽ, ac statim sui rursus imminutionẽ luminis. Circiter oppositionẽ enim Olympiacus agon agitur: sextodecimo uero mensis, iudiciũ & sententia de uictoribus fertur.* h ℂ *Aureo curru inuecta.) Luna* χρυσάρματος *appellatur, aureum currum habens, quod sit in plenilunio pulcherrima, & auri ferè tum colorem præ se ferat.* i ℂ *Totum suum oculum.) Amphibolia est, in toto oculo. Dubium enim num ad solem, uel ad lunam referendum sit oculi uocabulũ. Si ad lunam dirigatur, pro splendore μεταφορικῶς accipiendum est: sin nocti accommodetur, mox absurdum iudi-*

catur, nocti oculum attribuere uelle ullum. Ecquid quæso nox esse potest præter tenebras & caliginem, si desit cœlestis lunæ lampas? Oculum igitur habere nequit ipsa profectò nox, nisi cæcũ ei dederimus, ita ut oculus noctis, pro tenebris ipsis accipiatur. Verumenimuero prior sententia de oculo, id est splendore lunæ, mihi magis arridet. διχόμηνις μήνα, *pro* μήνη, *hoc est* πανσέληνος, *plena luna, uel luna duo passa.*

ANTISTROPHE, COLON IX.

Ac magnorum certaminũ [a]castum iudicium.

A præcedentibus hæc dependent. Repetendũ est enim, plena luna apparere fecit & illustrauit sententiam de uictoribus proferendam: post oppositionem enim decimosexto die (ut paulò ante commemoratũ) Olympionicæ pronunciabantur. ἁγνὰν. *a* ¶ *Castum iudicium.) Id est, personam non respiciens, corruptelam non admittens. Quanquam non male quadret sententiæ Pindari, si hic locus, ut in prima tralatione fuit relinquatur, hoc est, ut ad insequẽtia referatur.*

Ludum sanè quinquennalem prope diuina Alphei præcipitia cõstituerat Hercules, uerũenim locus Pelopis in [a]uallibus [b]Cronij non pulchris florebat arboribus. Quum igitur plantarum uacuus [c]hortus uisus esset, in aprico solis radijs subiacere, iam tum ad [d]terram proficisci animus ardenter desydera-

EPODOS, COLON IX.

bat Istrianam.

Ab institutione prima Olympiadum amplificat, Herculem primum autorem adfirmans & institutorem earundem. Immoratur autem in oleæ traductione. Instituerat, inquit, Hercules quidem Olympiadẽ et quinquennalẽ agonem, uerum deerãt arbores quibus locus ille opacus & amœnus redderetur, ne luctantes uel certantes nimio æstu labascerent, uel uiribus destituerentur.

a ¶ *Vallibus.)* βάσσαις *est pro* βήσσαις, *id est uallibus uel concauitatibus.* *b* ¶ *Cronij.) Cronij adiectiue uel substantiue accipi potest. Adiectiue refertur ad Pelopem, ut sit* κρονίου ἀ κρόνος, *Saturnij Pelopis: quod Pelops genus suum ad Saturnum retulerit. Pluto enim filia Saturni Tantalum peperit, patrem illum Pelopis. Substantiue Cronium mons est prope Elin Peloponnesi urbem.* *c* ¶ *Hortus.)* κᾶπος *locus est qui uentis undiquaq; perflatur*

perflatur. hinc κάπαι præsepia appellantur apud Homerũ, quod spiritu equorum pabulum & alimoniam attrahente perflentur. d ℭ *Terram Istrianam.) Terra Istriana, ad Istrum sita. Hyperboreorum regionem intelligit, ut è superioribus constat.*

IllicLatonæ filia Diana equos ad cursum in ueͤnatione excitans, suscepit eũ, dum uenisset ille ab Arcadiæ cum iugis, tum uariè inflexis secessibus (quando ipsum mãdatis Eurysthei,[a] necessitas, atque adeò necessaria patris uolũtas armauit)[b] ceruam aureis cornibus insignẽ abducturus, quam olim[c] Taygeta ipsi[d] Orthosiæ dicãs, sacrã scripsit.

Ad aliam insignem fabulam de aureis cornibus decora cerua transit, quam Hercules, Eurystheo Tyranno morem gerens, ex terra Istriana tulit, digreditur, potissimum ceruæ illius nomine primum Istrum petijsse Herculem ostendens: ubi quum insignem olearum præstantiã & proceritatem conspiceret, eas etiam secum transtulit Elin uel Pisam. a ℭ *Necessitas patris.) Quum Iuno Alcmenã uterum ferre ex Ioue animaduerteret, & ex diuino semine Herculem concepisse: Iouem adit, precaturq; ut annuat, eum fore alterius dominum qui primum ex aluo materna in lucem prodijsset. Iupiter adsentitur. Iuno efficit, ut Eurystheus prior nascatur, Hercules posterior: hinc odia perpetua inter Eurysthea & Herculem uiguere. Proinde assensum hunc appellauit, necessariam patris Iouis uoluntatẽ. Posthac in rabiem actus Hercules à Iunone, consulit Apollinem, quo pacto recuperet ademptam rationem & prudentiam. respondet oraculum, eum tum demum bene habiturum, si Eurysthei mandatis obsequatur. Inde labores Herculis, quorũ est mentio apud omneis passim utriusq; linguæ historicos & poëtas, apud Isocratem in encomio Helenæ, panegyrico & reliquis orationibus, in Virgilij carminibus, in Prouerbijs, apud Iustinum, apud Ouidium in epistolis & transformatis.* b ℭ *Ceruam aureis cor.). Ceruas quasdam cornua ferre seu cornutas esse, uerisimile apparet. Apud poëtas quidem hoc est reperire. Sic Anacreon lyricus, cornutam matrem ceruã appellat. Perinde atq; Africæ & Aethiopiæ elephantes & masculi & fœminæ dentes habent, quum Indicæ tamen elephantes ijsdem careant.* c ℭ *Taygeta.) Quum Taygetam Atlantis filiam Iupiter deperiret, in ceruam à Diana permutata est, sicq; Iouis conatum effugit: mox eius etiam beneficio humanam suam priorem formam recepit. Cui gratiam referre cupiens, ceruã cornua*

auro exornata gerentem consecrauit hac sententia cornibus inscripta, Ταΰγέτη πάντων ἀφιεροῖ ἀρτέμιδι. *hoc est, Taygeta hanc Dianæ dicat. Hanc Hercules ab Eurystheo adferre iussus, ad Hyperboreos usq; insequitur, ibiq; eam comprehendens, ex oleis eius loci nōnihil etiam retulit, in ludorū Olympiacorum gratiam.* d ℂ Orthosia.) *Diana Orthosia ab Orthosio Arcadiæ monte dicitur, uel* παρὰ τὸ ὀρθοῦν, *ab erigendo, iuuando, rectificando, quod parturientibus opem ferat, easq; subleuet.*

STROPHE III. COLON IX.

Hanc dum assequitur, cōsiderat iuxta & horridam frigido borea terrā, ubi stans obstupuit, arborum proceritatem reputans, earundemq; cupidine captus, ut iuxta statum equestris cursus finem [a]duodenis circūscriptū flexibus plantaret cogitauit. Nuncq; ad hoc [b]festiuitatis propitius redit, cum diuinis [c]honestæ Ledæ liberis [d]didymis.

Periphrasis terræ Hyperboreorū

a ℂ Duodenis flexibus.) *Duodecim flexurarum finem hic poëta nominat, quod suprà in 2. Ode* τεθρίππων δυωδεκαδρόμων *dixit: siue quod certantes duodecies currum rotabant, siue quod currus duodecies cursum perfecerit, cui perfecti equi submissi essent.* b ℂ Festiuitatis.) *Theoxenia intelligit, de quibus in argumento.* c ℂ Honestæ Ledæ.) Βαθυζώνου, *preciosum baltheum habentis, uel profunde cinctæ. Homerus* βαθυζώνους τε γυναῖκας *libenter dicere solet, siue quod mulieres sese pressius cinxerint, uel ut Scholia explicant, quod* βαθὺ *etiam multū significet:* βαθὺς πλοῦτος *enim idem est quod* πολὺς πλοῦτος. *Et quia Heroides ferè hoc epitheto decorātur, haud dubie peculiarem illæ in cingendo sunt modū secutæ, quo honestatē præsentarent. Vel simpliciter* βαθύζωνοι *puellæ & matronæ appellantur, quod multū, hoc est arctè sese cingendo constringāt, ut cingulæ & subtiles appareant.* d. ℂ Didymis.) *Didymi Ledæ liberi sunt Castor & Pollux.*

ANTISTROPHE, COLON IX.

[a]Quibus demandauit in Olympum secedens admirandum regere certamē, quod in uirtute uirûm consistit & facili curruum motione. [b]Me igitur animus impellit ut gloriam [c]Emmenidis The

roniq;

ronicꝗ uenturam prædicem & cõcinam, [d]dantibus hanc qui generosis uehuntur equis Tyndaridis: [e]quoniam eos cum plerisꝗ mortalium hospitalibus mensis accedunt,

EPODOS, COLON.

[f]Pia mente seruantes [g]beatorum solennia.

a ℭ Quibus demandauit in Olymp.) Castori & Polluci, inquit, Hercules in cœlum abiturus hinc, demandauit Olympiaci agonis administratione͂.

b ℭ Me igitur.) Hactenus absoluit parecbasin de olea per Herculem ab Hyperboreis allata, de ceruа aureis cornibus conspicua, de primo quinquennalium ludorum Olympiacorum institutione: nunc ad ipsum tandem uictorem redit. Fert animus laudare & Theronis maiores, & ipsum, ac tali celebrare honore, qui apud posteros sit etiam duraturus, hoc est, ode uel hymno.

c ℭ Emmenidis.) Tribus est Theronis in Sicilia Emmenidaru͂. Agrigentinos autem intelligit. Quum enim Telemachus quispiã Agrigentinoru͂ tyrannus Phalarin infregisset, filium habuit Emmeniden, cuius Aenesidamus, cuius Theron & Xenocrates, Theronis Thrasydeus, Xenocratis Thrasybulus.

d ℭ Dantibus hanc.) Argumentum à facili. Non est difficile immortali eos nomine celebrare, quandoquidem Tyndaridæ, numina ipsorum, quæ colunt, ea certe illos gloria dignabuntur. qu͂u bene uelint eis Tyndaridæ, & illorum gerant curam. e ℭ Quoniam eos.) Hoc est, & Theron, & alij mortalium, Castorem & Pollucem hospitali mensa & cõuiuio excipiunt, tum uidelicet, quum Theoxenia aguntur. Adeò pij sunt Emmenidæ & Theron, & alij boni, Theoxenia agentes, ut & Hercules & Tyndaridæ cum alijs unà dijs eorum mensam inuisant. f ℭ Pia mente.) Agrigentinos potissimu͂ hic à religione cõmendat, quod præ cæteris mortalibus Theoxenia celebrent.

g ℭ Beatorum solennia.) Per beatorum solennia Theoxenia intelligit quæ Dioscuri instituerunt, ad quam festiuitatem ipsi etiam Castor & Pollux tanquam sibi gratissimam & à sese institutam adeunt: nedum enim Herculi morem gesserunt, in Olympici agonis gubernatione, uerumetiam propriã quandam Theoxeniorum panegyrin instituerunt.

Præstat [a]quidem aqua cæteris elementis, aurum dein res [b]optima, postremo Theron domesticis uirtutibus clarus, & Herculis attingit co-

» lumnas, ultra quas nec ſapientem, nec inſipien-
» tem progredi par eſt. At neque ipſe ego in ani-
mum induxero, [b]uanus enim ſim ſi fecero.

ἀδὲ. a ℭ Quidem.) ἀδὲ particula hic eſt continuatiua, non eſt conditionalis. Eſt autem ueluti peroratio, qua per cõparationem Theronis eximia præconia cludit. Vt aqua, inquit, inter elementa, aurum inter metalla primatum obtinet, ſic Theron domeſticis uirtutibus Herculis columnas attingit, id eſt, omnium maxime conſpicuus eſt. Nam parœmia, Herculis columnas attingere, ad ſumma rerum culmina cõſcendere ſignificat. Atqui ſimulac Hercules, ut Interpres refert, ob Geryonis boues ad inſulam Erythiã in Oceano ſitam perueniſſet, omne nauigabile mare tranſiens, neque quicquam præter chaos & caliginem reperiſſet, columnas erexit, quibus finem & laborum ſuorum conſummationem & nauigationis metã indicauit, ultra quas nemo deuenire poßit. Olympiacum aũt certamen per Herculis columnas intelligit, quaſi uictoria illa nihil ſit auguſtius, neque præclarius, nec illi quicquam accedere maius poßit. Et quia ad Herculis columnas peruenit, neque mihi ultra progredi licet: pulchrã ſibi finiendæ odes, ex Herculis columnis, occaſionem arripiens. b ℭ Vanus ſim.) κεινὸς pro κενὸς per epentheſin prioris, perinde ac in 2. κειναὶ παρὰ δίαιταν. Vanus ſim: Ellipſi claudit, deeſt enim, ſi pergam iam, uel ſi plura poſt Herculis Gades dicere uelim, aut aliquid huiuſmodi.

PSAVMIDI CAMARINAEO EQVIS VIctoriam obtinenti, ODE IIII.

STROPHE I. COLON XV.

Hyperbatõ SVmme uelociſsimi ac iuxtà duriſsimi
Apoſtrop. [a]tonitru impulſor Iupiter, tuæ unà cũ
Metaphora uario in cithara carmine, reuolutę [b]ho
Proſopop. ræ, clariſsimorum me teſtem certami
» num legarunt. [c]Dulce de præclare geſtis amico-
» rum rebus bonos [d]exhilarat. [e]Atqui ô Saturni fili
Periphraſis qui Aetnam uentis expoſitam, [f]Typhoni centũ
Iouis. capitibus horrido ſuperpoſitum onus habitas,
ϑυχύ. ſuſcipe [g]Charitum nomine hoc de Olympiaca

uictoria encomium,

ANTISTROPHE, COLON XV.

[b]Non interituram late potentiũ uirtutũ lucem.

ENARRATIO.

Psaumis Acronis filius, octuagesimasecunda Olympiade quadriga uictor euasit. Camarinæus uel Camarinanus à Camarina Siciliæ urbe patria sua dicitur, quæ nomen à lacu sibi cognomine inditum gerit. De eo lacu extat prouerbialis, referente Stephano, hexameter, Argumentum.

Μὴ κίνει καμαρίναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

Ne moueas Camarinam, immotæ noxia parua est.

Verũ ex Chiliadibus Erasmicis ea parœmia cognoscenda. Et quia Camarina lacus est à quo patria Psaumidis idem nomenclaturæ possidet, ideo & quinta insequenti ode Camarinã Oceani filiam appellat uates. A Ioue Olympiorum *præside initio sumpto laudat Psaumin: à uictoria, à liberali in amicos potissimũ animo, à studio pacis in rempublicam: tandem ad locum cõmunem experientiæ digreditur.* a ℂ *Tonitru impulsor.)* Tonitru Iouis *equum, quem ipse agat, facit.* ἐλατὴρ *enim aurigam & ductorem significat, uel actorem à uerbo* ἐλαύνω *ago, duco, impello: unde* αἰπόλος, βουκόλος, παρὰ τὸ τὰς αἶγας τε καὶ βοῦς ἐλαύνειν. *Porrò quia per prosopopœiam tonitru* Iouis *equum finxit, ideo eum* ἀκαμαντόποδα, *id est celerrimum, uel indefessos pedes habentẽ adijcit, eadem prosopopœia & metaphora. Est enim & tonitru & fulmen uelocitate & duricie uel robore planè inexplicabilis conditionis.* Velocissimi b ℂ ὧραι.) *Horas pro tempore accipit, quod suprà omniũ patrem appellauit. Horas cœli tenere portas, cœli Olympiq; custodiam illis esse cõmissam 5. & 7. Iliados Homerus adserit. Vel pro Olympiaci agonis tempore. quasi dicat: Olympiacorum ludorum tempus quo Psaumis coronatus est, in causa est, quur ego sim testis, hoc est præco & laudator eius uictoriæ.* Testem.

c ℂ *Dulce de præclare.)* Insignis *gnome est, qua ueluti rationẽ reddit, quur susceperit laudandum Psaumin. Quia mihi amicus est Psaumus, non potui non uehementer gaudere eius nomine, ipsiq; congratulari hoc epinicio.*

d ℂ *Exhilarat.)* ἔσανεν *est pro* ἔσηνεν, *à uerbo* σαίνω. *Significat id uocis proprie adplaudere, adblandiri, perinde atque canes & cauda & auribus dominis suis adblandiuntur, beneuolentiam ueluti, amorem & congratulationem ostendentes. Pro gaudere accipit* μεταφορικῶς, *proq; lætitia, qua amici rebus amicorũ feliciter gestis congratulantur. Vsus est hoc uerbo Home=* ἔσανεν.

rus Odyß. ϱ. ubi reuersum Vlyssem agnoscens canis, cauda & auribus illi adblanditur, congratulaturq́;:

οὐρῇ μὲν ῥ᾽ ὅγ᾽ ἔσηνε καὶ οὔατα κάμβαλεν ἄμφω.

Boni, inquit, ad dulce fortunatorum amicorum nuncium gauisi sunt. ἔσηναν, ἐχάρησαν. Apud Aristoph. in Equitibus αἰκάλλειν idem est quod hic σαίνειν. e ℭ Atqui ô Saturni.) Exordium huius hymni quatuor coloribus figuratum est. Primum Apostrophe: ad Iouem enim orationem dirigit. Deinde prosopopœia, quum tonitru animam & spiritum tribuit, equum Iouis faciens. Pòst metaphora, dum per horas Iouis olympiada intelligit. Similiter testis metaphorικῶς pro concentore uel poëta accipit. Pòstremo hyperbaton. Quum enim Iouem ita supplex conuenisset, & quædam de Iouis potentia interspersisset, ita ut nonnihil longius quadantenus à periodi perfectione discessisset, repetit eam compellationem κατὰ ὑπέρβατον. Prædicat autem potentiam Iouis nedum à tonitru, sed à uicto hoste Typhone, cui Aetnam suprapo=suit, à Camarinæo uictore occasionem sumens, ut Aetnæ mentionem faciat: quandoquidem Siciliæ mons est celeberrimus Aetna, & ipse Psaumis Siculus.

Summa huius stroph. ἐνχή. Crebro uero post hac Aetnam recordatur uates. Summa huius Strophes est huiusmodi: O Iupiter altitonans, ô Iupiter fortißime gigantum uictor, quæso te suscipe hanc oden meam, in gratiam Psaumidis Olympionicæ conscriptam.

f ℭ Typhoni.) Typhon uel Typhoeus Terræ filius, dijs superis bellum mouens, Iouis fulmine sub Aetnam Siciliæ montem detrusus est. Callimachus Encelado impositum Aetnam dicit. Alij Typhonem in Phrygiam, alij in Aegyptum, alij aliò transferunt. Ouidius 5. Metamorph. Pindaro consonat:

Vasta, inquit, Giganteis iniecta est insula membris
Trinacris, & magnis subiectum molibus urget
Aethereas ausum sperare Typhoëa sedes.
Nititur ille quidem, tentatq́; resurgere sæpe,
Dextra sed Ausonio manus est subiecta Peloro,
Læua Pachyne tibi, Lilybæo crura premuntur,
Degrauat Aetna caput, sub qua resupinus arenas
Eiectat, flammāq́; fero uomit ore Typhoeus.

Verū de Typhone fusius aliquāto in prima Pythiorū ode differetur. Suppliciū et pœnam significat

ἶπος, ἴπτω ἶπος, ab ἴπτω, uel ἴπω, quod est noceo: unde etiam ἴψ uermis genus.

ἴψ. g ℭ Nomine Charitū, hoc est, propter humanitatē et pietatē Psaumidis, uel propter Charites ipsas, quæ me permouerūt ut Psaumin hac ode eueherē.

h ℭ Non interiturā.) Encomiū, inquit, est diuturna lux, hoc est, longißimo tempore durans splendor & memoria. Appositio est & metaphora.

Psaumidis

[a]Psaumidis nanque curribus uenit, qui olea Pisatide coronatus, gloriã excitare festinat patriæ suæ Camarinæ. [b]Deus reliquis eius uotis accõmodet successum. [c]Nam ipsum equorum educationi impense deditũ prędico, ac læta erga quosuis hospitalitate præditum, atque tranquillitatis urbiũ amicæ syncera mente studiosum. Neque fal
» sa loquar. [d]Experientia mortaliũ exploratio est
» & argumentũ: quã penes & hic iudicari potest.

a ☾ *Psaumidis curribus uenit.)* Ratio est *quur debeat* Iupiter *hunc hymnum placidus suscipere.* Quia *uenit curribus* Psaumidis, *hoc est, quia in laudem uictoris* Camarinæi *compositus est, qui curru uictor abijt ex* Olympijs.

b ☾ Deus *reliquis.)* εὐχὴ *est &* δέησις, *qua reliquæ* Psaumidis *uitæ feliciorem euentũ dei benignitate donari optat.* c ☾ Nam *ipsum equorum.)* Ratio *est precationis.* Primum *ergo à uictoria laudauit, nunc rationẽ reddens quur dignus sit, ut felicem cunctarum rerum successum adipiscatur: simul à potentia, ab hospitalitate, ab amore reipublicæ, pacisque studio extollens.* Perinde *ac si dicat:* Dignus *est ut propitio dei numine perpetuò conseruetur* Psaumis. Est *enim primum curæ reipub. intentus, dum equos educat, quibus in bello aduersus hostem uti queat: deinde liberalis est in suos amicos: postremo quia amans est patriæ, eiusque ueluti pater, quã pura mente tranquillam seruat: iamque ab* Olympia *uictoria totus in hoc est, ut patriæ suæ bene præsit, pura mente, & uitæ suæ, quam iam ad prouectiorem etiam ferè ætatem integram conseruauit, synceritate.* d ☾ Experientia.) Confirmat *laudem suam experientia, & uulgi iudicio.* Experientia *ei testimonium ferre potest, iam planè ipsum patriæ suæ commoditati studere.*

EPODOS, COLON XII.

Quæ Clymeni filium Erginum ex ignominia qua per Lemniades mulierculas afficiebatur liberauit, æreis in armis uincentẽ cursu. Qui etiam pro corona adferenda profectus, [a]Hypsipylæ dixit: Talis ego, manus & cor adhuc peræque uelocitate pollent. [b]Nascuntur & iunioribus sæpe

cani, uel præter ætatis congruum tempus.

Amplificat cōparatione, locum cōmunem experientiæ tractans. Ipsa experientia clamat, Psaumin talem esse qualem dixi. Porrò ubi experientia præstò est, nulla alia confirmatione opus est. Sæpe autem experimentū nobis persuadet, quod alioqui non facile crederemus. Quemadmodum in Clymenis filio contigit: qui tametsi canus esset, iunioribus tamen & in speciem fortioribus præripuit herbam. Sic Psaumis Camarinanus senij ferè tempore, utpote canus Olympiam uictoriam adeptus est. Quam comparationis applicationē etsi ipse conticeat, adiungenda tamen est & subaudienda. Erginus *Erginus autem Clymeni filius in funebri certamine Thoantis, cum Argonautis armatus in stadio currens, ridiculum erat in Lemno spectantibus mulieribus, ipsis etiā Argonautis, ut qui iamnunc canus, florentioris ætatis iuuenibus concertare uelit. Vbi uero cursu reliquos anteuertisset, eius uires enituerunt, eq́; ignominia ipsum uindicarunt.* Hypsipyle. *a* ❡ *Hypsipylæ.) Hypsipyle Thoantis filia, quum Argonautæ in Lemnum appulsi essent, funebre certamen instituit: ubi quum Erginus canus iam certamen quoque iniret, à Lemniadibus risui exponebatur, quod uietus ipse, martia uirtute præditis iuuenibus sese admisceret: qui tamen rerum potitus, gloriam sibi adeptus, ludibriū in decus sibi conuertit. Vnde uerisimile quod & Psaumis senio iam grauatus, ut ex canicie comæ iudicatus est, uictoriā sit cōsecutus. Fuerunt aūt antagonistæ Ergini ab eo uicti, Zeras & Calais Boreæ filij.* *b* ❡ *Nascuntur & iunioribus.) Sententia est, qua & Ergini & Psaumidis canos excusat: sæpenumero accidere inquiens, ut & præter ætatem cani uel iunioribus nascantur. Vnde manifeste colligitur iam tum canum fuisse: alioqui nec Ergini exemplo, nec hac gnome habuisset ulla ratione opus: Canicies haud raro comam fœdat iuuenilem.*

EIDEM PSAVMIDI, QVADRIGA, VEHI *culo, & Celete palmam consecuto,* ODE V.

STROPHE I. COLON XIX.

O[a]Ceani filia Camarina, hilari quæso corde suscipias, eximiarum uirtutum & coronarū, quæ Olympiacis uictoribus obueniunt, iucundum fructum, ac iuxtà Psaumidis[b] dona, qui tuam illustrem red

dens

dens ciuitatẽ [c]populi altricem, [d]sex aras geminas rite honorauit, in deorũ festiuitatibus, per maxima quidem sacrificia & [e]certamina, ad quinque dierum durantia interuallum: ubi [f]equis, [g]hemionis, & [h]uno freno superior euasit. Tibi uero ô [i]Camarina nympha, [k]teneram uictoriæ gloriam dicauit, patremq; Acrona prædicauit, ipsamq; [l]nuper adeò conditam sedem.

ENARRATIO.

Psaumidi Camarinæo qui circiter 82. Olympiadem uictor euasit celete, curru hemionis ducto, et curru equis uecto, hæc ode rursus inscribitur. Quemadmodum autem priori ode ad Psaumin, encomium suum Ioui Olympiorum præsuli offerebat, sic nunc Nymphæ Camarinæ Oceani filiæ, hoc est, lacui, à quo patriæ nomen est inditum, hanc oden dicat. Appellat autem Camarinam Oceani filiã, quandoquidem omnes aquæ è mari originem suam ducant, ut Homerus & Hesiodus testantur. Prædicat autem Psaumin à triplici uictoria, tum à sacris quæ duodecim dijs fecerit, atq; cõmoditate, quæ ad patriã Camarinam è uictoria eius prouenerit. Epodon hæc ode non habet, ideo quidam Pindaricã esse noluerunt. Didymus tamen & ipsa etiam phrasis Pindari esse euincunt. Argumentum.

a ℂ *Oceani filia.) Precatur Nympham Camarinã, ceu deam fluminis, & urbis flumini cognominis, ut suscipiat primo uirtutum & coronarum fructum. Metaphora est, per fructum enim oden hanc intelligit: hymnus enim est uictoriæ & uirtutis præmium.* b ℂ *Dona.) Id est sacrificia, quibus te Psaumis uictor ô Camarina exornat.* c ℂ *Populi altricem.) Est laus patriæ, à frequentia ciuium.* d ℂ *Sex aras rite honorauit.) In Elide sex aræ duodecim dijs extructæ sunt, ita ut quælibet duos sibi consecratos habeat. Prima itaque Iouem & Neptunum, secunda Iunonem & Mineruam, tertia Mercurium & Apollinem, quarta Gratias & Bacchum, quinta Dianã & Alpheum, sexta Saturnũ & uxorem eius Rheam, ut autor est Herodotus, referente Interprete. Proinde uictorem duodecim dijs gratum fuisse ait, quippe qui uictoriæ decore fuerit in Olympijs celebratus.* e ℂ *Certamina quinque dierum.) Quinq; diebus peragebantur ludi, ab undecimo nimirum mensis, usque ad decimumsextum. Perfectis igitur ludis, uictores ornarunt sex aras, & dijs duodecim munera obtulerunt, uictoriam illis acceptam referentes.*

f ℂ *Equis.) Laus est à curru equorũ, quo uicit.* g ℂ *Hemionis.)*

Quam suprà ἀπήνην in epigrapha hymni huius appellauit, nunc ἡμιόνους dicit. Est autem ἀπήνη currus, qui mulabus uehitur. Porrò quum equis tantum certare consueuissent Græci, in Olympijs Asandrasthus quispiam & mulabus certare primus instituit. At hoc non multo sanè tempore durauit, duo nimirum tantummodo lustra: circiter octuagesimam enim nonam Olympiadem is sublatus est certandi modus, qui 87. ceperat. Atqui si hæc ut in Scholijs referuntur, de curru mularum uera sunt, colligitur hinc hanc oden non esse Pindari, ut quam post obitum suum scribere nequiuerit, quum concesserit ex hac uita Olympiade 86. Vel ergo chronographi absunt à uero, Pindarum Olympiade 86. obijsse diem suũ adfirmantes, uel hic hymnus non est Pindari, uel mulæ citius sublatæ sunt ex agone Olympico. *b* ❡ Vno freno.) μοναμπυκία, à μόν☉ & ἄμπυξ. Porrò ampyx capitis uelamentum est, & retinaculum auro & gemmis ornatum, quo mulieres in capite suo utuntur. Metaphorice pro freno accipitur, ut apud Homer. χρυσάμπυκας ἵππους, id est equos aureis frenis insignes. Est autem, uno freno periphrasis, pro celete, uel uno equo. *i* ❡ Camarina.) Camarinã ideo sic uocat, quod 45. Olympiade primum condita, à Syracusanis diruta sit: deinde 82. Olympiade intra tempus, quo Psaumis ex Olympia uictoriam retulit, reædificata est.

k ❡ Teneram uictoriæ gloriam.) Hoc est, recentem laudem & celebritatem per uictoriam partam tibi adsignat ô Camarina, tibi acceptam refert.

l ❡ Nuper conditam.) νεοικοδομηθεῖσαν.

Rectius Scholia de mularũ sublatione sentiũt in sexta ode sequẽti, nimirũ circiter olympiadem 58. Sic enim uiuens adhuc Pindarus deprehenditur.

ANTISTROPHE, COLON XIX.

Reuersus dehinc [a] ab amabilibus Oenomai, Pelopisq́ue [b] tectis ô Pallas urbis tutelaris dea, castum [c] concinit delubrum tuum, fluuiumq́ue [d] Oanum, indigenumq́ue stagnum, & [e] sacros canales, quibus [f] Hipparis irrigat exercitũ, [g] affingitq́ue & glutinat celeriter [h] altum firmarũ ædium nemus, [i] ex deformitate ad lucẽ Camarinæos proferens. [k] Atqui circa uirtutes & labor & sumptus perpetuò depugnãt, ut opus discrimine obtectum adsequare: [l] quo potiti etiam à suis ciuibus sapientes esse iudicantur.

Lacus indigenus est Camarinæ periphrasis.

a ❡ Ab amabilibus Oenomai.) Periphrasis est Pisæ seu Elidis Pelopon

nesi

nesi: illic enim Pelops Oenomai filiam Hippodamiam in uxorem accepit, & fato suo tandem perfunctus, illic tumulo est conditus. b ℭ Tectis.) Synecdoche est, pars pro toto, tectum pro ædibus. c ℭ Concinit.) Id est, reueretur, uel concinendo laudat. d ℭ Oanum.) Oanis fluuius est Camarinæ. e ℭ Sacros canales.) Hoc est, siphones, uel meatus Hipparis. Exercitum, hoc est, populum Camarinæũ, uel ciuium Camarinæorum militarium & Martiorum uel strenuorum copiam. f ℭ Hipparis.) Siciliæ fluuius est Hipparis proxime Camarinam, tantus alueo suo, ut naueis recipiat. Oritur in nemoroso quodam Siculo monte: hinc arbores illic & ligna ædificationi non inaccõmoda Hippari imponunt, qui eadem ad urbem usque Camarinam perfert, atque ea materie Camarinani ædes suas extruunt.

g ℭ Affingit.) Scilicet Hipparis, uel adfert. κολλᾶν est proprie glutinare. Proinde sensus est: Hipparis fluuius ligna trabesq; in nemore cæsa glutinat, hoc est, colligata & connexa, uel in nanim etiam recepta Camarinæis adfert. h ℭ Altum nemus.) Per altum nemus enim materiem lignorum cæsam intelligit, è qua stabiles, altæ & firmæ ædes extruantur. i ℭ Ex deformitate.) ἀπ' ἀμηχανίας, ex penuria, paupertate uel obscuritate, ad lumen, ad artem redigentes: hoc est, ex inopibus & obscuris, diuites & claros faciens: propterea quod ædificiorum claritate, & piscium copia, quæ per Hipparin piscosum, præter ædificiorum materiem adferantur, celebres reddantur. κολλᾶν.

k ℭ Atqui circa uirtutes.) Gnome est, ac ueluti epiphonema, qua res ar duas, uirtutem, maxime uero Olympiacam uictoriam, non parui constare ait. Victoria est opus periculo contectum: priusquam enim eò perueniatur, multa subire pericula, ingens antagonistarum robur experiri necesse est. Nam ita in rebus mortalium comparatum est, ut tristia & amara, dulcia & iucunda præcedant, labor & sudor uirtutes anteeant. Redit autem post Hipparios dilatationem hac gnome ad laudes uictoris. Etsi, inquit, arduum sit uictoriam adsequi, tantum enim hæc sententia ualet, tamen, ut mox subijcit, fortunati, & uictoria potiti sapientes habentur: ea per sudores parta uictoria sapientiam tribuit suo Olympionicæ, qua uirtute, quoq; dono, quid maius, quid augustius, quid magnificentius homini dari potest? Hanc sibi, quum tamen omnium potentissimus esset, Solomon rex, unicam à deo dari petiuit: citra sapientiam opes, honores, regna, nihil prorsum ualere, & sancte & pie iudicans. l ℭ Quo potiti.) εὖ δὲ ἔχοντες, bene aũt habentes: id est, fortunati & felices sunt uictores illi, atque adeò ciuibus uictoriæ nomine probantur. Nam ut Horatius libro quarto Carminũ, ode duodecima ait, Elea palma pugilem'ue equum'ue domum reducit cœlestes.

STROPHE II. COLON XIX.

[a]O Iupiter ſeruator, ſuper alta nubium habitans, Saturnium occupans collem, qui Alpheũ late profluentẽ honoras, [b]Idæumq́ue uenerandum antrum, ſupplex tibi uenio [c]Lydijs concinens fiſtulis, petiturus, ut hanc urbem inclyta celebritate auguſtam reddas. Tuq́ue uictor Olympiorũ, [d]Neptunijs equis oblectatus, uti [e]deſiderabilem ſenectam & gratã tranſigas aduſq́ue uitæ finem, filijs tuis aſtantibus & ſuperſtitibus. [f]At ſi quis rebus ſuis contentus ſanus ijſdem fruatur, claro adauctus nomine, ne porrò deus eſſe nequicquam laboret.

a ¶ *O Iupiter ſeruator.) Deeſis uel precatio eſt, qua ueluti perorando, patriæ uictoris Camarinæ, dein Pſaumidi & liberis eius felicem rerum ſucceſſum optat. Ornat uero Iouem epithetis eius potentiam & diuinum numen adumbrantibus.* *b* ¶ *Idæum antrum.) Ida hoc loci Cretæ inſulæ mons eſt, in cuius cauerna uel ſpelunca Iupiter educatus eſt, Curetibus ſtrepitum & clamorem cientibus ne Saturnus plorantem Iouem audiret. Hanc educationem Iouis recordatur Callimachus in hymnis.* *c* ¶ *Lydijs tibijs.) Lydium melos dulce eſt: ac ſi dicat, dulci hymno petiturus uenio. Siue quod è Lydia cũ Pelope uenientes tibicines primum Græci imitati ſint: ſiue quod Lydiæ tibiæ cum dulciores, tum magis uariæ ſunt reliquis.* *d* ¶ *Neptunijs equis oblectatus.) Quod Neptunus equeſtris ſit, ac primum currum Pelopi dederit, ut ode ſuprà prima indicatum, uel uelocibus & impetuoſis inſtar maris. Eſt enim* ποσειδῶν *Neptuni apud Græcos uox, maris naturã exprimens, à* πὸς *pes, &* σείω *quatio,* δᾶ *uel* δῆ *terra, Dorica dialecto, ut Theocritica Scholia tradũt. Sic* ἐννοσίχθων, *&* ἐννοσιγαῖος, *ab* ἐννοσις *cõcuſsio, &* γαῖα *terra, uel* χθὼν, *quod mare pedibus uel fluctibus ſuis terrã quatiat, ambiatq́;. Conſimuli ratione* σεισίχθων *&* γαιηόχος *dicitur.* *e* ¶ *Deſiderabilem ſenectutem.)* εὔθυμον γῆρας, *felix, tranquillum & fortunatũ ſenium ualet. Huius dictionis ſignificatio iam antea è ſecunda ode manifeſta eſt, ubi* εὐθυμία *&* πόνος *antitheſin conſtituunt. Ergo* εὔθυμον γῆρας, *nulli ſiniſtriori fortunæ obnoxia ſenectus eſt, ab* εὖ *&* θυμός. *f* ¶ *At ſi quis*

rebus

λυδίοις αὐλοῖς.

rebus suis contentus.) *Gnome est, qua concludens, Psaumin iam summa felicitate adauctum, non aliud ultra desiderare debere hortatur, sed ea contentum, quod reliquum est ætatis tranquille transigere. Optima sanè sententia, quæ nos aureæ mediocritatis admonet, ne ad maiora, quàm quæ possimus assequi, quæue nostrarũ uirium nõ sint, adspiremus. Magnã felicitatem possidet, cui bonum nomen unà cũ corpore & animo sanis, atque adeo uictu quotidiano relucet.*

AGESIAE SYRACVSIO SOSTRATI FILIO *curru mularum uincenti,* ODE VI.

STROPHE I. COLON XI.

VT [a] præclaras ædes extructuri, aureas felici ueſtibulo columnas ſubſtituimus, deinde incepto operi faciem dare præfulgidam, haud præter decorum ſolemus: [b] Sicubi Olympiorũ uictor, [c] araeq; Iouis dictæ oraculis in Piſa custos, cohabitator inclytarum Syracuſarum adfuerit, quem uir ille effugiat hymnum, occurrens deſideratis [d] minime inuidorum ciuium cancionibus?

ENARRATIO.

Immortalem reddit hac ode Agesiam Syracusium, uel ut alij uolunt Stymphalium Sostrati filium, qui curru mulabus ducto, quem Græci ἀπήνην uocant, Olympiaca uictoria conspicuus est uisus. Hieronis, ut ex hac ode constat, σύγγονος fuit, maternum genus ex Stymphalo Arcadiæ urbe ducens, in Siracusanorum rempublicã translatus, unde postea ad fatidicam Pisæ aram propheta existens, peruenit. Hinc circiter 84. uel 85. Olympiadẽ uicisse eum uerisimile est. Et quia mulabus usus est, uictoriæ eius tempus ἀμογητὶ animaduerti potest. Quandoquidem mulæ 85. uel circa 86. ex Olympicis ludis sublatæ sint, quum duo duntaxat lustra durassent. Laudat Olympionicen hunc à uictoria, à genere, à maioribus Iamidis, à uaticinio: ad Aeneam chori magistrũ, & ad sese tandem digressiunculam faciens. **Argumentum.** *a* ¶ *Vt præclaras ædes.) Hunc ex præstantissimis unum esse Pindarus ipse in exordio adumbrat. Allegoria enim principio utens, procemium simile facit aureis columnis, quæ uestibulo primo extruendarũ ædium proponuntur, quo totius domus facies sit præ-*

clarior, atque ut è uestibuli excellentia, totum ædificium, ueluti leo, ut aiunt, ex unguibus, iudicetur. Ipsam dein oden suam domui, sesemet architecto æquiparat. πηγνύειν proprie ad lignorum compaginationem & iuncturam attinet, hic κατασκευαστικῶς pro apparare usurpat. b ¶ Sicubi.) Applicatio est comparationis, ἀνταπόδοσις. Consimilem ad modum, inquit, si adsit Olympionices Agesias, splendidiore proœmio opus est, & præclariore hymni substantia. c ¶ Aræ Iouis custos.) ταμίας promum, custodem & sacerdotem hic metaphorice sonat. Est autem periphrasis Agesiæ: siquidem & uictor Olympiacus & Iouis aræ fatidicæ præses erat. Porrò Agesiæ parentes incoluerunt Syracusas, non autem ipse: sic quod parentum est, filio tribuit: d ¶ Minime inuidorum.) Non parum laudis quod ciuium quoque inuidiam superarit: quandoquidem inuidia non nisi à magnitudine & exuberantia uirtutum uincatur: unde & ἄφθονοι, id est, fortunati & abundantes, ab inuidia nomen habent, quod inuidiæ dentibus non subiaceant, quippe quos ipsi copia & exuberantia tum corporis tum animi & fortunæ bonorum longe post sese relinquant. Potest ἄφθονοι uel ad ciues inter sese referri, ut qui concordes sint, uel ad ipsum Agesiam, eo quo hic explicatur modo. Solent autem ciues sæpe preciosa odia inter se mutuò exercere, & magna, ut ille ait, constantia: iuxta illud Hesiodicum, καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ φθονέει.

ANTISTROPHE, COLON XI.

[a]Habeat autem in hoc calceo felicem pedem Sostrati filius. [b]Virtus periculorum expers, neque terra, neque mari preciosa est: multique meminerunt, si quid honesti laboriose partum est. O Agesia [c]tibi laus parata est ea, quam nõ iniuria quidem Adrastus olim in uatem Amphiareon Oiclis filium protulit, postquã illi strenuisque equis eius ima terra dehiscuisset.

a ¶ Habeat.) Ne quis dubitet quem intelligat, quóue de acceperit, aræ Iouis custodem, & id genus alia, subiungit hic. Habeat in hoc calceo, inquiens, felicem pedem Sostrati filius: hoc est, Sostrati filium Agesiã hic intelligo, cum iamnunc cõmendo. Per calceum rursus metaphorice rhythmon, hymnum, uel coaptationem & coagmentationem uersuum indicat, quam & prima ode Doricam citharam, & in tertia Doricum calciamentum appellauit. Summa, proœmion

æmion hoc meum Agesiæ conueniat, de eo intellectum iri exordium hoc uolo.

b ¶ Virtus periculo.) Aurea hæc gnome, superiori quintæ odæ, Infortunium, adflictio & sumptus circa uirtutem depugnant, similis est. Laudat hac sententia Agesiam qui neque sumptui neque laboribus pepercerit, ut ad uictoriam perueniret: preciosiora adseuerans ea quæ magno cõstiterint, quàm quæ paruo. Neque terra, neq; pelago, inquit, uirtutes, citra periculum cõparantur. Bonus enim gubernator in tempestate monstratur, robustus athleta ex forti colluctatore suo agnoscitur. Huc pertinet Hesiodicum illud, τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. c ¶ Tibi laus ea.) Agesiã Amphiarao cõferens, à uaticinio & re bellica extollit. Quod olim Adrastus Argiuorũ & Sicyoniorũ rex Talai filius de Amphiarao uate terra absorpto dixit, militiæ oculũ eum appellans, uaticinio & bello celebrẽ, tibi optime cõuenit, de te dici rectissime potest. Tu enim uere militiæ oculus es, tu decus & gloria. Oculus metaphorice pro eximio decore usurpatur, quod omniũ in humano corpore sit præclarissimũ membrum oculus, & lumen corporis, ut Seruator etiam Christus testatur: Lucerna, inquit, corporis tui est oculus tuus. Sic prima Olympica ode Hieronem Siciliæ oculum appellauit, & posthac sæpius hoc laudis genus deprehendemus. Proinde ut hic locus de Adrasto & Amphiarao uberius intelligatur, paucis historia cuius hic meminit repetenda. Quũ Oedipus iuxta Delphicum oraculum patrem suum Laium ex inopinato interemisset, ut est apud Sophoclem in Oedipo de tyranno, & Senecam in Thebaide, furiæ patris cædem ulciscentes Oedipodus filios Eteoclem & Polynicen in mutua concitarunt arma, quibus inuicem etiam occubuerunt, perinde ac 2. Olymp. ode suprà Pindarus attigit. Ibi Thersander relictus, Adrasti regis Sicyoniorum filia Argia in uxorem ducta, soceri Adrasti & Amphiarai copijs Thebas adoritur, in ultionem cædis suorum fratrum. Quo in prælio sinistre tamen depugnatũ est. Nam antè septem portas Thebarum septem exercitus fusi sunt Adrasti, Amphiaraus Iouis miseratione absorptus est. Adrastus solus seruatus, interemptos ad sepulturam recuperare à Thebanis non potuit, donec Thesea Atheniensium regem imploraret, cuius uim & manum timentes Thebani, septem rogis cremandos septem illos exercitus Adrasto tradiderunt. Recordatur funestum hoc præliũ & Isocrates in Panathenaico. Quis enim ignorat, inquit, aut quis non audiuit, in Tragœdiarum Bacchanalibus obiectas apud Thebanos Adrasto calamitates? Nam deducere uolens Oedipi quidem filium, suum autem affinem, plurimos Argiuorum perdidit, cunctos uero manipulares uidit contritos, ipse non citra ignominiã tandẽ seruatus. Huius historiæ sæpe posthac meminit Pindarus, potissimũ tamen nona Nemeorũ ode, ubi & fusius explicatur. Compa

Oculus.

8. Pythior.

rationis huius ergo hæc uis est: Talis es Agesia, qualis Amphiareus erat & uates & bellator.

EPODOS, COLON XIIII.

Numeratis enim & coaceruatis septem occisorum rogis, talem quendam sermonem Thebis ædidit Adrastus Talaionides: Desidero militiæ meæ oculum, utraque in re, uaticinio nempe & bello eximium. [a]quod præconium etiamnũ [b]cordato uiro Syracusio adest. Atque hanc illi quadrare laudem citra omnem contentionẽ & litem, aperte palàm testificabor, uel magno præstito iúramento, mellisonis etiam cõsentiẽtibus Musis.

κῶμος. *a* ℂ *Quod præconium.)* κῶμος *hoc loci est, lasciuum carmen: oden conuiualem, lætum cantum, autore Hesychio significat. hinc* κωμῳδία.

b ℂ *Cordato uiro adest.)* πάρσι *pro* πάρεσι κατὰ συγκοπὴν, *carminis gratia: est enim prima spondeus, secunda & tertia anapæstus: unde* συρακοσίῳ *per systolen legendum, hunc ad modum:*

– – ᴗ ᴗ – ᴗ ᴗ –

νῶϊ πάρσι συρακοσίῳ. *ὤν pro* οὖν, ἐπιτρέψοντι *pro* ἐπιτρέψουσι, μοῖσαι *pro* μοῦσαι, δωρικῶς.

STROPHE II. COLON XI.

[a]Cæterum submitte fortes mulas mihi quamcelerrime mi anime, ut puram per semitam uehiculum feramus, ac ueniam tandem [b]ad uirorũ genus. Nam hæ præ reliquis hanc incedere uiam norunt, postquã coronas Olympiacas tulerunt. Decorum est ergo hymnorũ illis adaperire portas, quandoquidem opus est eas hodie in tempore accedere [c]Pitanan, quæ iuxta Eurotæ defluuium est, dominam.

Parasceuen hic facit & ingressum ad generis Iamidarum historiam, quos
φίντις. *maiores agnoscit Agesias.* φίντις *auriga est uel aurigatoris arma: Dorica dialecto*

dialecto pro φίλτις. Doribus est in more λ ante τ uel θ in ν uertere: consuetudo Theocrito frequentißima, qui haud raro ἦνθε pro ἦλθε dicit. Sic primo statim εἰδυλλίῳ,

ἦνθ' ἑρμᾶς πράτιστος. Et paucis interpollatis,

ἦνθον τοὶ βῶται, τοὶ ποιμένες ᾠπόλοι ἦνθον. pro ἦλθε & ἦλθον. sic ἔνθε pro ἔλθε. a ¶ Cæterum submitte.) Apostrophe est allegorica: tota enim tropica oratio est. Per aurigã mentem suam, per mulas & puram uiam, præclara argumenta, insignes uersus: per currum totum hunc hymnum intelligit, dum inquit: Iunge uel submitte iam mihi Henioche robur mularum, id est robustas mulas periphrastice, ut puram per semitam currum trahamus. Et quia mulabus uicit, pulchre ab illis allegoriam suam ducit. Hoc age mi anime, experire ut egregie & mulas & uictorem Agesiam celebres.

b ¶ Ad uirorum genus.) Emphasis est in dictione uirorum: perinde ac si dicat, martia uirtute & bellico robore præditorũ. Intelligit autem Iamidas, uaticinatricem illam propaginẽ, ad quam Agesiæ stirpem poëta reducit: quorum originem ordine subinde recenset. c ¶ Pitanã.) Pitane nympha est, & ciuitas eiusdem nominis iuxta Eurotam Laconicæ fluuium. Ergo quum filia esset Eurotæ Pitana, è Neptuno Euadnen quandam peperit, quam (celare corruptam uirginitatem suam uolens) clàm Arcadum regi Aepyto Elati filio educandam transmittit. Hanc porrò ubi ætate adultior esset, Apollo deuirginauit, è quo Iamum peperit: unde Iamidæ, ad quos genus suum Agesias refert. Atqui hanc ipsam rem Pindarus aperte recenset. Eurotas. Origo Iamidarum.

ANTISTROPHE, COLON XI.

Quæ Neptuno mixta Saturnio dicitur filiam cæsarie uiolacei coloris conspicuam peperisse Euadnen. Atque dum uirgo putaretur, fœtum in finibus occuluisse. Destinato demum mense amandans famulas, iußit ut heroi Aepyto alendum traderent infantem, [a] Phæsanæ Arcadum regi, prope Alpheũ nectenti moras: illic educata, ab Apolline primum [b] dulcem attigit Venerẽ.

παρθενίαν ὠδῖνα, clandestinum & uirgineũ partum, sed corruptæ uirginis, quæ uoluerit uideri uirgo. παρθένος uirgo est. Hinc παρθενία ὠδὶν, clandestinus partus. Hinc παρθένιοι etiam dicuntur, qui clàm gignuntur ab illis παρθένιοι.

quæ uirgines esse reputantur. a ℭ *Phæsanæ. Phæsana Arcadiæ ciuitas, cuius rex Aepytus. Qui Elidis oppidum Phæsanam adserunt, ita defendunt, quod Aepyti temporibus Elis Arcadũ iuri subdita fuerit.* b ℭ *Dulcem attigit Venerem.) Id est, uitiata est ab Apolline. Et quia hoc laudi adscribit Agesiæ & Euadnæ, ideo honesta periphrasi utitur, uitiũ contegere uolens: Non crimen, sed honorem & decus esse, si deus cum puella quapiam commercium habeat.*

EPODOS, COLON XIIII.

Neque uero semper Aepitum latuit ipsa [a] suffurans dei semen. At uero ineffabilem animo bilem comprimens, [b] abijt ingenti cura Apollinis scitatum oracula de huius [c] intolerabili corruptione: illa interim deposita [d] purpurocrocea zona, [e] urnaq; argentea, [f] sub opaco arborũ densitate loco pariebat diuinæ sapientiæ natum: illi tum quidem [g] aurea coma insignis Apollo, [h] cum Parcas, [i] tum Ilithyian assistere curauit.

a ℭ *Suffurans.) κλέπτοισα dorice pro κλέπτουσα. Metaphora est pro κρύπτουσα, suffurans, id est celans.* b ℭ *Abijt Pythonem.) Pytho Apollinis ciuitas à serpente illic occiso & putrefacto, cuius rei ode 2. facta mentio, cuius & Homerus meminit Iliad. α.*

Φοίβου ἀπόλλωνος πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ. Stephanus hanc in Macedonia cõstituit. c ℭ *Intolerabili corruptione.) ἀτλάτου πάθας, Doricũ est, πάθας pro πάθους. Nam ου in ω & α uertunt. Sic Theocrit. πρᾶτος pro πρῶτος, πράτιστος pro πρώτιστος. ἦνθ' ἑρμᾶς πράτιστος.*

d ℭ *Purpurocrocea zona.) ἁ δὲ φοινικόκροκον ζώναν καταθηκαμένα. Gell. lib. 2. cap. 20. φοίνικα καὶ σπάδικα eundẽ colorẽ excellentis ruboris significare testatur: quare φοινικόκροκος ζώνη cingulũ est coloris purpurei & crocei. Quod si posteriorẽ huius cõpositi epitheti uocem κρόκην acceperis, & nõ κρόκον, tum zonã significabit purpurei tramatis. Sin à φοινικοῦς & κρόκος deducas, purpurocroceũ cingulum habebis. Mihi in rei huius sacramentũ & arcanũ intuenti, utriusque uocis etymon hic indiscriminatim non displicet. Aristoteles in περὶ χρωμάτων puniceum colorem fieri dicit, si nigrum & opacum lumini misceatur. Nam si nigrum solis uel ignis*

Et lib. 3. cap. 19.

splendori

splendori admisceatur, hinc φοινικοῦ *resultare.* μέλαν καὶ σκιερὸν τῷ φωτὶ μιγνύμενον φοινικοῦ. τὸ γὰρ μέλαν μιγνύμενον τῷ τε ἀπὸ τοῦ ἡλίου, καὶ τῷ ἀπὸ τοῦ πυρὸς φωτὶ θεωρούμενον ἀεὶ γιγνόμενον φοινικοῦ. e ¶ *Vrnaq; argentea.)* κάλπις *uas est aquam recipiens, sinus aquæ, amphora, hydria. Cæterum pudica metaphora, castus ipse maritus hic usus est, à partu sumpta. Nam partus arcana, per zonam punicocroceā & per argenteum aquarium indicat, quæ ne castas aureis offendam hic prætermitto: tametsi nihil turpe, nihil inhonestum sit, quod matrimonij necessitas necessariò admittit. Aquam fœturæ nunciam ante partum exeuntem, per urnam argenteam intelligit. Per zonam purpuream, sanguinem quo fœtus aluum egreditur, clanculum innuere uidetur. Proinde hic locus nihil aliud est atq; allegorica partus adumbratio. Sanguinis enim color est* φοινικόκροκος*: aquæ uero est argenteus, hoc est, albicans.* f ¶ *Sub opaco.)* λοχμὴ *locus est arboribus & plantis densus.* λοχμῆς ὑπὸ κυανέας. κυανέος *colos niger est & subuiridis, qualis in fodinis metallicis reperitur: deductum adiectiuum à* κύανον*, quod apud Homerum Iliados* λ. *in thorace Agamemnonis nigri huiusmodi mineralis, seu informis dum metallicæ materiei uox est:*

τοῦ δ' ἤτοι δέκα οἶμοι ἔσαν μέλανος κυάνοιο.

Dioscorides lib. 5. cap. 60. in Cypro Cyanū in ærarijs fodinis nasci autor est. Marcellus pro cœruleo interpretatur. Hypomnematistes uero Pindaricus κυανέας *pro* βαθείας *reddit. Proinde sensus est, sub cœrulea, uel tali qualis uiolarum flos est arborum seu plantarum densitate, uel uiolis consito loco.*

g ¶ *Aurea coma insignis.)* *Apollinis epitheton est, quo aurei & formosi solis radij præsentantur. Sunt autem & apud Pindarum & alios poëtas Solis uaria epitheta, quæ omnia naturā & officium eius sub conspectum statuunt, ut* χρυσοκόμας*, auricomus, à radiorum colore.*

τοξοφόρος*, arcumferēs, quo noxia tela et morbos sol in mortaleis iaculatur.*

λοξίας*, obliquus, ab oraculis, quod semper obliqua & dubia Apollinis responsa erant. Aristoph.*

ὑπεριονίδης*, filius Hyperionis, apud Hesiodum in Theogonia.*

ὑπερίων*, quod super nos est.*

ἑκατος*, ab* ἑκητι *longe, quod radios suos longe lateq; proijciat.*

ἑκατηβόλος*, longe iaciens.*

ἑκατηβελέτης*, quod procul tela sua mittat.*

ἀπόλλων*, consumens: omnia enim calore suo consumit, terræ cœliq; tristia nubila.*

φοῖβος*, purus, à claritate, uel* φῶς βίου*, lumen uitæ.*

μέλιος καὶ ἥλιος, ab ἵημι, eo.

οὔλιος ἀστὴρ, uehemens & consumens & perniciosa stella, propter morbos.

χρυσάωρ, Heliacos, quorum sol est autor.

χρυσότοξος, aureũ arcũ habens. ἀργυρότοξος, argenteũ arcũ habens.

δήλου σκόπος, Deli speculator: quia in Delo colitur.

κύνθιος, à Cintho monte illi sacro.

σμινθεὺς, à loco in quo colitur.

ἑκάεργος, quod in longinquo perficiat opus.

γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ, genuinus radiorum pater.

πῦρ πνεόντων ἵππων ἄρχος, ignem spirantium equorum pater.

ἠλέκτωρ, ab α sine, & λέκτρον lectus, quod homines galli instar (qui item ἀλέκτωρ dicitur) excitet, & suo aduentu surgere iubeat.

πύθιος, ab interfecto dracone.

δελφικός	φαυσίβροτος	φαεσίμβροτος	αἰθέρος ὄμμα
μάντις	κιθαρῳδός	λατοΐδης	χρυσοχαίτης
χαιτήεις	δήλιος ξεῖνος	δήλιος	εὐρυφαρέτρας

ἀκερσεκόμης. 35. Pleraq; alia praeter haec iam connumerata Apollinis Epitheta est uidere in primo Epigrammatũ, iuxta seriem elementorum, in hymno cuius epigrapha est,

Ὑμνέω παιᾶνα μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα. Et quur non reliqua subijcimus?

Ἄ βροτον, ἀγλαόμορφον, ἀκερσεκόμην, ἁβροχαίτην.
Β ριθύνοον, Βασιλῆα, Βελεσιχαρῆ, Βιοδώτην.
Γ ηθόσυνον, γελόωντα, γιγαντολέτην, γλυκύθυμον.
Δ ιογενῆ, διόπαιδα, δρακοντολέτην, δαφνογηθῆ.
Ε ὔλαλον, εὐρυβίην, ἑκατηβόλον, ἐλπιδοδώτην.
Ζ ωογόνον, ζάθεον, ζηνόφρονα, ζηνοδοτῆρα.
Ἤ πιον, ἡδυεπῆ, ἡδύθροον, ἠπιόχειρα.
Θ ηροφόνον, θαλερὸν, θελξίφρονα, θελγεσίμυθον.
Ἰ αφέτην, ἱμερτὸν, ἰήϊον, ἱπποκορυστήν.
Κ οσμοπλόκον, κλάριον, κρατερόφρονα, καρπογενέθλον.
Λ ητογενῆ, λαρὸν, λυρογηθέα, λαμπετόωντα.
Μ ουσοπόλον, μάντιν, μεγαλήτορα, μυριόμορφον.
Ν εβροχαρῆ, νοερὸν, νηπενθέα, νηφαλέοντα.
Ξ ενοχαρῆ, ξεῖνον, ξεινόφρονα, ξεινοδοτῆρα.
Ὄ λβιον, ὀλβιόεργον, ὀλύμπιον, ὀρεσιφοίτην.

Π ρηὺρ, πανδερκῆ, πανεπήμονα, πλουτοδοτῆρα.
Ρ υσίπονον, ῥοδόχροον, ῥηξήνορα, ῥηξικέλευθον.
Σ ιγαλόεντα, σοφὸν, σελαηγενέτην, σωτῆρα.
Τ ερψίχορον, τιτᾶνα, τελέσφορα, τιμήεντα.
Υ μναγόρην, ὕπατον, ὑψαύχενα, ὑετόεντα.
Φ οῖβον, φοιβάζοντα, φιλοστέφανον, φρενογηθῆ.
Χ ρησμαγόρην, χρύσεον, χρυσόχροα, χρυσοβέλεμνον.
Ψ αλμοχαρῆ, ψαλτὴν, ψευσίστυγα, ψυχοδοτῆρα.
Ὠ νυπον, ὠκυεπῆ, ὠκύσκοπον, ὡρεσιδώτην. 136.

Verum in his epithetis multa sunt, quæ reliquis etiam cum dijs tum heroibus attribui possunt. Hæc de nominibus & epithetis Apollinis, quæ semel annotare libuit, posthac nullam horum facturi mentionem. b ❨ *Cum Parcas.)* *De Parcis, quas Græci* μοίρας, *in prima ode satis disputatum.*

i ❨ *Tum Ilithyian.)* τὴν ἐλεύθω *Pindarus appellat, quam alij* εἰλείθυιαν, *ab* ἐλεύθω *uenio nominant. Latini hanc Lucinam uocant. Alma Lucina fer opem, apud Terentium. Alibi Iunonem, quod & illam eandem cum Lucina putent: id nominis apud Græcos habens, quod subueniat parturientibus. Parcæ ergo & Ilithyia Euadnæ partu laborantis aßistunt, ut diuina illa Iouis proles, diuina ope & prouidentia, & felici successu, in hunc mundum nascatur.*

STROPHE III. COLON XI.

A uisceribus autem amabilis partus, mox in lucem prodijt Iamus, quem [a]contristata [b]reliquit humi. [c]At duo cæsij dracones hunc, dijs ita uolentibus educarunt, innoxio illum [d]apum ueneno delectantes. Postquã uero [e]ex aspera Pythone redijt Aepytus rex, omnes domi suæ de puero percontatur, quem Euadne pariat: Phœbo enim ipsum dixit [f]progenitum *Nascitur Iamus.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

Patre: denique uatem ipsum præ cæteris eximium fore, neque unquam eius generationem interituram. Sic itaque retulit.

a ❨ *Contristata.)* κνιζομένη, λυπουμένη, *dolore affecta.*

b ℭ Reliquit humi.) *Reliquit Euadne prolem humi sub arboribus & uiolis, timens famæ & uirginitatis suæ integritati apud Aepytum regem: maluit enim furtim perdere uel relinquere fœtum illum, quàm sese ignominiæ exponere.* c ℭ *At duo cæsij dracones.*) *Mirandam Euadnæ sobolis educationem subijcit, ut ostendat planè diuinam esse stirpem & cœlestem prorsus Iami propaginem. Mirabile est apud Liuium, Romulum & Remū à lupa educatos: longe uero hic mirabilius est, Iamum infantem & uagientem è matris aluo primum egressum à draconibus (quorum natura lupis ferocior, rapacior, nocentior, letum magis adferens, ueneno cuncta quæ contingat, perdens) enutriri. Iamus appellatus est ab ἴος, id est, uiola, in quas repostus erat à matre. Sic Euadne Pytanes & Neptuni filia, suprà ἰοβόστρυχος dicta, est ab ἴος uiola, & βόστρυχος cæsaries. Cæsij dracones appellantur à glaucis oculis, perinde ac Minerua Homero γλαυκῶπις dicitur, quod glaucæ, hoc est, illius oculos (quem colorem Latini cæsium uocant) habeat. Gell. lib. 2. cap. 26. Veteribus latinis cæsia dicta est, quasi cœlia, Minerua.* d ℭ *Apum ueneno.*) ἴος *& uiolam & uenenum significat. Iam apum uenenum pro melle dixit, per figuram quæ Græcis* χιασμὸς, *acyrologiæ quædam, ut uidetur, species. Est autem Chiasmos quando quatuor ita inter sese numerantur, ut secundo tertium, quartū primo respondeat. Verum tum propriè* χιασμὸς *dicitur, quum aliquid illic absurdum appareat in speciem, quum tamen procul absit: ut quum quinta ode Pindarus ait: Septem occisorum rogis numeratis. Hic nihil ambigui uel absurdi est, si uerba quis respiciat tantummodo: uerum si historiam consideres, tum occisorum septenarius non est de principibus intelligendus, sed de ipsis septem exercitibus. Nam septem duces illic non perierūt, Adrasto nempe seruato, & Amphiarao absorpto.* χιασμὸς *constituitur sic:*

Miraculum educationis Iami.

γλαυκῶπις.

Aristophanis et Pind. hypomnemata, simpliciter per τὸ χ signū figuræ alicuius uel schematis accipiunt.

1 *Septem*	2 *occisorum*
3 *rogis*	4 *coaceruatis.*

Hic χιασμὸν, *hoc est, hiatum, & ἀμφίβολον constituit ipsa de occisis dubitatio, num ad duces uel ad exercitum septem Thebis portarum, numerus fusorum sit accipiendus. Non dissimilem ad modum hic* χιασμὸς *fit,*

1 *Dracones*	2 *Iamum*
3 *nutriuerunt*	4 *ueneno apum innoxio.*

Draconum *quidem uenenum est, & ad dracones refertur. Enimuero ne quis ambigat quale uenenum intelligat, adijcit, innoxium uenenū apum. Veneni natura est hominem adusque perniciem intoxicare: uirus autem semper letale est, à uenenatis emissum. Iam quia mel ab apibus conficitur, & ex ipsis emittitur, perinde atq; uirus ex uenenatis morsu uel ictu lædentibus, ideo quadam similitudine saltem*

ἰὸν

ἴον appellauit: ob id enim adiecit apum, & innoxio, ne quis putet astruere absurdum, & planè impoßibile uatem nostrum adseuerare uelle. Est igitur sensus admirandæ huius educationis Iami: Dracones melle, quod apibus subduxerunt, nutriuerunt Iamum. e ℂ *Ex aspera Pythone.*) πετρήεσσας ἐκ πυθῶνος, *Homerum imitatus dixit. Is enim Iliad.* α.

φοίβου ἀπόλλωνος πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ *habet.* f ℂ *Progenitum.*) γεγάκειν *pro* γεγακηέναι *præteritum aparemphati à themate* γίνομαι, *paßiuæ significationis, pro* γεγενημένον εἶν.

Illi uero neque audiisse, nec uidisse se reddebāt, [a]quoniā quintus à partu dies illuxerat. Sed obtectus erat denso [b]rubeto uiolarumque [c]flauis & omnino purpureis, humectatus radiis tenerum corpus: unde & paßim euolgauit mater semper ipsum uocandum

EPODOS, COLON XIIII.

Nomine illo immortali Iamum.

a ℂ *Quoniam quintus.*) *Pindari interloquentis hæc uerba sunt, Quoniam quintus à partu, &c.* b ℂ *Rubeto.*) χοινοβατία *terram iuncis & rubis seu alga etiam abundantem significat.* χοῖνος *odoratus iuncus,* βάτος *rubus. Catachresticῶς poëta pro asperis locis usurpat: quod inter spinas & rubos & rosæ & uiolæ reperiantur quibus cooperuit, uel in quas reposuit infantem Euadne: unde & à uiolarū præsentia,* ἴαμον *appellauit fœtum suum, ab* ἴος *uiola, perinde ac testatur hic Pindarus.* c ℂ *Flauis & purpureis.*) *Non immemori hic mente prætereundum, quod duo uiolarum genera hic numeret, nempe flauas & purpureas, ut quæ colore reliquas anteeant, & formæ suæ pulchritudine antecellant. Dioscorides lib. 3. cap.* περὶ λευκοΐου *adiicit tertium genus* λευκόν, *hoc est, uiolam albam, quam Pindarus flauam, ille* μήλινον *dicit, differentiam in flore indicans. Est autem* ἄνθος μήλινον *flos colorem pomi Neranzii (ut cum hypomnematiste Nicandrico loquar) habens.*

Vbi florem [a]delectabilis pubertatis accepit, descendens ad [b]medium Alpheum, uocauit [c]latepotentem Neptunū suum progenitorem, Apollinemque [d]diuinæ Deli speculatorem, petens [e]regi-

um quendam capiti ſuo honorem ſubobſcuram noctem. Patria[f] ueridica uox inclamauit: qui non exploratũ habens quis uocet,[g] interrogauit quiſnam ſit. Pater uero, age ſurge, inquit, fili, huc ad [h] multis communem imus regionem famam inquiſituri perennem.

a ℂ *Delectabilis pubertatis.) Duobus inſignibus epithetis* τὴν ἥβην, *hoc eſt pubertatẽ, ornat, appellans eam* τερπνὴν *&* χρυσοστέφανον, *delectabilem & auream coronam geſtantem: hoc eſt, ſic ornantem hominẽ, perinde atque aurea corona decoretur. Amabilem ideo, quod ea ætas ubi tenera lanugo prodit, omnium gratiſſima, omnium iucundiſſima.* *b* ℂ *Medium Alpheum.) Per medium Alpheum Epidaurum intelligit, quæ inter Arcadiã & Elin ſita urbs eſt. Porrò Arcadia & ortum & initium Alphei fluminis habet. Elis iuxta ſinus & latiores meatus condita eſt.* *c* ℂ *Latepotentem.)* εὐρυβίας, *id eſt, latæ potentiæ Neptunũ hic uocat, & recte. Totũ enim terrarũ orbem ambit, & regna huius mundi in ſeſe Neptunus et Oceanus cludit. Sunt aũt hæc ferè Neptuni epitheta quibus Pindarus cum alijs poëtis utitur:*

εὐρυβίας	*Late potens.*
ἐννοσίγαιος	
ἐνοσίχθων	*Terræ concuſſor.*
σεισίχθων	
γαιήοχος	*Territenens.*
ποσειδῶν	*Terræ maritus.*
εὐτριαίνης	*Tridente præclarus.*
ὀρσοτρίαινα *uel* ὀρσοτριαίνης	*Tridente concitans.*
κυανοχαίτης	*Cœruleã iubã uel comã habẽs*
εὐρυμέδων *&* εὐρυμεδόντης	*Late regnans.*
εὐρυσθενής	*Ingentis roboris.*
δεσπότης ποντομέδων.	δεσπότης ναῶν.
γῆς τε καὶ ἅλμης μοχλευτής.	ἀνὴρ ἀμφιτρίτης.
ἐνοσίδης. 4. Pyth. ode.	ἐλελίχθων. 6. Pyth.
πετραῖος. 4. Pythiorum.	

20

d ℂ *Diuinæ Deliſpeculatorem.) Delos inſula eſt una Cycladum, Apollini ſacra, quod in ea primum natus ſit Apollo:* δῆλος, *id eſt perſpicua dicta, quod Apollo aſpera, difficilia & occulta, plana & aperta reddat, per ſuum*

quod

quod Deli uigebat oraculum. Stephanus Cynthum, Asteriam, Pelasgiã, Chlamydiam, & ex Nicanore *Scythiadam appellatam autor est.* θεόδμητον, *hoc est, diuinitus conditam Delon appellat, quod quum primum mari tecta esset, Iouis iussu in lucem prodierit.* e ¶ *Regium quendam capiti honorem.)* λαοτρόφον τιμάν, *honorem populum alentem, hoc est regiũ. Honor enim & amplitudo regis est, subditos suos fouere, tueri, alere, & ab omni iniuria conseruare, honestum & uirtutes apud eundem instituere & protegere: qua de re & Homerus principes* ποιμένας λαῶν *appellat.* f ¶ *Vera uox.)* ἀρτιεπὴς, *uera, sana & apta loquens, ab* ἄρτιον *&* ἔπος. θεόδμητος Δῆλος.

g ¶ *Interrogauit.)* μεταλλᾶν, *est ordine aliud iuxta aliud inquirere, perinde ac fit in metallis, quæ ab iisdem uocibus, nempe à præpositione* μετὰ *&* ἄλλο, *quod uni metallicæ inuentæ uenæ altera adiaceat, ut est apud Plin. lib. 33. cap. 6. Vbicunque, inquit, una inuenta uena est, non procul inuenitur etiam alia. Et quidem hoc in omni ferè materia: unde metalla Græci uidentur dixisse. Estq;* ἀντιφθέγξατο *usq; ad* ὄρσο, λόγος πρεσβύτερος, *uel* ὑστερολογία. h ¶ *Multis communem.)* Elin *&* Olympiam *intelligit, ubi ex omni Græcia gentes ad olympiaca spectacula per Herculem posthac erecta confluxere.*

STROPHE IIII. COLON XI.

Venerunt autẽ ad celsam [a]alti Cronij rupem, ubi [b]duplicem illi uaticinij thesaurũ tribuit, ex eo quidem tempore uocem audire mendaciorũ expertem. Et si quando opere confidens, uenerandum [c]Alcidarum germen Hercules ueniat, ac patris celebritatem, multitudine hominum perfrequentem, ritumq; maximum certaminũ condat; [d]tunc in summa [e]Iouis ara mensam uaticinio accommodam ponere iussit.

a ¶ *Alti Cronij.) De Cronio Pisæ promontorio suprà dictum est. Hic Cronij rupem, pro ipso Cronio monte, uel pro quinquennaliũ ludorũ loco accipit per periphrasin.* b ¶ *Duplicem uaticinij thesaurum.) Geminum uaticinij thesaurum, quorum primus, quod iam tum statim Apollinis audiret oraculum, tum quod posthac Hercule instituente quinquennalem panegyrin, mensam diuinationi & responsis destinatam poneret in Olympia, cui eius nepotes*

ἀλκαϊ-δᾶν. & successores praeessent. c ℭ Alcidarum.) Graece ἀλκαϊδᾶν pro ἀλκαϊδῶν dorice, hoc est, posterorum Alcaei, uel ab Alcaeo propagatorum. Est autem Alcaeus auus, Amphitruo pater Herculis. d ℭ Tunc.) τόκα pro τότε δωρικῶς. Erat autem oraculi locus Olympiae, cuius princeps primus Iamus, ubi per ignem futura coniectabant, qua diuinatione deinceps Iamidae perpetuò sunt usi. Victimarum enim pelles igni imponentes, ex ijs uaticinabantur. Sunt qui adfirment, è conscißis uictimarum pellibus futura praedixisse. Si enim scissurae rectae forent, laeta, sin obliquae, tristia denũciabant.

e ℭ Iouis ara.) Ioui & Neptuno primam dicatam, inter sex, aram fuisse, quinta praecedenti ode annotatum.

ANTISTROPHE, COLON XI.

Quamobrem per celebre Iamidarum genus
„ apud Graecos uel diuitiae consequebanť. [a]Adeò
„ quibus uirtutes charae sunt nobiles fiunt. Suum
„ quenque opus ostendit. [b]Momus aũt prae alijs
„ inuidentibus imminet ijs, [c]quibus aliquando ra-
„ ptis ad cursum, uerenda primum gratia [d]glorio-
„ sam formam[e]adstillat. [f]Proinde Cyllenen Arca-
diae montem accolentes[g]affines tui

EPODOS, COLON XIIII.

[h]Mercurio deorum legato, [i]supplicibus, mul-
tisq́ sacrificijs admodum religiose litarunt.

a ℭ *Adeò quibus.)* *Gnome est, qua rationem reddit, quur diuitias & honorem Iamidae sint consecuti. Quae tametsi ad Iamidas proprie pertinet, generatim tamen cunctis mortalibus attribui potest. Vtitur autem pulchra gradatione in his gnomis. Virtutes sunt causa honorum & diuitiarum: diuitiae uirtutibus iunctae sunt causa praeclarorum operum, insigniumq́; facinorum: praeclára facta sunt causa inuidiae: non quod ipsa mali sint origo, caeterum malo genio ducti homines, ac peruersae mentes, non poßunt ferre alterius felicitatem. Arguit ergo & indicat maligna corda, aliorũ felicitas, perinde atq; Horat. etiam cecinit:* *Inuidus alterius rebus macrescit opimis.*

b ℭ *Momus.)* *Somni noctisq́; filius, Momus deus est, qui licet ipse nihil fingat, aliorum tamen quantumuis praeclara opera carpit & calumniatur. Vnde*

de prouerbium, Momo satisfacere, pro calumnia, pro reprehensione accipitur.

c ¶ *Quibus aliquando.)* *Periphrasis uictorum. Est autem suprà annotatum uel à Pindaro, oportuisse currus duodecies in Olympico certamine rotari.*

d ¶ *Formosam gloriam.)* εὐκλέα μορφάν, *celebrem gloriam: nam hilares, læti & fauorabiles ob uictoriam Olympiacam uictores redduntur.*

e ¶ *Adstillat.)* ποτιστάζει, *adstillat. Metaphorice, efficit, parit.*

f ¶ *Proinde Cyllenen.)* *Laus à maioribus Agesiæ matris. Cyllene uel Cyllenus mons est Arcadiæ Mercurio sacer: hinc Cyllenius heros Mercurius Virgilio est. Ouid. 1. Metamorph.*

Mænala transieram latebris horrenda ferarum,
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycæi.

g ¶ *Affines tui.)* μάτρωες ἄνδρες, *affines & maiores à matre.*

h ¶ *Mercurio.)* *A pietate in Mercurium, maiores matris Agesiæ laudat. Proinde Mercurio et Ioui acceptā referendā uictoriā adserit.* i ¶ *Supplicibus sacrificijs.)* λιταῖς *hoc loci adiectiuū est, non ut suprà & in nono Iliad. substantiuum, uel etiam proprium. Stephanus à nympha Naide Cyllene montem appellatum tradit, ibiq; merulas albas nasci, nec usquam alibi tales, uariasq; uoces ædere: noctu ad lunam facilius quàm die eas capi.*

O Agesia, Sostrati nate, qui certamina præmiorumq; sortem tenet, ac strenuam Arcadiam honorat Mercurius, is & [a]cum grauiter tonante patre tuam felicitatem perficit. [b]Gloriam quandam habeo in lingua [c]acutæ cotis, quæ me non inuitum attrahit pulchre fluentibus spiritibus: auia mea [d]Stymphalica florida Metope,

a ¶ *Cum grauitonante patre.)* *Iouem patrem grauitonantē. Sunt aūt hæc ferè Iouis epitheta. Primum tamen decadem uocum, qua uetustas ipsum Iouem intellexit, perinde ac Vrbanus è ueteribus digessit, subijciemus:*

ζεύς	ζήν	δεύς	βδεύς	ζάν	Iupiter.
ζής	ζάς	δίς	δάν	δάν.	

Iouis epitheta ergo sunt hæc propemodum:

εὐρύοπα	βαρύοπα	ἐλατὴρ βροντᾶς
στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανις		σωτήρ
φύξιος	πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε	
πόσις ἥρης	βαρύγδουπος	ὑψιβρεμέτης

μηλιέτης	ἀγκυλομήτης	νεφεληγερέτης
εὐρυόπης	τερψικέραυνος	βροντησικέραυνος
αἰγίοχος	πανομφαῖος	ἀστροπηκτής
φίλιος	ξένιος	ἑταιρεῖος
ἐφέστιος	φαναῖος	ὕπατος κρειόντων
λήκιος	ἑλλάνιος	βασιλεὺς θεῶν
ἀργικέραυνος	ἐλευθήρ	ὀλύμπιος
λύκαιος	αἰθέρι ναίων	γενέθλιος
ἐδυθηρής	φοινικοστερόπης	αἰολοβρόντης
μειλίχιος	ὀλύμπιος ἡγεμών	ὀρσοκτύπος
ἄλτιος	ἠλεῖος	ὀλύμπιος ἡγεμών
ἐρίγδουπος	ἐγχεικέραυνος.	h 5

b ℭ Gloriam habeo.) Allegoria est, qua Lyrices & Musices suæ præstantiam modeste laudat & uerè poëta, ut animaduertat Agesias sese non uulgaribus, sed enim summis, optimis, præclarißimis per Pindarum præconijs auctum iri. Tum patriam suam Thebas huiusmodi esse, ut quæ eximia ingenia proferat: cuius è fontibus, cuius tutelaribus numinibus haud pœnitendum hoc poëtices decus acceperit, quo cōmodum quos uelit ornare poßit. c ℭ Acutæ cotis.) Per acutam cotem iudicium suum & ingenium intelligit poëta, quo æque atque cos ferrum acute & absolute, quidquid in manus sumpserit, perficere poßit. Appellat autem canoram cotem, respiciendo ad lyram suam. Nam omnia eius poëmata ad citharā & tibiam decantata sunt, ut monet hypomnematistes. Ipsa cos, ipse animus meus, iam antea uolentem me pertrahit ad pulchre fluentes flatus, id est ad sonos, ad cancionem, ad hymnum. Proinde hæc allegoriæ huius summa est: Mihi à maioribus meis, à genere, à matre, à patria insitum est ut Musica & lyrice claream. Auia, inquit, mea Stymphalica florens belle Metope, bellicosarū Thebarum matris meæ mater, instar acutæ & argutæ cotis in lingua mea est: illa me ad dulciter fluentes spiritus, ad suaueis tibi decantandos hymnos ô Agesia permouet, imò pertrahit. Atque ut hæc penitius intelligantur, historia ex interprete est adijcienda. Metope filia fuit Ladonis fluuij, uxor aūt Asopi Thebani amnis, è quo filiam Theben peperit, qui cum urbs idem nominis obtinet. Pindarus ergo Thebis oriundus Metopen auiam suam, id est, patriæ suæ matrem appellat. d ℭ Stymphalica.) Stymphalus Arcadiæ ciuitas, cuius filiam Metopen facit poëta, ut quæ ortum ducat ex Ladone Stymphalum præterlabente. Stymphalica igitur Metope est, id est Arcadica. Iam & hoc se debere maioribus Agesiæ innuit, quandoquidem & ipse

Stymphalus Arcadiæ metropolis

ipse

ipse Arcadicus, quantum ad matris suæ maiores attinet, extiterit.

STROPHE V. COLON XI.

Quæ[a] cædentem equos [b]Theben peperit, cuius amabili aqua [c]sitim meam restinguo, uiris iaculatoribus uarium hymnum plectens. [d]Excita nunc socios Aénea: primũ quidem, ut laudibus efferant Iunonem Partheniã: deinde agnoscant, an ne uetus opprobrium ueris rationibus effugerimus, [f]Bœoticam suem. [g]Es enim nuncius rectus, [h]comptarum Musarum scytala, [i]dulcis crater bene sonantium carminum.

a ℂ *Equos cædentẽ.)* Id est, *equestrem.* πλάξιππον ὰ πλήσσω *ferio, & ἵππος equus. α factum est ex η dorice.* *b* ℂ Theben.) *Theben* Nympham *seu fluuiũ, uel ipsam etiam patriam intelligit.* *c* ℂ *Sitim restinguo.) Sitim restinguere, est* ἀλληγορία. *Id est, cuius ego* Thebes *sum ciuis, in qua ego spiritũ duco.* *d* ℂ Excita nunc.) *Aeneas* Pindari *chorodidascalos, hoc est chori institutor erat, quo publice utebatur* Pindarus, *ut sua poëmata doceret, cumq́; alijs ea psalleret: quandoquidẽ ipse adeò tenuis uocis erat, ut pro dignitate, sua recitare nõ posset. quod plures alij poëtæ, quũ canora & arguta uoce pollerent, per sese ipsi faciebãt, choros nempe docentes.* ὄτρυνον ἑταίρους, *id est, concentores tuos adhortare, alacres illos redde ad cantandum tecum, & ut* Iunonem *tecum* Partheniam *laudent. &c.* *e* ℂ Iunonem Partheniam.) *Quia Arcadiæ mentionem fecit, ideo &* Iunonem Partheniã, *hoc est, Arcadicã recordatur: à* Parthenio *enim Arcadiæ monte* Parthenia *uocatur.* *f* ℂ Bœoticam suem.) Βοιωτίαν ὗν. Hyantes *gens prisca & barbara in* Bœotiã *fuit, quos propter insignem & inertiam & barbariem & omnis liberalioris institutionis ignorantiam quidam proscindentes, corrupto nomine quemlibet eorum* ὗν, *id est suem appellabant: ut inde* Βοιωτία ὗς *in prouerbium abierit, quo inertem & ignauum, neque literarum, neque nandi gnarum, notarunt. Institue ergo chorum ô* Aenea, *ut canat* Partheniã *primum* Iunonem, *deinde ita canat nostra poëmata, ut auditores & spectatores intelligant nos non esse amusas, ut prouerbium habet, sues.* *g* ℂ *Es enim nuncius rectus.) Laus* Aeneæ *chorodidascali, à facili. Haud difficulter chorum instituere potes, es enim nuncius rectus, hoc est, hoc meo nomine recte, bene &*

rationis huius ergo hæc uis est: Talis es Agesia, qualis Amphiareus erat & uates & bellator.

EPODOS, COLON XIIII.

Numeratis enim & coaceruatis septem occisorum rogis, talem quendam sermonem Thebis ædidit Adrastus Talaionides: Desidero militiæ meæ oculum, utraque in re, uaticinio nempe & bello eximium.[a] quod præconium etiamnũ [b] cordato uiro Syracusio adest. Atque hanc illi quadrare laudem citra omnem contentionẽ & litem, aperte palàm testificabor, uel magno præstito iuramento, mellisonis etiam cõsentiẽtibus Musis.

κῶμος. *a* ❡ *Quod præconium.) κῶμος hoc loci est, lasciuum carmen: oden conuiualem, lætum cantum, autore Hesychio significat. hinc κωμῳδία.*

b ❡ *Cordato uiro adest.) πάρει pro πάρεστι κατὰ συγκοπὴν, carminis gratia: est enim prima spondeus, secunda & tertia anapæstus: unde συρακοσίῳ per systolen legendum, hunc ad modum:*

– – ∪ ∪ – ∪ ∪ –

νιῶ πάρει συρακοσίῳ. *ὤν pro οὐν, ἐπιτρέψοντι pro ἐπιτρέψουσι, μοῖσαι pro μοῦσαι, δωρικῶς.*

STROPHE II. COLON XI.

[a] Cæterum submitte fortes mulas mihi quamcelerrime mi anime, ut puram per semitam uehiculum feramus, ac ueniam tandem [b] ad uirorũ genus. Nam hæ præ reliquis hanc incedere uiam norunt, postquã coronas Olympiacas tulerunt. Decorum est ergo hymnorũ illis adaperire portas, quandoquidem opus est eas hodie in tempore accedere [c] Pitanan, quæ iuxta Eurotæ defluuium est, dominam.

φίντις. *Parasceuen hic facit & ingressum ad generis Iamidarum historiam, quos maiores agnoscit Agesias. φίντις auriga est uel aurigatoris arma: Dorica dialecto*

dialecto pro φίλτις. Doribus est in more λ ante τ uel θ in ν uertere: consuetudo Theocrito frequentissima, qui haud raro ἦνθε pro ἦλθε dicit. Sic primo statim εἰδυλλίῳ,

ἦνθ' ἑρμᾶς πράτιστος. Et paucis interpositis,

ἦνθον τοὶ βῶται, τοὶ ποιμένες ᾡπόλοι ἦνθον. pro ἦλθε & ἦλθον. sic ἔνθε pro ἔλθε. a ℂ Cæterum submitte.) *Apostrophe est allegorica: tota enim tropica oratio est. Per aurigã mentem suam, per mulas & puram uiam, præclara argumenta, insignes uersus: per currum totum hunc hymnum intelligit, dum inquit: Iunge uel submitte iam mihi Henioche robur mularum, id est robustas mulas periphrastice, ut puram per semitam currum trahamus. Et quia mulabus uicit, pulchre ab illis allegoriam suam ducit. Hoc age mi anime, experire ut egregie & mulas & uictorem Agesiam celebres.*

b ℂ Ad uirorum genus.) *Emphasis est in dictione uirorum: perinde ac si dicat, martia uirtute & bellico robore præditorũ. Intelligit autem Iamidas, uaticinatricem illam propaginẽ, ad quam Agesiæ stirpem poëta reducit: quorum originem ordine subinde recenset.* c ℂ Pitanã.) *Pitane nympha est, & ciuitas eiusdem nominis iuxta Eurotam Laconicæ fluuium. Ergo quum filia esset Eurotæ Pitana, è Neptuno Euadnen quandam peperit, quam (celare corruptam uirginitatem suam uolens) clàm Arcadum regi Aepyto Elatifilio educandam transmittit. Hanc porrò ubi ætate adultior esset, Apollo deuirginauit, è quo Iamum peperit: unde Iamidæ, ad quos genus suum Agesias refert. Atqui hanc ipsam rem Pindarus aperte recenset.* *Eurotas.* *Origo Iamidarum.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

Quæ Neptuno mixta Saturnio dicitur filiam cæsarie uiolacei coloris conspicuam peperisse Euadnen. Atque dum uirgo putaretur, fœtum in finibus occuluisse. Destinato demum mense amandans famulas, iussit ut heroi Aepyto alendum traderent infantem, [a] Phæsanæ Arcadum regi, prope Alpheũ nectenti moras: illic educata, ab Apolline primum [b] dulcem attigit Venerẽ.

παρθενίαν ὠδῖνα, clandestinum & uirgineũ partum, sed corruptæ uirginis, quæ uoluerit uideri uirgo. παρθένος uirgo est. Hinc παρθενία ὠδίν, clandestinus partus. Hinc παρθένιοι etiam dicuntur, qui clàm gignuntur ab illis παρθένιοι.

quæ uirgines esse reputantur. a ℂ *Phæsanæ. Phæsana Arcadiæ ciui tas, cuius rex Aepytus. Qui Elidis oppidum Phæsanam adserunt, ita defen dunt, quod Aepyti temporibus Elis Arcadũ iuri subdita fuerit.* b ℂ *Dul cem attigit Venerem.) Id est, uitiata est ab Apolline. Et quia hoc laudi adscri bit Agesiæ & Euadnæ, ideo honesta periphrasi utitur, uitiũ contegere uolens: Non crimen, sed honorem & decus esse, si deus cum puella quapiam commer cium habeat.*

EPODOS, COLON XIIII.

Neque uero semper Aepitum latuit ipsa[a] suffu rans dei semen. At uero ineffabilem animo bi lem comprimens, [b]abijt ingenti cura Apollinis sciscitatum oracula de huius [c]intolerabili corrupti one: illa interim deposita [d]purpurocrocea zona, [e]urnaq; argentea, [f]sub opaco arborũ densitate lo co pariebat diuinæ sapientiæ natum: illi tum qui dem [g]aurea coma insignis Apollo, [h]cum Parcas, [i]tum Ilithyian assistere curauit.

a ℂ *Suffurans.)* κλέπτοισα *dorice pro* κλέπτουσα. *Metaphora est pro* κρύπτουσα, *suffurans, id est celans.* b ℂ *Abijt Pythonem.) Pytho Apollinis ciuitas à serpente illic occiso & putrefacto, cuius rei ode 2. facta men tio, cuius & Homerus meminit Iliad. α.*

Φοίβου ἀπόλλωνος πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ. *Stephanus hanc in Mace donia cõstituit.* c ℂ *Intolerabili corruptione.)* ἄτλατου πάθας, *Dori cũ est,* πάθας *pro* πάθους. *Nam ου in ω & α uertunt. Sic Theocrit.* πρᾶτος *pro* πρῶτος, πράτιστος *pro* πρώτιστος. ἦνθ' ἑρμᾶς πράτιστος.

d ℂ *Purpurocrocea zona.)* ἀδὲ φοινικόκροκον ζώναν κατθηκαμένα. *Gell. lib. 2. cap. 20.* φοίνικα καὶ σπάδικα *eundẽ colorẽ excellen tis ruboris significare testatur: quare* φοινικόκροκος ζώνη *cingulũ est colo ris purpurei & crocei. Quod si posteriorẽ huius cõpositi epitheti uocem* κρόκην *acceperis, & nõ* κρόκον, *tum zonã significabit purpurei tramatis. Sin à* φοινικοῦς *&* κρόκος *deducas, purpurocroceũ cingulum habebis. Mihi in rei huius sacramentũ & arcanũ intuenti, utriusque uocis etymon hic indiscri minatim non displicet. Aristoteles in* περὶ χρωμάτων *puniceum colorem fi eri dicit, si nigrum & opacum lumini misceatur. Nam si nigrum solis uel ignis*

Et lib. 3. cap. 19.

splendori

splendori admisceatur, hinc φοινικοῦν resultare. μέλαν καὶ σκιερὸν τῷ φωτὶ μιγνύμενον φοινικοῦν. τὸ γὰρ μέλαν μιγνύμενον τῷ τῆς ἀκ τοῦ ἡλίου, καὶ τῷ ἀκ τοῦ πυρὸς φωτὶ θεωρούμενον ἀεὶ γιγνόμενον φοινικοῦν. e ℭ Vrnaq; argentea.) κάλπις uas est aquam recipiens, sinus aquæ, amphora, hydria. Cæterum pudica metaphora, castus ipse maritus hic usus est, à partu sumpta. Nam partus arcana, per zonam punicocroceā & per argenteum aquarium indicat, quæ ne castas aureis offendam hic prætermitto: tametsi nihil turpe, nihil inhonestum sit, quod matrimonij necessitas necessariò admittit. Aquam fœturæ nunciam ante partum exeuntem, per urnam argenteam intelligit. Per zonam purpuream, sanguinem quo fœtus aluum egreditur, clanculum innuere uidetur. Proinde hic locus nihil aliud est atq; allegorica partus adumbratio. Sanguinis enim color est φοινικόκροκος: aquæ uero est argenteus, hoc est, albicans. f ℭ Sub opaco.) λοχμὴ locus est arboribus & plantis densus. λοχμῆς ὑπὸ κυανέας. κυανέος colos niger est & subuiridis, qualis in fodinis metallicis reperitur: deductum adiectiuum à κύανον, quod apud Homerum Iliados λ. in thorace Agamemnonis nigri huiusmodi mineralis, seu informis dum metallicæ materiei uox est:

τοῦ δ' ἤτοι δέκα οἶμοι ἔσαν μέλανος κυάνοιο.

Dioscorides lib. 5. cap. 60. in Cypro Cyanū in ærarijs fodinis nasci autor est. Marcellus pro cœruleo interpretatur. Hypomnematistes uero Pindaricus κυανέας pro βαθείας reddit. Proinde sensus est, sub cœrulea, uel tali qualis uiolarum flos est arborum seu plantarum densitate, uel uiolis consito loco.

g ℭ Aurea coma insignis.) Apollinis epitheton est, quo aurei & formosi solis radij præsentantur. Sunt autem & apud Pindarum & alios poëtas Solis uaria epitheta, quæ omnia naturā & officium eius sub conspectum statuunt, ut χρυσοκόμας, auricomus, à radiorum colore.

τοξοφόρος, arcumferēs, quo noxia tela et morbos sol in mortaleis iaculatur.

λοξίας, obliquus, ab oraculis, quod semper obliqua & dubia Apollinis responsa erant. Aristoph.

ὑπεριονίδης, filius Hyperionis, apud Hesiodum in Theogonia.

ὑπερίων, quod super nos eat.

ἕκατος, ab ἕκατι longe, quod radios suos longe lateq; proijciat.

ἑκατηβόλος, longe iaciens.

ἑκατηβελέτης, quod procul tela sua mittat.

ἀπόλλων, consumens: omnia enim calore suo consumit, terræ cœliq; tristia nubila.

φοῖβος, purus, à claritate, uel φῶς βίου, lumen uitæ.

ἠέλιος καὶ ἥλιος, ab ἵημι, eo.

ἥλιος ἀστὴρ, uehemens & consumens & perniciosa stella, propter morbos.

χρυσάωρ, Heliacos, quorum sol est autor.

χρυσότοξος, aureū arcū habens. ἀργυρότοξος, argenteū arcū habens.

δήλου σκόπος, Deli speculator: quia in Delo colitur.

κύνθιος, à Cintho monte illi sacro.

σμινθεὺς, à loco in quo colitur.

ἑκάεργος, quod in longinquo perficiat opus.

γενέθλιος ἀκτίνων πατὴρ, genuinus radiorum pater.

πῦρ πνεόντων ἵππων ἄρχος, ignem spirantium equorum pater.

ἠλέκτωρ, ab α sine, & λέκτρον lectus, quod homines galli instar (qui item ἀλέκτωρ dicitur) excitet, & suo aduentu surgere iubeat.

πύθιος, ab interfecto dracone.

δελφικός	φαυσίμβροτος	φαεσίμβροτος	αἰθέριος ὄμμα
μάντις	κιθαρῳδός	λατοΐδης	χρυσοχαίτης
χαιτήεις	δήλιος ξεῖνος	δήλιος	εὐρυφαρέτρας

ἀκερσεκόμης. 35. Plerasq; alia præter hæc iam connumerata Apollinis Epitheta est uidere in primo Epigrammatū, iuxta seriem elementorum, in hymno cuius epigrapha est,

Ὑμνέω παιᾶνα μέγαν θεὸν ἀπόλλωνα. Et quur non reliqua subijcimus?

Ἄ Βροτον, ἀγλαόμορφον, ἀκερσεκόμην, ἁβροχαίτην.
Β ειθύνοον, Βασιλῆα, Βελεσιχαρῆ, Βιοδώτην.
Γ ηθόσυνον, γελόωντα, γιγαντολέτην, γλυκύθυμον.
Δ ιογενῆ, διόπαιδα, δρακοντολέτην, δαφνογηθῆ.
Ε ὔλαλον, εὐρυβίην, ἑκατηβόλον, ἐλπιδοδώτην.
Ζ ωογόνον, ζάθεον, ζηνόφρονα, ζηνοδοτῆρα.
Ἤ πιον, ἡδυεπῆ, ὑδλύθροον, ἠπιόχειρα.
Θ ηροφόνον, θαλερὸν, θελξίφρονα, θελγεσίμυθον.
Ἰ αφέτην, ἱμερτὸν, ἰήιον, ἱπποκορυστήν.
Κ οσμοπλόκον, κλάειον, κρατερόφρονα, καρπογενέθλον.
Λ ητογενῆ, λάρον, λυρογηθέα, λαμπετόωντα.
Μ υσοπόλον, μάντιν, μεγαλήτορα, μυριόμορφον.
Ν εβροχαρῆ, νοερὸν, νηπενθέα, νηφαλέοντα.
Ξ υνοχαρῆ, ξυνὸν, ξυνόφρονα, ξυνοδοτῆρα.
Ὄ λβιον, ὀλβιόεργον, ὀλύμπιον, οὐρεσιφοίτην.

Γρυνῆ,

Π ῥηὺρ, πανδερκῆ, πανα πήμονα, πλουτοδοτῆρα.
Ρ υσίπονον, ῥοδόχροον, ῥηξήνορα, ῥηξικέλευθον.
Σ ιγαλόεντα, σόφον, σελαηγενέτην, σωτῆρα.
Τ ερψίχορον, τιτᾶνα, τελέσορα, τιμήεντα.
Υ μναγόρην, ὕπατον, ὑψαύχενα, ὑετόεντα.
Φ οῖβον, φοιβάζοντα, φιλοστέφανον, φρενογηθῆ.
Χ ρησμαγόρην, χρύσεον, χρυσόχροα, χρυσοβέλεμνον.
Ψ αλμοχαρῆ, ψαλτὴν, ψυσίζυγα, ψυχοδοτῆρα.
Ὠ ρυπον, ὠκυεπῆ, ὠκύσκοπον, ὡρεσιδώτην. 136.

Verum in his epithetis multa sunt, quæ reliquis etiam cum dijs tum heroibus attribui possunt. Hæc de nominibus & epithetis Apollinis, quæ semel annotare libuit, posthac nullam horum facturi mentionem. h ℂ *Cum Parcas.)* De Parcis, *quas Græci* μοίρας, *in prima ode satis disputatum.*

i ℂ Tum Ilithyian.) τὴν ἐλεύθω Pindarus *appellat, quam alij* εἰλειθύιαν, *ab* ἐλεύθω *uenio nominant. Latini hanc Lucinam uocant. Alma Lucina fer opem, apud Terentium. Alibi Iunonem, quod & illam eandem cum Lucina putent: id nominis apud Græcos habens, quod subueniat parturientibus. Parcæ ergo & Ilithyia Euadnæ partu laborantis aßistunt, ut diuina illa Iouis proles, diuina ope & prouidentia, & felici successu, in hunc mundum nascatur.*

STROPHE III. COLON XI.

A uisceribus autem amabilis partus, mox in lucem prodijt Iamus, quem [a]contristata [b]reliquit humi. [c]At duo cæsij dracones hunc, dijs ita uolentibus educarunt, innoxio illum [d]apum ueneno delectantes. Postquã uero [e]ex aspera Pythone redijt Aepytus rex, omnes domi suæ de puero percontatur, quem Euadne pariat: Phœbo enim ipsum dixit [f]progenitum *Nascitur Iamus.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

Patre: deniq; uatem ipsum præ cæteris eximium fore, neque unquam eius generationem interituram. Sic itaque retulit.

a ℂ *Contristata.)* κνιζομένη, λυπουμένη, *dolore affecta.*

b ¶ Reliquit humi.) Reliquit Euadne prolem humi sub arboribus & uiolis, timens famæ & uirginitatis suæ integritati apud Aepytum regem: maluit enim furtum perdere uel relinquere fœtum illum, quàm sese ignominiæ exponere. c ¶ At duo cæsij dracones.) Mirandam Euadnæ sobolis educationem subijcit, ut ostendat planè diuinam esse stirpem & cœlestem prorsus Iami propaginem. Mirabile est apud Liuium, Romulum & Remū à lupa educatos: longe uero hic mirabilius est, Iamum infantem & uagientem è matris aluo primum egressum à draconibus (quorum natura lupis ferocior, rapacior, nocentior, letum magis adferens, ueneno cuncta quæ contingat, perdens) enutriri. Iamus appellatus est ab ἴος, id est, uiola, in quas repositus erat à matre. Sic Euadne Pytanes & Neptuni filia, suprà ἰοβόστρυχος dicta, est ab ἴος uiola, & βόστρυχος cæsaries. Cæsij dracones appellantur à glaucis oculis, perinde ac Minerua Homero γλαυκῶπις dicitur, quod glaucæ, hoc est, uiridis oculos (quem colorem Latini cæsium uocant) habeat. Gell. lib. 2. cap. 26. Veteribus latinis cæsia dicta est, quasi cœlia, Minerua. d ¶ Apum ueneno.) ἴος & uiolam & uenenum significat. Iam apum uenenum pro melle dixit, per figuram quæ Græcis χιασμὸς, acyrologiæ quædam, ut uidetur, species. Est autem Chiasmos quando quatuor ita inter sese numerantur, ut secundo tertium, quartū primo respondeat. Verum tum proprie χιασμὸς dicitur, quum aliquid illic absurdum appareat in speciem, quum tamen procul absit: ut quum quinta ode Pindarus ait: Septem occisorum rogis numeratis. Hic nihil ambigui uel absurdi est, si uerba quis respiciat tantummodo: uerum si historiam consideres, tum occisorum septenarius non est de principibus intelligendus, sed de ipsis septem exercitibus. Nam septem duces illic non perierūt, Adrasto nempe seruato, & Amphiarao absorpto. χιασμὸς constituitur sic:

Miraculum educationis Iami.

γλαυκῶπις.

Aristophanis et Pind. hypomnemata, simpliciter per τὸ χ signū figuræ alicuius uel schematis accipiunt.

1 Septem	2 occisorum
3 rogis	4 coaceruatis.

Hic χιασμὸν, hoc est, hiatum, & ἀμφίβολον constituit ipsa de occisis dubitatio, num ad duces uel ad exercitum septem Thebis portarum, numerus fusorum sit accipiendus. Non dissimilem ad modum hic χιασμὸς fit,

1 Dracones	2 Iamum
3 nutriuerunt	4 ueneno apum innoxio.

Draconum quidem uenenum est, & ad dracones refertur. Enimuero ne quis ambigat quale uenenum intelligat, adijcit, innoxium uenenū apum. Veneni natura est homines adusque perniciem intoxicare: uirus autem semper letale est, à uenenatis emissum. Iam quia mel ab apibus conficitur, & ex ipsis emittitur, perinde atq; uirus ex uenenatis morsu uel ictu lædentibus, ideo quadam similitudine saltem

ἰὸν

ἴοµ appellauit: ob id enim adiecit apum, & innoxio, ne quis putet astruere absurdum, & planè impossibile uatem nostrum adseuerare uelle. Est igitur sensus admirandæ huius educationis Iami: *Dracones melle, quod apibus subduxerunt, nutriuerunt* Iamum. e ¶ Ex *aspera* Pythone.) πετρήεσσας ἐκ πυθῶνος, *Homerum imitatus dixit. Is enim* Iliad. α.

φοῖβος ἀπόλλωνος πυθοῖ ἐνὶ πετρηέσσῃ *habet.* f ¶ Progenitum.) *γεγάκειν pro γεγακῦαι præteritum aparemphati à themate γίνομαι, paßiuæ significationis, pro γεγεννημένον εἶν.*

Illi uero neque audijsse, nec uidisse se reddebãt, [a]quoniã quintus à partu dies illuxerat. Sed obtectus erat denso [b]rubeto uiolarumque [c]flauis & omnino purpureis, humectatus radijs tenerum corpus: unde & paßim euolgauit mater semper ipsum uocandum

EPODOS, COLON XIIII.

Nomine illo immortali Iamum.

a ¶ Quoniam quintus.) Pindari *interloquentis hæc uerba sunt,* Quoniam *quintus à partu, &c.* b ¶ Rubeto.) *χοινοβατία terram iuncis & rubis seu alga etiam abundantem significat. σχοῖνος odoratus iuncus, βάτος rubus. Catachresticῶs poëta pro asperis locis usurpat: quod inter spinas & rubos & rosæ & uiolæ reperiantur quibus cooperuit, uel in quas reposuit infantem* Euadne: *unde & à uiolarũ præsentia, ἴαμον appellauit fœtum suum, ab ἴος uiola, perinde ac testatur hic* Pindarus. c ¶ Flauis & purpureis.) *Non immemori hic mente prætereundum, quod duo uiolarum genera hic numeret, nempe flauas & purpureas, ut quæ colore reliquas anteceant, & formæ suæ pulchritudine antecellant.* Dioscorides *lib. 3. cap.* περὶ λευκοΐου *adijcit tertium genus λευκόν, hoc est, uiolam albam, quam* Pindarus *flauam, ille μήλινον dicit, differentiam in flore indicans. Est autem ἄνθος μήλινον flos colorem pomi* Neranzij *(ut cum hypomnematiste* Nicandrico *loquar) habens.*

Vbi florem [a]delectabilis pubertatis accepit, descendens ad [b]medium Alpheum, uocauit [c]latepotentem Neptunũ suum progenitorem, Apollinemque [d]diuinæ Deli speculatorem, petens [e]regi

um quendam capiti ſuo honorem ſubobſcuram noctem. Patria[f] ueridica uox inclamauit: qui non exploratũ habens quis uocet,[g] interrogauit quiſnam ſit. Pater uero, age ſurge, inquit, fili, huc ad [h] multis communem imus regionem famam inquiſituri perennem.

a ℭ *Delectabilis pubertatis.) Duobus inſignibus epithetis* τὴν ἥβην, *hoc eſt pubertatē, ornat, appellans eam* τερπνὴν & χρυσοστέφανον, *delectabilem & auream coronam geſtantem: hoc eſt, ſic ornantem hominē, perinde atque aurea corona decoretur. Amabilem ideo, quod ea ætas ubi tenera lanugo prodit, omnium gratiſſima, omnium iucundiſſima.* *b* ℭ *Medium Alpheum.) Per medium Alpheum* Epidaurum *intelligit, quæ inter* Arcadiā & Elin *ſita urbs eſt. Porrò* Arcadia & *ortum & initium* Alphei *fluminis habet.* Elis *iuxta ſinus & latiores meatus condita eſt.* *c* ℭ *Latepotentem.)* εὐρυβίας, *id eſt, latæ potentiæ* Neptunũ *hic uocat, & recte. Totũ enim terrarũ orbem ambit, & regna huius mundi in ſeſe* Neptunus et Oceanus *cludit. Sunt aũt hæc ferè* Neptuni *epitheta quibus* Pindarus *cum alijs poëis utitur:*

εὐρυβίας	*Late potens.*
ἐννοσίγαιος	
ἐννοσίχθων	*Terræ concuſſor.*
σισέιχθων	
γαιήοχος	*Territenens.*
ποσειδῶν	*Terræ maritus.*
εὐτριαίνης	*Tridente præclarus.*
ὀρσοτρίαινα *uel* ὀρσοτριαίνης	*Tridente concitans.*
κυανοχαίτης	*Cœruleā iubā uel comā habēs*
εὐρυμέδων & εὐρυμεδόντης	*Late regnans.*
εὐρυσθενής	*Ingentis roboris.*
δεσπότης ποντομέδων.	δεσπότης ναῶν.
γῆς τε καὶ ἅλμης μοχλευτής.	ἀνὴρ ἀμφιτρίτης.
ἐννοσίδας. 4. Pyth. ode.	ἐλελίχθων. 6. Pyth.
	20
πετραῖος. 4. Pythiorum.	

d ℭ *Diuinæ Deli ſpeculatorem.)* Delos *inſula eſt una* Cycladum, Apolloni *ſacra, quod in ea primum natus ſit* Apollo: δῆλος, *id eſt perſpicua dicta, quod* Apollo *aſpera, difficilia & occulta, plana & aperta reddat, per ſuum*

quod

quod Deli uigebat oraculum. Stephanus Cynthum, Asteriam, Pelasgiã, Chlamydiam, & ex Nicanore *Scythiadam appellatam autor est.* θεόδμητον, *hoc est, diuinitus conditam Delon appellat, quod quum primum mari tecta esset, Iouis iussu in lucem prodierit.* θεόδμητος Δῆλος. *e* ¶ *Regium quendam capiti honorem.)* λαοτρόφον τιμάν, *honorem populum alentem, hoc est regiũ. Honor enim & amplitudo regis est, subditos suos fouere, tueri, alere, & ab omni iniuria conseruare, honestum & uirtutes apud eundem instituere & protegere: qua de re &* Homerus *principes* ποιμένας λαῶν *appellat.* *f* ¶ *Vera uox.)* ἀρτιεπής, *uera, sana & apta loquens, ab* ἄρτιον *&* ἔπος.

g ¶ *Interrogauit.)* μεταλλᾶν, *est ordine aliud iuxta aliud inquirere, perinde ac fit in metallis, quæ ab ijsdem uocibus, nempe à præpositione* μετὰ *&* ἄλλο, *quod uni metallicæ inuentæ uenæ altera adiaceat, ut est apud* Plin. lib. 33. cap. 6. *Vbicunque, inquit, una inuenta uena est, non procul inuenitur etiam alia. Et quidem hoc in omni ferè materia: unde metalla Græci uidentur dixisse. Estq́; αὐτοφθέγξατο usq́; ad* ὄργανο, λόγος πρεσβύτερος, *uel* ὑστερολογία. *h* ¶ *Multis communem.)* Elin *&* Olympiam *intelligit, ubi ex omni Græcia gẽtes ad olympiaca spectacula per* Herculem *posthac erecta confluxere.*

STROPHE IIII. COLON XI.

Venerunt autẽ ad celsam [a]alti Cronij rupem, ubi [b]duplicem illi uaticinij thesaurũ tribuit, ex eo quidem tempore uocem audire mendaciorũ expertem. Et si quando opere confidens, ueneran dum [c]Alcidarum germen Hercules ueniat, ac patris celebritatem, multitudine hominum perfrequentem, ritumq́ maximum certaminũ condat; [d]tunc in summa [e]Iouis ara mensam uaticinio accommodam ponere iussit.

a ¶ *Alti Cronij.) De Cronio Pisæ promontorio suprà dictum est. Hic Cronij rupem, pro ipso Cronio monte, uel pro quinquennaliũ ludorũ loco accipit per periphrasin.* *b* ¶ *Duplicem uaticinij thesaurum.) Geminum uaticinij thesaurum, quorum primus, quod iam tum statim Apollinis audiret oraculum, tum quod posthac Hercule instituente quinquennalem panegyrin, mensam diuinationi & responsis destinatam poneret in Olympia, cui eius nepotes*

ἀλκαϊδᾶν. & successores præessent. c ℭ Alcidarum.) Græce ἀλκαϊδᾶν pro ἀλκαϊδῶν dorice, hoc est, posterorum Alcæi, uel ab Alcæo propagatorum. Est autem Alcæus auus, Amphitruo pater Herculis. d ℭ Tunc.) τόκα pro τότε δωρικῶς. Erat autem oraculi locus Olympiæ, cuius princeps primus Iamus, ubi per ignem futura coniectabant, qua diuinatione deinceps Iamidæ perpetuò sunt usi. Victimarum enim pelles igni imponentes, ex ijs uaticinabantur. Sunt qui adfirment, è conscißis uictimarum pellibus futura prædixisse. Si enim scissuræ rectæ forent, læta, sin obliquæ, tristia denũciabant.

e ℭ Iouis ara.) Ioui & Neptuno primam dicatam, inter sex, aram fuisse, quinta præcedenti ode annotatum.

ANTISTROPHE, COLON XI.

Quamobrem per celebre Iamidarum genus
„ apud Græcos uel diuitiæ consequebant̃. [a]Adeò
„ quibus uirtutes charæ sunt nobiles fiunt. Suum
„ quenque opus ostendit. [b]Momus aũt præ alijs
„ inuidentibus imminet ijs, [c]quibus aliquando ra-
„ ptis ad cursum, uerenda primum gratia [d]glorio-
„ sam formam [e]adstillat. [f]Proinde Cyllenen Arca-
diæ montem accolentes [g]affines tui

EPODOS, COLON XIIII.

[h]Mercurio deorum legato, [i]supplicibus, multisq́ sacrificijs admodum religiose litarunt.

a ℭ Adeò quibus.) Gnome est, qua rationem reddit, quur diuitias & honorem Iamidæ sint consecuti. Quæ tametsi ad Iamidas proprie pertinet, generatim tamen cunctis mortalibus attribui potest. Vtitur autem pulchra gradatione in his gnomis. Virtutes sunt causa honorum & diuitiarum: diuitiæ uirtutibus iunctæ sunt causa præclarorum operum, insigniumq́; facinorum: præclára facta sunt causa inuidiæ: non quod ipsa mali sint origo, cæterum malo genio ducti homines, ac peruersæ mentes, non possunt ferre alterius felicitatem. Arguit ergo & indicat maligna corda, aliorũ felicitas, perinde atq; Horat. etiam cecinit: Inuidus alterius rebus macrescit opimis.

b ℭ Momus.) Somni noctisq́; filius, Momus deus est, qui licet ipse nihil fingat, aliorum tamen quantumuis præclara opera carpit & calumniatur. Vnde

de prouerbium, Momo satisfacere, pro calumnia, pro reprehensione accipitur.

c ℭ *Quibus aliquando.) Periphrasis uictorum. Est autem suprà annotatum uel à Pindaro, oportuisse currus duodecies in Olympico certamine rotari.*

d ℭ *Formosam gloriam.)* εὐκλέα μορφάν, *celebrem gloriam: nam bilares, læti & fauorabiles ob uictoriam Olympiacam uictores redduntur.*

e ℭ *Adstillat.)* ποτιστάζει, *adstillat. Metaphorice, efficit, parit.*

f ℭ *Proinde Cyllenen.) Laus à maioribus Agesiæ matris. Cyllene uel Cyllenus mons est Arcadiæ Mercurio sacer: hinc Cyllenius heros Mercurius Virgilio est. Ouid. 1. Metamorph.*

Mænala transieram latebris horrenda ferarum,
Et cum Cylleno gelidi pineta Lycæi.

g ℭ *Affines tui.)* μάτρωες ἄνδρες, *affines & maiores à matre.*

h ℭ *Mercurio.) A pietate in Mercurium, maiores matris Agesiæ laudat. Proinde Mercurio et Ioui acceptã referendã uictoriã adserit.* i ℭ *Supplicibus sacrificijs.)* λιταῖς *hoc loci adiectiuũ est, non ut suprà & in nono Iliad. substantiuum, uel etiam proprium. Stephanus à nympha Naide Cyllene montem appellatum tradit, ibiq; merulas albas nasci, nec usquam alibi tales, uariasq; uoces ædere: noctu ad lunam facilius quàm die eas capi.*

O Agesia, Sostrati nate, qui certamina præmiorumque sortem tenet, ac strenuam Arcadiam honorat Mercurius, is & [a]cum grauiter tonante patre tuam felicitatem perficit. [b]Gloriam quandam habeo in lingua [c]acutæ cotis, quæ me non inuitum attrahit pulchre fluentibus spiritibus: auia mea [d]Stymphalica florida Metope,

a ℭ *Cum grauitonante patre.) Iouem patrem grauitonantẽ. Sunt aũt hæc ferè Iouis epitheta. Primum tamen de eadem uocum, qua uetustas ipsum Iouem intellexit, perinde ac Vrbanus è ueteribus digeßit, subyciemus:*

ζεὺς	ζὴν	δεὺς	βδεὺς	ζάν	Iupiter.
ζὴς	ζὰς	δὶς	δὴν	δάν.	

Iouis epitheta ergo sunt hæc propemodum:

εὐρυόπα	βαρυόπα	ἐλατὴρ βροντᾶς
στεροπᾶν κεραυνῶν τε πρύτανις		σωτήρ
φύξιος	πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.	
πόσις ἥρης	βαρύγδουπος	ὑψιβρεμέτης

ipse Arcadicus, quantum ad matris suæ maiores attinet, extiterit.

STROPHE V. COLON XI.

Quæ[a] cædentem equos [b]Theben peperit, cuius amabili aqua [c]sitim meam restinguo, uiris iaculatoribus uarium hymnum plectens. [d]Excita nunc socios Aénea: primū quidem, ut laudibus efferant Iunonem Partheniā: deinde agnoscant, an'ne uetus opprobrium ueris rationibus effugerimus, [f]Bœoticam suem. [g]Es enim nuncius rectus, [h]comptarum Musarum scytala, [i]dulcis crater bene sonantium carminum.

a ℭ *Equos cædentē.)* *Id est, equestrem.* πλάξιππον *à* πλήσσω *ferio, &* ἵππος *equus.* α *factum est ex* η *dorice.* *b* ℭ *Theben.)* *Theben Nympham seu fluuiū, uel ipsam etiam patriam intelligit.* *c* ℭ *Sitim restinguo.)* *Sitim restinguere, est* ἀλληγορία. *Id est, cuius ego Thebes sum ciuis, in qua ego spiritū duco.* *d* ℭ *Excita nunc.)* *Aeneas Pindari chorodidascalos, hoc est chori institutor erat, quo publice utebatur Pindarus, ut sua poëmata doceret, cumq́; alijs ea psalleret: quandoquidē ipse adeò tenuis uocis erat, ut pro dignitate, sua recitare nō posset. quod plures alij poëtæ, quū canora & arguta uoce pollerent, per sese ipsi faciebāt, choros nempe docentes.* ὄτρυνον ἑταίρους, *id est, concentores tuos adhortare, alacres illos redde ad cantandum tecum, & ut Iunonem tecum Partheniam laudent. &c.* *e* ℭ *Iunonem Partheniam.)* *Quia Arcadiæ mentionem fecit, ideo & Iunonem Partheniā, hoc est, Arcadicā recordatur: à Parthenio enim Arcadiæ monte Parthenia uocatur.* *f* ℭ *Bœoticam suem.)* Βοιωτίαν ὗν. *Hyantes gens prisca & barbara in Bœotiā fuit, quos propter insignem & inertiam & barbariem & omnis liberalioris institutionis ignorantiam quidam proscindentes, corrupto nomine quemlibet eorum* ὗν, *id est suem appellabant: ut inde* Βοιωτία ὗς *in prouerbium abierit, quo inertem & ignauum, neque literarum, neque nandi gnarum, notarunt. Institue ergo chorum ô Aenea, ut canat Partheniā primum Iunonem, deinde ita canat nostra poëmata, ut auditores & spectatores intelligant nos non esse amusos, ut prouerbium habet, sues.* *g* ℭ *Es enim nuncius rectus.)* *Laus Aeneæ chorodidascali, à facili. Haud difficulter chorum instituere potes, es enim nuncius rectus, hoc est, hoc meo nomine recte, bene &*

pulchre efficere potes, quandoquidem sis ipse & literarum & Musices peritissimus. Nam hoc est, quod subijcit: h ℂ *Comptarum Musarum scytala.) Ingenti præconio effert Aeneam chori magistrum, scytalan Musarum appellans, hoc est ueluti secretorum Musarum conscium, ac talem quem sibi Musæ deligant, si cui secreta sua & sacramenta indicare uelint. Metaphora est pro uerbialis, sumpta ab adagio, Scytala Laconica. Et licet ex Gellio hoc ipsum pe ti posit, è Pindaricis tamen scholijs adnectã. Lacedæmonij si quando Harmostis suis ad aliquam urbem missis, secreti quicquã indicare uellent, non fidebant chartæ, cæterũ talem celandi consilij sui rationem inibant: deradentes lignum teres, trium uel quatuor cubitorũ, in duas partes findebant, alteram imperatori peregre agenti dabant, alterã ipsi sibi retinebant. Significaturi igitur aliquid duci exercitus, tenue quoddam & angustum lorum uirgæ seu tereti baculo suo dimidiato obuoluebant, eoq; pacto quæ uellent inscribebant. Resolutum itaq; lorum confusas quasdam notas subindicabat, quas nemini cognoscere poßibile erat. Lorum ergo tale imperator acceptum per Laconum nuncios, suo quod penes sese habebat circumuoluebat tereti bacillo, moxq; Laconũ suorum & mandata & consilia dignoscebat. Huiusmodi itaque lorum, quo epistolæ uice Lacedæmonij utebantur, σκυτάλη, hoc est scutica dicebatur, à σκῦτος coriũ. Alij sic interpretantur, quod Lacones latas scuticas habuerint, quibus inscripserint consilia sua ad Harmostes, easq; coriaceo uasi inclusas & obsignatas transmiserint. Aeneas igitur est rectus angelus & scytala Musarum, hoc est Musices peritißimus, & literis ornatißimus, ut Musis, Apollini & Charitibus adeò gratus sit, ut si quid recte curatum uelint, ei demandent.* i ℂ *Dulcis crater.) Crater uini est amplum poculum, à κεράω capio, teneo, ut poëta ob oculos ponit, dum inquit, Crateres magnos statuunt. Hic insigni metaphora, pro uase, imo pro promo & condo dulcisonarum odarum. Perinde ac si dicat: Quemadmodum crater dulcißima uina & condit & promit, quæ conuiuas exhilarent, sic tu non uina, mi Aenea, sed suauißimas odas contines apud te, & chorum sonare doces. Qua laude quid magnificentius Musico dici potuit? ecqui augustius uel eruditißimus quisque prædicari quiret?*

ANTISTROPHE, COLON XI.

Iube etiam ut ne obliuiscantur Syracusarum, & [a]Ortygiæ, quam Hieron puro sceptro gubernans, & recta consulens, [b]rubros pedes habentem [c]Cererem ueneratur, filiæq; eius Proserpinæ,

næ, [d] curru albos equos habente inuectæ Anacalypteria celebrat, Iouisq; Aetnæi fortitudinem. [e] Suauiloquæ ipsum lyræ & cantus [f] nouerunt. [g] Ne quatiat oro felicitatem eius futurũ tempus, uerum dextro adfectu & [h] hilari mente Agesiæ laudem suscipiat.

Commoratur in Apostrophe ad Aeneam chorodidascalum, in cuius persona interim ipse uates Hieronem regem συγγονον *Agesiæ cõmendat, propterea quod & ipse Agesias Syracusanus sit à parente Sostrato.* a ℭ *Ortygiæ.) Ortygia insula est ante Syracusas, cuius Hieron rex erat. Et quia Syracusanus esset Agesias à parentibus, meminit iuxtà & Syracusarum & Ortygiæ, quibus iam tum dominabatur Hieron, et ipse Olympionices, honorifice.*

b ℭ *Rubros pedes.)* φοινικόπεζαν *Cererem appellat. Quid coloris sit, & quomodo fiat, ex nigro uel opaco & lumine, ex Aristotele in superioribus indicatum: hic tamen pro flauo accipit: seges enim matura flaua est. Per epitheton ergo ad inuentum Cereris, fruges nimirum respicit.* c ℭ *Cererem.)* δημήτηρ *Ceres. Dores dicunt* δαμάτηρ, *à* δᾶ, *quod Doriensibus terram significat, &* μήτηρ *mater, ceu terræ frugum mater. Ita scholia Theocritica. Adumbrat uberem frugum in Sicilia prouentũ, quo nomine Siciliam Cicero in Verrinis extollit.* d ℭ *Curru albos equos.)* λδυκίππϑ. *Cereris festa, Demetria, Thesmophoria & Eleusinia Græcis dicuntur. Filiæ eius Proserpinæ Theogamia, hoc est diuinæ nuptiæ celebrantur, quod scilicet Plutoni ducta sit: & Anthesphoria in Sicilia aguntur, autore Iulio Polluce. Theogamia uero & Anacalypteria idem esse solennitatis genus ex interprete, & Hesychio colligitur, qui Anacalypteria uocat, quando tertio die sponsa ex ædibus parentum sit ducta: ab* ἀνακαλύπτομαι, *id est, reuelor, quod tum reueletur sponsa & puella, quæ antea domi clausa manserit.* λδυκίππϑ *autem ideo dicit, quod raptam à Plutone Proserpinã filiam mater Ceres diu quæsitam, ac tandem curru albos equos submissos habente repertam, in cœlum ad Iouem reduxerit. Scholia.* λδυκίππϑ e ℭ *Suauiloquæ.) Hoc dicit cum propter superiorem primum, quo celebratus est, hymnum, tum etiam quod Musices arte claruerit, id quod eadem prima ode exprimit,* ἀγλαΐζεται δὲ μουσικῆς ἐν ἀώτῳ. f ℭ *Nouerunt.)* γινώσκοντι *est pro* γινώσκουσι, *dorice.* g ℭ *Ne quatiat.)* εὐχὴ *est uel precatio. Vtinam non infringat, uel præsens uel ullum futurum tempus Hieronis felicitatem, in qua perseuerans*

hilari fronte Agesiæ laudem excipiat. Hoc ideo precatur, quod Hieron maior sit, utpote rex Syracusarum & Ortygiæ. Agesias uero etsi Syracusanus quantum attinet ad parentes, non regis tamen filius fuit, quanquã imaginibus etiam maiorum suorum clarus haberetur, uates iam existens Olympicus. b ¶ *Hi lari mente.)* ἀγανάτοις φιλοφροσύναις, τουτέστι ἐπ' ὀράσει εὐθυμίᾳ, *amabili iucunditate, amico affectu, tranquilla felicitate.*

EPODOS, COLON XIIII.

[a]De domo ad domum, à Stymphalijs muris uenientem, [b]matrem pecoris diuitis Arcadiæ relinquentem. [c]Atqui prosunt agitata surgentibus » nocte procellis duæ è ueloci naui proiectæ an» choræ. [d]Deus autem horum & illorum sortem » undique cum gloria perspicuã efficiat. O cui maria curæ sunt Neptune, Agesiam amans rectum oro nauigium extraq; periculum dona, [e]Amphitrites aureum colum gestantis coniux, meorum uero hymnorum adauge permulcentem florem.

Allegorica cõparatio.

a ¶ *De domo ad domum.) Suscipiat hilari affectu laudem Agesiæ inquam, uenientem de domo ad domum, hoc est, ab una patria ad alteram, de Arcadia Syracusas. Interpres monet prouerbiũ esse de ijs, qui de eodem ad idem proficiscuntur.* b ¶ *Matrem pecoris.) Periphrasis est Stymphali, quæ mater est urbium Arcadiæ, metropolis & urbium excellentissima. Arcadiam* εὔμηλον *dicit, id est, abundantem ouibus, diuitem pecoris, ab* εὖ *&* μῆλον, *quod omnis generis quadrupedia significat, maxime uero ouem, tum fructus arborum quarumlibet, præcipue uero pomi.* c ¶ *Atqui prosunt.) Gnome est allegorica, qua laudat duas patrias Agesiam agnoscere. Perinde ac in tempestate duæ anchoræ marina petra & littore detentæ, nauim ne uentis cedat, seruant, ne confringatur: ita duæ patriæ alumnum suum amplectentes, retinent, illustrant, decorant. Potest & hæc gnome uel ad duos fidos amicos, uel quæcunque duo salubria, ad pharmaca, ad uicinos, idq; genus alia referri.* ἀπεσκίμφθαι *præteritum aparemphati, sicut* τετύφθαι, *à uerbo* σκίμπτομαι *fulcio, quod à nomine* σκίμπους *deducitur. Est autem præteritũ pro præsenti infinitiuo explicandum, hoc pacto: Bonæ sunt duæ anchoræ proijcere, hoc est ad proijciendum, ad fulciendum, ad firmandum, uel ut firmentur.*

εὔμηλον.

ἀπεσκίμφθαι.

Deus

d ℭ *Deus autem.)* *Peroratio est, qua & Agesiæ ab utraq; patria Stymphalo & Syracusis, leta euenire precatur: & Neptunum, ut cum Agesiæ nepoti eius, tum hymnis suis secundiorem fortunæ auram donet, rogat.*

e ℭ *Amphitrites.)* *Amphitrite uxor est Neptuni: auream colum, ut regina, gestat. Pro mari Homero Odyß. α. & primo Metamorph. accipitur.*

DIAGORAE RHODIO PVGILI, QVI *uicit* LXXIX *Olympiade*, ODE VII.

STROPHE I. COLON XI.

V[a]T si quis à diuite manu phialam acceptam ridentem intus uitis rore donet nouo genero unà cum uino offerens, ab una [b]ad alteram domũ transferendo, aureum omnino [c]facultatum uerticem, [d]sympoſij oblectationem, qua simul honoret affinitatem suam socer, & ita præsentibus amicis eo munusculi æmulatorem reddat sponsum unanimis genialis tori:

ANTISTROPHE, COLON XI.

Sic ego [e]nectar [f]suapte sponte fluens, Musarum donũ, brauij latoribus mittens, dulcẽ animi fructũ, exhilaro Olympios, Pythiosq; uictores.

ENARRATIO.

Hactenus qui equis, curribus equis & mulabus ductis uictores euaserunt, prædicauit: Nunc eos qui pugilatu, lucta, & id genus alijs certaminibus uicerunt, effert. Quando, & qua Olympiade Diagoras uictor euaserit, pugilem agens, epigrapha testatur. Argumentum *Quanto uero sit in precio hæc ode habita, Gorgon in Scholijs tradit: argumento enim est, ut idem ait, quod aureis literis in Lunaris Mineruæ templo consecrata conspiciatur. Fuit autem Damageti Rhodij filius Diagoras, de quo hæc memoriæ prodita sunt, quod Olympiæ steterit Diagoræ simulacrũ, post Lysandri imaginem, cubitorũ quatuor, digitorũ quinq;, dextram extendens manum, sinistram ad sese inflectens. Hunc sequitur Dama*

getus senior ille liberis suis pater, cui idem cum auo nomen erat, quinquertio insignis, & ipse cubitorum quatuor, minor autem patre digitis quatuor. Hos iuxta stabat Dioreus frater pugil, & ipse quinquertio insignis. Tertius post illũ Acusilaus, sinistra lorum pugilatorum tenens, dextram ueluti ad orationẽ expandens. Et illi sanè uictoris Damageti filij, in columnis unà cum patre suo conspiciuntur. Post illos & nepotes eius uictores duo: Euclon pugilatu Andronem uincens, deinde Pisirrhothius & Lelegetes qui eodem die uictoriã cum patre in Olympijs ludis adepti sunt. Non longo post tempore fama est filiam Diagoræ Aristopatéram Olympiam uenisse, petijsseq́; ab Hellanodicis, hoc est, certaminũ arbitris, ut eam ad spectaculũ admitterent: qui dum eam prohibentes, iuxta legem suam dicerent, mulierẽ non decere, ut gymnicum agonem spectet: respondit, se alijs haudquaquam fœminis parem esse, sed quiddam habere excellentius cæteris, nempe maiorum se uirtutibus munitam: iuxtaq́; & patris & fratrum statuas commonstrauit. Quo uicti Hellanodicæ, legis soluta consuetudine, Aristopateræ spectandi fecere copiam. Porrò quod aureis literis transscripta hæc ode, Mineruæ dicata fuerit, & in Pindari & Diagoræ honorem factum est. Laudat autem Diagoram, à patria Rhodo, ab Olympia uictoria, à patre Demageto, à maioribus Rhodiorum, Tlepolemo præsertim, ad quem genus suum refert Olympionices. Hic in Tlepolemi rebus gestis explicandis, ad partũ Mineruæ digreditur, & ad ortum Rhodi insulæ. Postremo à Nemea, Isthmia, Atheniensi, Argiua, Arcadica, Thebana, Aeginetica, Pelleneaq́; uictorijs. Tandem uoto cludit. a ℂ Vt si quis.) A comparatione orditur, eaq́; pulcherrima, ut semper in exordijs eximius est. Quemadmodum, inquit, pater sponsæ, generum suum aurea phiala, quam ei in conspectu conuiuarum dono dat, exhilarat, estq́; in causa, quur arctiori amoris uinculo erga sibi desponsam rapiatur: sic ego uictoribus Olympicis, aliorumq́; Græciæ certaminum potitis, nectar merum dono. Est & obseruandum in comparatione, quod uinum uitis rorẽ metaphorice definiat, & quod κᾶδος pro κῆδος affinitatẽ appellet. Est enim τὸ κῆδος πολύσημον, ut Nicandricus hypomnematistes affirmat, in principio θηριακῶν, explicans uersum

ἀπροϊδῆ τύψαντα, λύσιν θ' ἑτεραλκέα κάδους. Tria, inquit, κῆδος significat: cognationem ex affinitate, solicitudinem, & malum. Nicandro ergo eo loci malum significat, Pindaro hic affinitatem. d ℂ Ad alteram domũ.) De domo ad domum parœmia, præcedenti ode indicata est.

οἴκοθεν οἴκονδε. al. δ. sei.

c ℂ Facultatum uerticem.) Propter aurum, phialam auream rerum, hoc est, bonorum uerticem uel summitatem & culmen uocat, quod aurum in diuitijs & metallis sit longe præstantißimum. d ℂ Symposij oblectationem.)

nem.) χάεις *hic oblectatio & iucunditas est, dum inquit,* συμποσίου χάρειν. *Nectar à* νη *steretica uocula, &* κτείνω *occido, deorum immortalium potus est, sicut ambrosia cibus. Vtroque æternitas, deorumq́; immortalium incorrupta essentia pulcherrime adumbratur. Atqui nectar odas suas nominat Pindarus.* f ℂ *Suapte sponte fluens.)* χυτὸν *pro* αὐτοχυτὸν, *per se sefusum, uoluntariũ, purũ,* ἄκρατον, *nõ dilutũ, idest præstantissimũ hymnũ.*

Felix ille quẽ bona fama detinet. Aliàs alium [a]gratia uiuificans respicit cum suauisona quidem [b]cithara, uarieq́ resonantibus [c]tibiarum uasis.

Gnome est, qua illos felices prædicat, quorum uirtutes, resq́; insigniter gestæ, præclaris poëtarũ monumentis atque adeò literis celebrantur: parasceuen ita faciens ad insequentem Diagoræ laudem. a ℂ *Gratia uiuificans.)* ζωθάλμιος *composita uox à* ζωὴ *uita, &* θάλλω *floreo.* χάεις ζωθάλμιος, *id est gratia uitam floridam & amœnã reddens. Metaphorice per eam gratiam poëtices, & literarum uim & præconia intelligit.* b ℂ *Cithara.) Adiungit citharam & tibiam, quandoquidem poëmata eius ad lyram & ad tibias, ut antehac indicatum, decantabantur.* c ℂ *Tibiarum uasis.) Periphrasis est. Simpliciter enim tibiam significat per uasa seu foramina tibiarum, seu organa.*

EPODOS, COLON XIII.

Et nunc[a]per utraq́ unà cum Diagora descendi, laudans marinã Veneris filiam, Solisq́ uxorem [b]Rhodon, [c]bello longe ualentem, ut [d]fortem & magnum uirtute uirum, [e]prope Alpheum coronatum, & prope [f]Castaliam [g]pugilatoria propter munera extollam, patremq́ simul Damagetum, cui iustitia cordi est, [h]qui [i]cum Argiua multitudine [k]treis ciuitates complectentem insulam, apud [l]Embolum amplæ Asiæ habent.

a ℂ *Per utraq́.)* ὑπ' ἀμφοτέρων, *per utraq́, uel cum utrisque, cithara & tibijs.* b ℂ *Rhodon.) Rhodus insula est celeberrima, quã & Ophiusam & Aethræam olim appellatam Stephanus testatur. Est aũt Pindaro in more, ut à Nymphis ciuitates insulasq́; appellet, et econtra. Sic hoc loco per Rho-*

don Nympham, Venerisq; filiam, Apollinis Nympham, seu sponsam, seu uxorem intelligit, insulam pariter per idem nominis accipiens, quam ποντίαν *dicit, quandoquidem in mari sit sita. Proinde alij aliam Rhodi Nymphæ genealogiam recensent. Asclepiades, Amphitrites & Solis filiam facit. Quidam ita secernunt, ut marinā filiam, ad insulam Rhodon referant, Solis uero Nympham ad heroida. Fertur enim, quod cum Nymphā adspexisset, deperierit eam Apollo, ac in cognomine Nymphæ insula, cum ea rem habuerit. Herophilus Neptuni & Veneris filiam ait. Epimenides Oceani gnatam dicit, unde etiam cognominatam urbem. Sunt qui adfirment, propterea eam* ῥόδον, *id est rosam appellari, quod insigneis rosas proferat, seu quod rosetis luxuriet Rhodus. Cæterum & urbem & insulam clarißimam esse, quæ sæpe damnum dederit Turcæ, & ipsa rursum fecerit, plus satis uerum, Christianis adeò compertum.*

c ℭ Bello longe ualentem.) εὐθυμάχαν, *rectà pugnantem, intrepidum & strenuum significat, qualem describit Homer. Iliados v. dum inquit:*

τοῦ δ' ἀγαθοῦ, οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτε τι λίην
ταρβεῖ. ἐπειδὰν πρῶτον ἐσίζηται λόχον ἀνδρῶν
δαῒς αὐτὴ πολέμου. ἀρᾶται δ' ἢ τάχιστα μιγήμεναι ἐν δαῒ λυγρῇ.

d ℭ Fortem uirum.) *Ipsum Diagoram.* e ℭ *Prope Alpheum.) Id est, Olympiaco certamine.* f ℭ *Castaliā.) Fons est Castalia prope Pythonē Apollinis urbem: pro Pythijs ludis accipit poëta,* κατὰ μετωνυμίαν.

Munera pugilatoria. g ℭ *Propter pugilatoria munera.) Id est, coronam quam ex Pythia uictoria per pugilatum adeptus est.* h ℭ *Qui.) Diagoras & Demagetus.* i ℭ *Cum argiua multitudine.) Scilicet per Tlepolemum Rhodum traducta, ut subinde explicabitur.* k ℭ *Tres ciuitates.) Periphrasis est Rhodi, insula tres ciuitates complectens. Continet autem Rhodus tres urbes, nempe Lindum, Ialysum & Camirū, perinde ac Homerus etiam testatur in* Βοιωτίᾳ,

οἳ ῥόδον ἀμφενέμοντο διάτριχα κοσμηθέντες,
λίνδον ἰηλύσιόν τε, καὶ ἀργινόεντα κάμιρον.

l ℭ Embolum.) *Rhodus è regione Lyciæ sita est: iuxta Lyciā uero oppidum est Arycadne: proxime quod templum quoddam est Embolum primo uocatum, ob loci situm: latis enim adiacentibus petris in acutum tendit regio, instar acuti nauigij, quod Græci* ἔμβολον *dicunt. Nunc uero Trieris, id est, triremis ob eandem causam nominatur: quandoquidem eius positura loci, naui nō sit dißimilis. Apud Embolum ergo, id est Lyciam, figuram emboli, quod est acuti nauigij genus, constituentem.*

STROPHE II. COLON XI.

[a] His autem qui à Tlepolemo originem duxerunt, puta latepotenti Herculis generi, communem præconiorũ ſermonẽ proferre uolo. Quod ad patrem attinet, ex Ioue, quod ad matrem, ex Aſtydamea Amyntoris filia initium ſumere contendunt. [b]Circa humanam porrò mentem innu-
» meri errores pendent. [c]Confieri tamẽ nõ poteſt,

ANTISTROPHE, COLON XI.

» Vt id quod in præſentia, in poſterum etiam
» alicui præſtantiſsimum reperiatur.

a ℂ *His autem.) Rhodios quantum ad patrem attinet* Iouis *filios facit* Pindarus, *quod ad* Tlepolemum *genus ſuum referant, qui erat filius* Herculis, Hercules *autem* Iouis. *Quantũ ad matrem attinet, ab* Amyntore *illos deducit, repugnans* Homero *in* Catalogo *nauium, qui* Aſtyochen Tlepolemi *matrem adfirmat. Enimuero* Hypomnematiſtes, *in hiſtoriographum* Achæum *inciſdiſſe* Pindarum *ait, qui eo genealogiam* Tlepolemi *ordine texit:* Hyperochi Eurypylus *filius eſt,* Eurypyli Ormenus, *cuius* Pheres, *cuius* Amyntor, *cuius* Aſtydamea Tlepolemi *mater. Quin & ipſe* Amyntor *genus ſuum ad* Iouem *reducit.* Porrò Homeri *locus eſt huiuſmodi de* Tlepolemi *matre:*

ὃν τέκεν ἀστυόχεια βίῃ ἡρακληείῃ,
τὴν ἄγετ' ἐξ ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ σελλήεντος,
πέρσας ἄστεα πολλὰ διοτρεφέων αἰζηῶν.

b ℂ *Circa humanam porrò mentem.) Prupergaſian hac gnome facit, ad inſequentem* Tlepolemi *errorem, quo* Licymnium *fratrem auiæ ſuæ ſed nothum, interemit.* Humanæ *mentes innumeris erroribus inuolutæ & obrutæ ſunt: proinde nõ mirum ſi quippiam à* Tlepolemo *ſit admiſſum imprudentius*

c ℂ *Confieri non poteſt.) Sententiam ſententiæ attexit.* Hoc *eſt, fieri non poteſt, ut fortuna alicui eadem ſemper permaneat, ut fixa & ſtabilis fælicitas hic hominem excipiat. Nam qui iam ſtatus homini lætus eſt, poſt paucos dies immutari poteſt: quæ conditio moleſta & ingrata eſt, in iucundam breui tempore uerti poteſt: perinde atq;* Tlepolemi *fortuna è triſti & flenti, in lætam & ridentem, dum* Tiryntho Rhodon *uſque ſeceſsit, eſt translata.* Id *eſt,* Ne-

scia mens hominũ fati sortisq; futuræ. Nescimus, *inquit, an qua nunc felicitate stamus, permansuri in posterum simus: itidem ut* Tlepolemus *ante errorem & cædem* Licymnij *fortunatus erat, postea uero fuga sibi salutem quærere coactus, calamitatiq; subiacere, usquedum rursus ex oraculo rex* Rhodiorum *decerneretur. Atque hanc sententiam ueluti thema proponit, quod* Tlepolemi *historia probat.*

[a] Etenim Alcmenæ [b] fratrem nothum, [c] conto duræ oleæ quatiens, ex ædibus [d] Mideæ matris suæ uenientẽ Licymniũ occidit [e] Tirynthi, quam tum inhabitauit [f] bile percitus Tlepolemus. At» qui [g] animi perturbationes uel sapientibus nõ ra» ro imposuerũt. Consuluit itaq; oraculũ Delphis,

a ℭ Etenim Alcmenæ fratrem.) *Errorem, in quem incidit* Tlepolemus, *& peccatum, hic* Pindarus *ipse denumerat.* Interpres *hunc in modum recitat:* Tlepolemus, *inquit, telo bouem traijcere uolens, in* Licymnium Electryonis *filium nothum, qui ei è* Phrygia Midea *natus erat, proiecit, præterq; animi sui sententiam occidit. Hinc declinans odium cædis,* Delphis Apollinem *consuluit, quomodo sibi ea expianda sit cædes. Respondet oraculum, ut* Rhodum *se conferat.* Verum Pindari *ex uerbis colligitur, cum sponte, uel gloriæ, uel regni affectatione in* Licymnium *insurrexisse.* Homerus *historiam ita canit:*

τληπόλεμος δ' ἐπεὶ οὖν τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ ἐϋπήκτῳ,
αὐτίκα πατρὸς ἑοῖο φίλον μήτρωα κατέκτα,
ἤδη γηράσκοντα λικύμνιον ὄζον ἄρηος.
αἶψα δὲ νῆας ἔπηξε, πολὺν δ' ὅγε λαὸν ἀγείρας,
βῆ φεύγων ἐπὶ πόντον, ἀπείλησαν γάρ οἱ ἄλλοι
υἱέες, υἱωνοί τε, βίης ἡρακληείης.
αὐτὰρ ὅγ' ἐς ῥόδον ἷξεν ἀλώμενος, ἄλγεα πάσχων.

b ℭ Fratrem nothum.) *Quæstio hic incidit, quo modo* Licymnius *sit nothus* Alcmenæ: *quæ sic diluitur.* Alcmena Electryonis & Lysindices, Pelopis *natæ, filia fuit legitima:* Licymnius *autem* Electryonis & Mideæ, *genere* Phrygiæ, *illegitimus filius fuit.* c ℭ Conto.) τὸ σκᾶπτον *pro conto sude ue accipit.* d ℭ Mideæ.) Midea *mater est* Licymnij, *& eiusdem nominis*

Tyrins. *urbs in* Argo. e ℭ Tirynthi.) Tiryns Argi *ciuitas, unde* Tlepolemus *oriundus.* Hercules *inde* Tirynthius *heros latinis poëtis uocatur.* f ℭ Bile percitus.) χολωτείς. *Commotum regni cupiditate uel æqualis gloriæ inuidia,*

uidia, in cædem Licymnij armatum Herculem Pindarus clanculum subindicat, per uerbum χολωθείς. g ℭ *Animi perturbationes.)* *Apologiæ uice hanc gnomē interserit cōtinuæ narrationi, ne quid præter decorū in genere laudis admittat, ne'ue notam Tlepolemo Rhodiorū principi inurere uelle uideatur.*

EPODOS, COLON XIII.

Quem quidem ex bene olenti templi adyto, iussit auricomus Apollo ex [a] Lernæo littore nauim soluere, [b] ad mari circumsepta pascua, [c] ubi quondam deorum magnus rex aureis niuibus rigauit ciuitatem, quando Vulcani organo, ærea nempe bipenni, Minerua ex uertice patris prorumpens, [d] uehementer clamauit, ut cœlū ipsam trepidaret, almaq́ parens tellus.

a ℭ *Lernæo littore.)* *Lernam alij fontem Argi, alij rubetis exuberantem locum dicunt, ubi & hydra delituerit. Alij urbem Argi adfirmāt. Summa, ex Lernæo littore, id est ex ipso Argo.* b ℭ *Ad mari circumsepta pascua.)* *Periphrasis est Rhodi.* c ℭ *Vbi quondam deorum magnus rex.)* *Amplificat partu Mineruæ. Deorum magnus rex, Iouis est periphrasis. Porrò Mineruam è cerebro Iouis nasci, idq́; securi Vulcani, nonnihil mysterij in sese habet, neque quicquam simpliciter intelligendum. Quare hoc ipsum paucis explicare tentabimus. Minerua est artium & belli dea. Siue igitur artes ipsas, siue belli administrationem & conflictum accipiamus, eadem utrinq; ratio manet. Artes, omnesq́; ingenuæ disciplinæ, è cerebro, è capite Iouis, è Dei Opt. Max. sapientia prodeūt. Scimus enim à Deo nobis, ut alia omnia bona, sic ipsas quoque profluere arteis. Quod autem Vulcanus securi caput Iouis aperit, in partu Mineruæ, quid aliud est, quàm quodam impetu, quadam etiam lucta, & summo ingenij conatu, artem tandem conquiri? Non per somnium enim nobis obrepunt artes, neque stertentibus nobis obueniunt: cæterum necesse est, ut Vulcanus faber ille deorum, cui apud Græcos ab æstu igni'ue nomen, securim suam admoueat, ut eius beneficio Minerua generetur. hoc est, quanquam ingenuæ disciplinæ ex ipso diuinæ sapientiæ fonte nascantur, opus tamen est primum ductore, opus est magistro, ceu apud Lyricos chorodidascalo, qui suis præceptionibus & institutionibus ingeniū pueri formet, imbuat, erudiat. Quod iam non ad fabulosam illam duntaxat Mineruam Iouis gnatam pertinet, sed ad omneis*

qui melioribus disciplinis incumbũt. Nemo enim unquã ad apicẽ literarũ perue niet, & scientiarũ pulcherrimũ fructum & ἕξιν adipiscetur, qui nõ bonis sese praeceptoribus submiserit, aut monitis doctiorũ gesserit morẽ, ac deinde per se se etiã nõ summo studio, diligentibus excubijs, literis inuigilauerit. Atq; huc nõ inepte quadrat, quod grammatici Mineruã dictam putent, quasi minuentẽ uires & neruos. Literae quidem ocium & tranquillitatẽ requirunt, sed tale ociũ, quod nunquã, ut ille ait, sit sine negocio. Arbitratur quidem ignauũ uulgus, eruditos & Musis deditos, solo & execrabili ocio torpere, quum interim plus operentur, magis item negocio sint intenti qui literis inhiant, quàm ulli profecto cerdones: haudquaquã enim uitam ab omni opere atque negocio alienam, eruditi ducunt. Qui illiberalibus artificijs uictitant, & χειροβιῶται spiritũ ducunt, corporis uiribus potißimũ laborant, corpore ut in plurimũ fatigantur. At qui Musis student, & Corycidas nymphas depereunt, plus animo quàm corpore laborant, inq; hunc laborant modum, ut ferè ipsa ualetudinis ratione, dispositione & habitudine, haud raro cognoscatur studiosus ab inerti, eruditus ab amuso. Adeò rapit literarum amor suos aemulatores, adeò uires illorum exhaurit, adeò adfligit, macerat, absumit, ut neq; Leander ob suam Abydanã nympham, nec Pyramus ob suam Thysben, acrius & uehementius cruciati sint. Ignis Cupidinis ualde quidem aestuat, ita ut colorem & formã diminuat amantiũ. At non minor flamma studiorũ est amatores, ut ferè luridi, qui fortius inuigilarint Musis, esse uideantur. Quod si literas pingere, characteres ducere, talis sit labos, ut licet duo eo digiti adhibeantur, totum tamen corpus, Terentiano, non uulgaris eruditionis uiro, autore, eo negocio occupetur: quanto magis qui sublimia speculantur, praeardua tractant, diuina meditantur, serijs studijs dediti sunt, uel leuibus etiam, labori intenti sunt, exhauriuntur, macerantur q;. Hinc aqualiculos quosdam, Epicuros, parũ dare operã Musis liquet: quomodo enim subtilis animi τὸ σῶμα uel σῆμα esse queãt? Somnus, desidia, uoluptates, lautitiae mensae, nõ peßima interdum forma conspicuos interdum homines reddunt, sed ignauos interim & inertes. Ediuerso uigiliae, animi ad bona studia alacritas, uariarum illecebrarũ contemptus, frugalitas, faciei quidem subpallidae, sed decentis habitus, solertes, gnauos, bonae adeò frugis homines reddit. Falluntur igitur, qui literas leuem rem, & modica cõstare opera cogitant. Errant, qui studiosos ociosam degere uitam rentur. Ex hisce iam claret, quid poëtae per Vulcanum & securim, qua caput Iouis discidit, ut Minerua tandem prodiret, uelint: operosam nimirum praeceptoris institutionem, & ut Homericè dicam, νηπείην ἀλεγεινήν. Sed quur coelum & terra clamorẽ Mineruae tremuerunt? an quia coelum ac terra sapientia & artibus gubernantur & perseuerant? Nõnne summa

ma ars, maxima scientia est, firmamentum tot luminibus, tot stellis, tot tantisq; animantibus exornare, motum & continuam reuolutionem, ac statum quibusdam cũ corporibus tum astris addere? Atq; illa est sapientia æterni & immensi Dei. *Quid ergo clamat* Minerua? *quid uociferatur? quid? Iustitiã, æquitatem, iura, leges, societatem humani generis & cõiunctionem, ingenuos mores, præmia uirtutum, pœnas uitiorum: nam & è sempiterna* Dei *uoluntate prodeunt, & literis deprædicantur, docentur, proponuntur. Recte proinde tam pium, tam sanctum, tam necessarium, tam cõmodum* Mineruæ *clamorem, & cœlum & terra reuerentur, timent ac trepidant. Hinc est quod poëtæ* Mineruã λαοσσόον *adpellent, hoc est, populorum seruatricem, quod præclaris Musis & respublicæ, & humanarum status rerum conseruentur. Exime* Mineruam *ex hoc mundo, tolle literas & literatos ex hoc terrarum ambitu, adime huic uniuersi centro liberalia studia, nónne cuncta intercident, ac in informe quoddam chaos ruent? secumq; omnis boni, totius honesti, cunctarum uirtutum materiem ac decus trahent? Hæc de mythologia partus* Mineruæ, *quantum ad bonas artes attinet. Nunc paucis de* Minerua *dea belli adyciamus. Quia enim bellum per eos quoq; recte administratur, qui militiæ & castrensi disciplinæ, ingenua studia coniunxerint (quales fuere apud* Græcos Alcibiades, Themistocles, Demosthenes, Hieron, Agesilaus, Conon, Nicocles: *apud* Latinos *uero, ut utrinq; ex innumeris paucos adferã,* M. Cato, Cn. Pompeius, M. Antonius, Iulius, Augustus, Tiberius, Vespasianus, Titus, Nerua, Traianus, *qui ut in literis summi, sic belli domiq; & heroës & principes reperti sunt) nõ iniuria belli etiam dea* Pallas *ipsa hastam uibrans, fingitur. Consilia enim (quæ in bello utranque paginam, ut aiunt, faciunt) ex literis, ex ipsis adeò historijs prorsum petuntur.*

Minerua igitur ut belli dea, ex cerebro item Iouis *nascitur: id est, sapientia administrandi belli ex* Deo *est. Scientia tamen militaris magno usu & exercitatione cõstat: quare* Vulcanus *securi caput* Iouis *aperit. Accipiamus iam* Iouem *pro bellicæ rei initiato,* Vulcanum *pro eius rei præceptore, hoc est, usu belli: id est, ipse usus bellicus tyrunculum effingit, & sibi apparat, donec nascatur* Bellona *& ipsa* Pallas, *id est, animus fortis, agilis, strenuus, consilijs etiam & stratagematis præpotens. Cœlum & terra tremunt ad clamorem* Bellonæ. *Ecquid clamat? quid præter arma? Et quia* Iouis *filia est, ideo arma propter iustitiam defendendam clamat. Bella enim propter iustitiam geruntur, & ideo armantur in hostem copiæ, ut sua tandem reipub. pax consistat. At uero dum bellum res adeò sit horrenda, ut nullis uerbis eius calamitas & infœlicitas explicari posit: quid mirum, si terra cœlumq; contremiscant ad partum & uocem eius, quæ sit futura præliorum directrix,* Palladis? *hoc est, ad belli præsentiam, consilium,*

ductum, & auspicia. d ℭ *Vehementer clamauit.)* ἀλάλαξεν, *hoc est, bellicum & hostilem clamorem edidit.* ἀλαγὴ *enim proprie est hostium in ipso conflictu uociferatio.*

STROPHE III. COLON XI.

Tum & [a] lucem accōmodans mortalibus deus [b] Hyperionides, quod euenturum erat, charis filijs demandauit, ut obseruarent, quo scilicet primi deæ perspicuam aram conderent, honestaq; sacra facientes patri, ac iuxtà filiæ hasta frementi, animum placarent. [c] Virtutem ita & lætitiam hominibus iniecit uenerandus [d] Prometheus.

a ℭ *Lucem præbens.)* Apollo φαυσίμβροτος, *apud Homerum* φαεσίμβροτος *appellatur, à* φάος *lumen, &* βροτὸς *mortalis, quod hominibus in hac terra suam lucem cōmunicet.* b ℭ *Hyperionides.) Hyperionides uero, quod filius sit gigantis Hyperionis, ut est apud Hesiodū in Theogonia: uel* ἐπιθετικῶς παρὰ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς εἶναι. *Hortatur, inquit, Apollo charos filios, id est, Rhodios, ut aram recens genitæ Mineruæ extruant, & sacram faciant.* c ℭ *Virtutem & lætitiam.) Antithesis est inter Promethei reuerentiam, & inexpectatam obliuionis Epimethei nebulam. Præconsultatio prodest, obliuio & ignorantia obest. Atque posteriore de obliuione sententia facit* προπαρασκευαστικὸν *& parasceuen ad Rhodiorū inconsideratam mentem & incogitantiam, qua citra ignem sacra facturi Mineruæ, ad arcem conscenderant.* d ℭ *Prometheus.) Fratres sunt apud Hesiodum in 1.* ἡμερῶν καὶ ἔργων, *Prometheus & Epimetheus. Prometheus præconsultorem, Epimetheus postconsultorem, intempestiue prudentem, qui post acceptum damnū consilium det uel quærat. Iam ille Promethea agit, qui priusquam attentet quicquam ardui, consilio prudentiorum utitur: quique in rebus suis agendis prouidus est & circumspectus. Estq; hic* προμηθέως αἰδὼς *periphrasis: Promethei reuerentia, pro uenerando Prometheo. Significat itaque Prometheus rerum agendarum præmeditationem & prouidentiam.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

Accedit & obliuionis interdum [a] incognita nebula, rectamq; rerum uiam è mentibus aufert.

Ascenderunt

Aſcenderunt itaq; non habentes [b]ſemen ardentis flammæ. Dumq; inſtruunt ſacrificijs igni carentibus aram, [c]multũ illis auri Iupiter, flaua adducta nebula pluit. Ipſa uero artem eis præbuit

EPODOS, COLON XIII.

Cæſia Minerua terreſtriũ omnem, manibus opere præſtantibus obtinere.

a ¶ *Obſcura nubes.)* ἀτέκμαρτον νέφος, *inexpectata, obſcura, incerta, infinita, non euidens: ab* α *priuandi uocula, id eſt ſine, &* τέκμαρ, *quod, ut Ariſtoteles in arte Rhetorica teſtatur, apud ueteres idem quod* πέρας *erat.* *b* ¶ *Semen.)* *Semen ardentis flammæ, eſt ignis.* *c* ¶ *Multum auri.)* *Præmium cultus Mineruæ, eſt aureus imber & artes. Minerua, bonæ literæ, cultores ſuos alunt & ditant.*

Vici ergo Rhodiorum urbis, [d]opera animantibus terræ ſimilia ferebant, eratq; ingens gloria. [b]Docti autem ſapientia maior & certior eſt. [c]Ferunt præterea priſcæ hominũ fabulæ, nuſquam, quum Iupiter & immortales dij inter ſeſe terram diuiderent, in alto pelago Rhodon apparuiſſe, cæterũ in marinis profunditatibus occultatã eſſe

a ¶ *Opera terræ animantibus.)* *Rhodios ſtatuaria quidem arte inſignes redditos, unde & plurimas ſint conſequuti opes, oſtendit, ac nõ minimam adepti famam.* *b* ¶ *Docti autem.)* *Gnome eſt, qua rationem reddit quur ſint ingens conſecuti decus per ſtatuariam. Docti enim, inquit, ſapientia & maior eſt, & ſine dolo. quaſi dicat: Non mirum quod Rhodij celebres ſint redditi per ſuam ſtatuariam, quandoquidem Mineruam deam habuerint eius artis magiſtram, per quam fieri non potuit, ut artis laude fraudarentur, quam à tanta præceptrice didiciſſent.* *c* ¶ *Ferunt præterea.)* φαντί. *Hactenus abſoluit parecbaſin de partu Mineruæ ex cerebro Iouis: de cultu Rhodiorum, quo Mineruam uenerati ſunt, de fructu religionis, quem à Minerua Rhodij acceperunt, diſſeruit: nunc aliam fabulam, de nobilitate Rhodi, quo modo olim in ſortem Apollini ceſſerit, ſubiungit.*

STROPHE IIII. COLON XI.

[a]Abſente itaque Sole, nemo ſortē illi monſtrauit, ſed planè extra omnē regionis cuiuſpiā hæreditatem purū liquere deum. Quod ubi ad memoriam reuocaret Sol, Iupiter denuò ſortem diuidundæ terræ poſiturus erat, niſi Apollo non admiſiſſet, confirmans canum ſe ſalum introſpicere, ſurgentemq́ è fundo terram, pabula cum hominibus tum pecoribus miniſtrantem.

a ¶ Abſente.) Abſente Sole, ſcilicet ſub terræ hæmiſphærio:

ANTISTROPHE, COLON XI.

Illico Sol iuſsit [a]aureo redimiculo cōptam [b]Lacheſin manus extendere, deorumq́ [c]magnū non fallere iuramentū, cæterum cum Ioue ſpondere, ad clarum æthera emiſſam inſulam capiti ſibi ſuo poſthac munus fore. Conſummata ſunt igit̄ eius uoti [d]capita, uereq́ & peropportune ceciderunt: refloruit enim ex humido ſalo,

EPODOS, COLON XIII.

Inſula, quam calentium [e]genuínus radiorū pater habet, [f]ignem ſpirantium equorū princeps.

a ¶ Aureo redimiculo) Capitis muliebris ornamentū eſſe τὸ ἄμπυξ, ſuprà eſt auditum. b ¶ Lacheſin.) Lacheſis Parcarum altera, quas ita Heſiodus recenſet: κλωθώ τε λάχεσίς τε καὶ ἄτροπος. Dicitur autem κλωθὼ, ἀπὸ τοῦ συγκλώθειν ἀνθρωπινά. Lacheſis παρὰ τὴν κλήρωσιν ποιαύτινα, ἣν ἕκαστος γεγονὼς κεκλήρωται. hoc eſt, à ſorte quadā, quam quilibet à natiuitate ſortitus eſt. ἄτροπος ab immutabili & ineluctabili fati neceſsitate. De his uulgatus uerſiculus eſt:

Clotho ferto colum, Lacheſis net, & Atropos occat. Verum de his ſatis in prima Olymp. ode. c ¶ Magnum iuramentum.) Deorum iuramentum eſt, Styx infera, per quam deos peierare non licet. Iuſsit itaq; Apollo, ut Lacheſis uel ſancte deierans, unà cum Ioue ei addicerent Rhodum inſulā.

Capita

d ℭ *Capita.*) κορυφαὶ, *capita, uertices sermonis, uel petitionis.* τελεύτασαν *est actiuum pro passiuo: perfecta sunt, expleta sunt, id est, Apollo impetrauit quod uoluit.* e ℭ *Genuinus.*) *Est genuinus radiorum pater Sol: ipse enim radios à sese mittit, quibus hunc orbem illustrat.* f ℭ *Ignem spirantium.*) *Poëticè Solem, equorum ignem spirantiū principem appellat: fingunt enim Phœbum curru aureo, quatuor equos habente igneos uehi. Hinc Ouidius 2. Metamorph. de curru Apollinis:*

Aureus axis erat, temo aureus, aurea summæ
Curuatura rotæ.

Equos uero idem ibidem recenset:

Interea uolucres Pyrois, Eous & Aethon,
Solis equi, quartusq; Phlegon hinnitibus auras
Flammiferis implent, pedibusq; repagula pulsant.

[a]Illic Rhodo aliquando mixtus, septem filios, qui [b]sapientissima cōsilia & optimas disciplinas, temporibus priscorum admiserūt, genuit: quorum [c]unus quidem Camíron, natuq; grandiorē Ialyson proseminauit, ac Lyndum, qui patriam terram, ciuium sortem seorsim habentes trifariam [d]diuiserunt, ut sua cuiq; sedes uocaretur.

a ℭ *Illic Rhodo.*) *Rhodum Nympham insulæ cognominē facit. Apud Rhodum insulam, inquit, Rhodo nymphæ, unde insula nomen habet, Apollo mixtus est.* b ℭ *Sapientissima consilia.*) *Hoc est, qui sapientissimi fuerunt. Hellenismus est.* ἐπὶ *hic cum genitiuo tempus notat.* ἐπὶ προτέρων, *temporibus priscorum. Septem autem filiorū nomina sunt: Cercaphus, Actis, Macareus, Tenages, Triopes, Phaëton iunior, & Ochimus: ut Scholia referūt.*

c ℭ *Vnus quidem.*) *Quidam ex illis septem, id est, Cercaphus. Fuerunt ergo Camirus, Ialysus & Lindus, non filij Apollinis, sed nepotes. Patriā terram, id est, Rhodon. Ciuiū sortem, appositio est.* d ℭ *Diuiserunt.*) *Trifariam diuiserunt, ut sua nomina insulæ inderent: ut partem suā & sedem Ialysus, Ialyson uocaret, Lyndus suam Lyndum, Camirus suam Camirum.*

STROPHE V. COLON XI.

[a]Vbi [b]dulcis à miseranda calamitate liberatio, Tlepolemo Tirynthiorū principi constituta est,

ac ceu deus foret,[c]pecudum cæde constans nidorem mittens [d]sacrificium, & iudiciũ de certaminibus.[e]Quorũ floribus Diagoras bis coronatus est, in celebri Isthmo quater adeptus, Nemeaq́ aliam ad aliam, coronã, & [f]asperis in Athenis.

a ℭ *Vbi.) Ad Tlepolemum unde digressus erat, reuertitur iam: estq́; emphasis in dictione Vbi: in tam diuina insula: quã Apollo tantopere dilexit, quã Pallas suo numine claram reddidit, Iupiter aurea pluuia decorauit.*

b ℭ *Dulcis à miseranda calamitate liberatio.) Per appositionẽ dictum est, ad sequentem periodum pertinens, hunc ad modum: Illic in Rhodo Tirynthiorum principi, ac duci Tlepolemo, ceu deo, pecudum sacrificijs constans honor constitutus est, qui honor precium est ac dulcis quædam à miserabili infortunio, quo solum uertere coactus erat, liberatio uel redemptio.* λύτρον *enim precium est, quo captus redimitur. Idq́; contigit dum ex Argo Rhodum iuxta oraculum profugit.* *c* ℭ *Pecudum.)* μῆλα *pecudes significat* καταχρηστικῶς, *pro omnibus animantibus quadrupedibus. Hesychius omnia quadrupedia sanè, & omnis generis fructus arborum significare ait, peculiariter tamen pro ouibus & mális accipi, ut 6. ode etiam indicatũ.* *d* ℭ *Sacrum.) Tlepolemus Rhodiorum dux, ubi in bello Troiano perijsset, ossa eius Rhodij secum in patriam retulerunt, ac templo in gratiam eius erecto, certamina Tlepolemia instituerũt, in quibus corona ex populo alba dabatur.* *e* ℭ *Quorum floribus.) Iam demum ad laudes Diagoræ redit, à uarijs certaminibus eum laudans. Quorum scilicet certaminum floribus, id est, coronis ex alba populo, bis ornatus est, & cæteris. A Tlepolemijs primum, deinde Isthmijs & Nemeis, post ab Atticis ipsum euehens.* *f* ℭ *Asperis Athenis.) Athenas pro Attica tota, ut Hypomnematistes ait, accipit: illic agebantur Panathenæa, Herculéa, Eleusinia, & Panellenia. Aut uno ergo horum, aut omnibus certaminibus uictor euasit. Nam quũ nihil exprimat speciatim, ambiguũ relinquit.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

Quando[a]in Argo æs (Hecatombæorũ præmiũ) cognouit ipsum (uictorem) & quæ sunt in [b]Arcadia &[c]Thebis opera, certaminaq́[d]Bœotię lege sancita.[e]Aeginæ deinceps & Pellanæ uincentem sexies. Neq́ aliud in ædibus[f]lapideum

suffragium

suffragium nomen habet. Sed ô Iupiter pater, curans [g]extrema [h]Atabyrij montis, honora [i]hymni legem & olympionicen.

a ℭ *In Argo.) In Argo panegyris erat Iunonis. Iunonia hæc solennia uocabantur, aut Hecatombæa. Hic centum boues deæ immolantur in certaminibus uel ludis. Huius panegyrios præmium uictoriæ est æreum scutum, & corona ex myrto.* *b* ℭ *Et Arcadia.) In Arcadia Lycæa, ludi in honorem Lycæi Iouis peragebantur: præmium uictoriæ erant ærea arma.* *c* ℭ *Thebis.) Herculéa uel Iolaia peragebantur Thebis. Victoriæ præmiũ erat æreus tripus.* *d* ℭ *Bœotiæ lege.) Varia in Bœotia paßim certamina quidem aguntur: Thespijs Eratidia, Platæis Eleutheria, Lebadeæ Trophonia, Oropi Amphiaræa.* *e* ℭ *Æginæ.) In Ægina insula, Æacea Æaco sacra celebrantur.* *f* ℭ *Lapideum suffragium.) Moris erat uictorum nomina lapidibus & columnis incidi per ædes paßim. Ait ergo, quod lapideum suffragium, id est, lapideæ columnæ, incisa uel insculpta uictorum nomina gerentes, nullius nomen crebrius habuerint, atq; Diagoræ.* ψᾶφος *Doricum est, pro* ψῆφος, *suffragium significat iudicum, quo lapillum atrum uel candidum, uel chartam cui nigrum theta, uel* τ, *uel* λ *inscriptum erat, in urnam iudices conijciebant, & ita sententiam de reo colligebant, ut est in prouerbio uidere, Nigrum præfigere theta. Talem itaq; lapillum uel suffragium sonat* ψᾶφος. *Proinde dum lapideum calculum uel suffragium dicit, columnã intelligit, quæ perinde nomen Diagoræ inscriptum habeat, atq; olim iudiciũ suffragia Atheniis suas literas ostendebant. Atq; hæc comparatio uel metaphora, uel potius, ut apparet, tecta locutio clarescit per* χιασμόν:

	1 *Non habet aliud*	2 *lapideum*
	3 *suffragium*	4 *nomen.*
Vel,	1 *Lapideum*	2 *non habet aliud*
	3 *nomen*	4 *suffragium.*
Vel,	1 *Non habet aliũ*	2 *lapideus*
	3 *calculus*	4 *sermonem.*

g ℭ *Extrema.) Dorsum, tergum, id est iuga, uel summũ montem Atabyrium. Porrò absoluta laude à multiplici uictoria ducta, uoto iam & precatione ad Iouem pro Diagoræ salute fusa claudit hymnum.* *h* ℭ *Atabyrij.) Mons est Rhodi Atabyrium, unde Iupiter qui illic colitur Atabyrius dicitur, autore Stephano. Est & Siciliæ Atabyrion, ut Timæus in Scholijs tradit. Adijcit hic hypomnematistes, boues æreas in hoc monte esse, quæ si quid ab*

surdi fiat, mugiant. i ¶ *Hymni legem.) Id est, fac ô Iupiter, ut encomion hoc meum Diagoræ in gloriam cedat.*

EPODOS, COLON XIII.

[a]Virum, qui pugnis uirtutẽ inuenit, daq́ illi uenerandã gratiã cum apud ciues tum apud exteros: [b]quoniã iniuriæ infensum iter recte perambulat. [c]Tu cui exploratũ est, quàm è bonis parentibus progenitæ mentes, eũ ceu oraculo Delphico cõmonefaciebãt, ne cela celebre Callianactis semen, [d]cum Gratijs Eratidarũ. Habet & Rhodus cõuiuia. [e]Vno uero & eodẽ tẽporis momento rapidæ interdum auræ, eæq́ diuersæ spirant.

a ¶ *Virum qui pugnis.) A pugilatu, quo Pisæ in Olympiaco certamine superior euasit, laudat. quasi dicat, omnium est clarißimus triumphus & maximum tripudium, quod Olympiorũ ludis excelluerit.* *b* ¶ *Quoniã iniuriæ.) Iniuriæ infensum iter perambulat, αὔτιον est, quare Iupiter cunctis gratiosum reddere Olympionicen debeat. Est enim iustus, inquit, & iustitiæ iter recte ingreditur. Iter iniuriæ infensum, est iter iustitiæ: hoc est, rectus & iustus est.* *c* ¶ *Tu cui.) Apostrophen facit ad sese ipse Pindarus, adhortans sese, ut maiores etiam Diagoræ Callianactem & Eratidas celebret. Laudat autem eos à fideli parænesi & adhortatione, qua & sancte & pie Diagoram ad uirtutem, ad uestigia maiorum eius accenderint. Callianax & Eratidæ maiores sunt Diagoræ.* *d* ¶ *Cum gratijs Eratidarũ.) Eratides Diagoræ progenitor, à quo eiusdem nominis tribus Rhodi est. Cum Gratijs, id est, propter beneficia quæ in Diagoram contulerunt Eratidæ, & in alios plerosq́; mortalium contulerunt.* *e* ¶ *Vno & eodem temporis.) Rhodiorum conuiuia laudat, sed per ἀντιμεταβολήν. Ita enim laudat, ut non procul absit, quin uituperet. Sunt quidem conuiuia & uariæ uoluptates Rhodi, cæterum una hora, uariæ auræ paßim concitantur. Hæc dicit, monentibus ita Scholijs, quasi quiddam subtriste, calamitosumq́; Diagoræ lætitiæ interuenerit. Qua sententia rursum animum addit uictori, ut etiamsi infortunatũ quiddam acciderit, cogitet esse uarias, uel eadem temporis parte, imò eadem hora, rerum permutationes. Vnde ne deijciat, ne despondeat animum: fieri enim posse, ut citißime in iucunda, tristia illa transferantur. Reticet aũt malum, ne quid nõ ad Bacchũ.*

ALCI

ALCIMEDONTI LVCTATORI, ET TIMOSTHENI LVCTATORI FRATRIBVS, *& Milesiæ unctori.* ODE VIII.

STROPHE I. COLON IX.

QCertaminũ, quæ [a] aureas uictoribus coronas sufficiunt, mater Olympia, [b] domina ueritatis, ubi diuini uates, sacrificijs incensis signa inquirentes, [c] à Ioue altitonante rescifcunt si quẽ habeat sermonem hominũ, magnam animo uirtutem captare laborantiũ, atq; laboribus respirationem.

ENARRATIO.

Vna ode treis prædicat, Timosthenẽ, & fratrem eius Alcimedontẽ, tum utriusq; aliptem, id est unctorem. Commendat autem eos omneis à uictoria: Timosthenem à Nemea, Alcimedontem ab Olympiaca, à communi ipsis patria Aegina, à maioribus, maxime ab Aeaco, ut ordine uidebimus. Orditur autem per prosopopœiam à locis certaminum, Olympia, Pisa, & Alpheo, precans ut hymnum hunc benigne suscipiat. Argumentum.

a ☾ *Aureas uictoribus coronas.*) *Aureas coronas appellat, quum nõ ex auro, sed ex olea essent: id est, pulchras: sicut Venus aurea, id est formosa nominatur apud Homerum. Olympia, Pisa, Alpheus, iam antea sunt explicati.* *b* ☾ *Domina ueritatis.*) *Dominam ueritatis ideo appellat, quod Iamidæ prophetæ illic oracula & responsa Iouis numine adflati dederint. Per uates enim Iamidas, de quibus in sexta oda dictum, intelligit, qui è pellibus uictimarum igni iniectis uaticinabantur.*

c ☾ *A Ioue altitonante.*) *Iouẽ* ἀργικέραυνον, *hoc est splendidũ, uel coruscans fulmen iaculantẽ nominat. A Ioue, inquit, altitonante rescifcũt, &c. Vsq; ad finem huius strophes primæ, periphrasis est oraculi Iouis. Solet oraculum Iouis ardua & magna hominibus prædicere, quibus peractis, apud omneis planè celebratur is, qui oraculo obsequutus est. Quemadmodum præcedenti oda de Diagora prædicauit, oraculo Apollineo eum Rhodum quæsijsse, illiúsq; tandem insulæ præfectum, & regem constitutũ. Vbi certe haud minimæ laudi adscribitur Diagoræ, ipsum ex oraculo & diuino Apollinis consilio Rhodum petijsse. Porrò quod adijcit hic, laborum respirationem, per appositionem uirtuti accommodat. Virtus enim præbet, ut post longos demum labores, ingentia*

item pericula, quiete, securitate & ocio gaudeamus. Eandem cum hac oraculi *periphrasi sententiam* Homerus *habet* Odyss. I.

ἔρχεο πεύσόμενος πατρὸς δὴν οἰχομένοιο,
ἤν τίς τοι εἴπησι βροτῶν, ἢ ὄσσαν ἀκούσῃς
ἐκ διὸς, ἥ τε μάλιστα φέρει κλέος ἀνθρώποισι.

ANTISTROPHE, COLON IX.

» [a]Gratum uero æditur oraculum piorum sup-
» plicationibus. [b]At ô Pisæ densum arboribus pro
pe Alpheũ nemus, hanc laudem coronis uicto-
» rum debitam amplectere. [c]Ingens quædam per-
» petuò gloria est, si quem tuum splendidũ uicto-
» riæ sequatur munus. [d]Alia uero alijs obtingunt
» bona, multisq; uijs, cui uolunt dij, benefaciunt.

a ¶ *Gratum uero æditur oraculum.*) *Gnome est, qua multum piorum, & maxime uatum* Iamidarum *precibus impetrari cum à* Ioue *tum alijs superis posse adserit. Qua sententia* Iamidas Olympiacos *à pietate & religione commendat, periodo nondum absoluta. Estq;* αὔντεῖ, *idem quod* αὔνεῖ.

b ¶ *At ô* Pisæ.) *Pisæ generandi casus est. Alterã aũt hic prosopopœiã adsumit, ipsumq;* Pisæ *nemus inuocat. Atqui ut sensus huius exordij elucescat, in breuem propositionẽ hoc pacto redigitur:* O Olympia, & ô Pisa, *quæso uos, suscipite hunc hymnum.* c ¶ *Ingens quædam perpetuò.*) *Gnome est, quam ab ipso certaminis loco ducit. Magna, inquit, celebritas illum manet, quẽ tuum splendidum munus ô* Olympia *secutum fuerit. Splendidum munus, uictoriæ præmium & coronam uocat.* d ¶ *Alia uero dijs.*) *Præclara sententia est, qua uni nõ omnia cõtingere adfirmat, perinde ac* Homerus *testatur:*

ἀλλ' ὅπως ἅπαντα θεοὶ δόσαν ἀνθρώποισι.

Et *Euripides in* Rheso:

ἀλλ' οὐ γὰρ αὐτὸς πάντ' ἐπίστασθαι βροτῶν
πέφυκεν, ἄλλῳ δ' ἄλλο πρόσκειται γέρας.

Qua sententia Timosthenem *uictorem conueniens, rem ipsam aggreditur: iuxtà subindicans, uarias tribus quos hic prædicat uictoribus, uirtutes diuinitus donatas: nec quemlibet æque cunctis insignibus decorari posse: nec omnes posse eodem certaminis genere claros fieri. Estq; hæc sententia* Pindarico *more, propositionis uice, cui mox firmissimum argumentum laudis subijcit, ab immutabili*

tabili Dei consilio, adeoq; fato ductum.

θεοῦ συμπράξαντος	ἢν θεὸς θέλῃ
ἢν θεοὶ θέλωσιν	ἢν θεὸς διδῷ
οὐ θεῶν ἄτερ	θεοῦ σὺν παλάμῃ
σὺν θεοῖς	κατὰ θεοῦ πρόνοιαν
ἀγαθῇ τύχῃ	δαιμόνων βουλαῖς
ἕκατι θεῶν	οὐκ ἀέκητι θεῶν
διὸς ἕκατι	μοιριδίῳ παλάμῃ
κατὰ θεῖον	σὺν θεῷ
θεῶν βουλήσεσι	θεοῦ διδόντος
θεῶν βουλῇ	τύχῃ δαίμονος.

θεοῦ ἐθέλοντος *Id est, dei uoluntate, deo adiuuante, diuino beneficio, diuina benignitate, dei beneficentia, deo dante, deo uolente, &c. Quemadmodum si dicam:*

θεοῦ διδόντος ἐκ γενήσεται ῥήτορος
ὕπατος. θεοῦ δὲ συστρέφοντος ἔσται
ῥήτωρ, ὃς πρόσθεν ἦν ὕπατος σεβάσιος.

EPODOS, COLON XI.

[a] Timosthenes: uos autem asciuit fatum Ioui generationis autori, te quidem Nemea conspicuum, Alcimedontẽ uero apud Saturni cacumen Olympionicen fecit, qui[b] aspectu & forma quidẽ pulcher erat, sed opere speciem suam non deturpabat. Siquidem lucta superiorem sese exhibens patriam suam[c] nauticam Aeginam[d] proclamauit. [e] In qua Ioui hospitali assidens Themis, exercetur seruatrix

STROPHE II. COLON IX.

Excellens hominum.

a ❨ *Timosthenes.). Victoriã Timosthenis et Alcimedontis diuino beneficio acceptã, pro sua pietate, refert. Fato, inquit, & æterna Iouis uolũtate, tu Timosthenes Nemeis, Alcimedon uero Olympijs certaminib. uictores facti estis.*

b ❨ *Aspectu & forma.) Laus Alcimedontis à bonis fortunæ, forma ui-*

delicet. Sed quod sequitur, præstantius & laudabilius est: quod formam corporis sui & pulchritudinem, opere, id est, fortitudine & uiribus corporis & animi, atq; adeò rebus præclare gestis, maxime uictoria, non deturpauit, non uitiauit. c ❡ Nauticam.) δολιχήρετμον, *longis remis utentem*: à δόλιχον *longum*, & ἐρετμὸς *remus: hoc est, nauticā. Sic Homerus grues* δολιχοδείρους *appellat.* d ❡ Proclamauit.) *Proclamari fecit, uel pronunciari, patriam suam Aeginam, quæ una est ex Cycladibus, ut in Pythijs octaua ode & reliquis dicetur passim: multos enim insignes Græcorum certaminum uictores hæc insula dedit, & præclarum medicum Paulum, qui totam rem medicā septem libris elegantissime & synceriss ime complexus est. Moris enim erat, ut & uictores & patriæ ipsorū per Hellanodicas pronunciarentur.*

e ❡ In qua Ioui.) *Amplificat à laude patriæ, ab æquitate nimirum seu iustitia, quam deam græce Themin uocat. Atq; hic obseruandū est, quod Themin, hoc est, honestatem & æquitatem appellat seruatricem rerum scilicet publicarum, perinde ac sequenti ode nona Themin eodem epitheto σώτειραν nominat. Deinde Themin, hoc est æquitatem, uel honestatem, uel iustitiā, assessricem facit hospitalis Iouis, per quod multorum illic hospitum, peregrinorum & mercatorum cōuentum fuisse indicat, quod ita confluxus, atq; uariorum populorum cōuentus, honeste, tutò & pacifice, æquitate & iustitia & honestate habenis rerum moderantibus, illic sit demoratus.*

Themis ipsa honestas est, cui tanq matri tres filias in 13. Olympio. ode subiūgit, Εὐνομίαν, Δίκαν, Εἰρήναν.

» [a] Nam ubi multitudo est, & quô uariæ sese res
» recipiunt, ibi recta non infeliciter discernere difficile est, legemq; quandam deorū immortalium
» deposcit. [b] Atqui hanc obfirmatā salo regionem omnis generis substituit hospitibus felicem columnā ([c] quam & nullo non tempore iustitia incolumem conseruent superi)

Periphrasis Aeginæ

ANTISTROPHE, COLON IX.

[d] Doriensi populo administratā post Aeacū.

a ❡ Nam ubi multitudo est.) *Gnome est, qua arduū & laboriosum esse adserit, imò munus esse deorum immortalium, ut ubi ingens populi multitudo & cōmixtio & uaria negocia, integra reipublicæ tranquillitas & pax conseruetur. Quo ergo hoc laboriosius est, hoc Aeginæ laudabilius est, quandoquidē in tanta hoc difficultate illic fiat. Abundasse uero Aeginā copia mortalium, ac populosissimā fuisse, Scholia sanè confirmant, dum dicere audent, quadragintaseptem*

ta septem myriades seruorum illic egisse. Si tot seruos insula Aegina continuit, ubi ciues, ubi alij coniuges & liberi? At citius ego crediderim iam populosissimam fuisse, quàm à tot seruorū saltem myriadibus frequentatā, quot ciues & seruos uniuersa Germania aegrè cōplectitur. b ¶ Atqui hanc salo obfirmatam regionem.) Romanum exemplar ita hos uersus intersecat, ut hic καὶ ταύδ' ἀλιερκέα, sit noua oratio. Proinde iuxta hanc caesuram ad Themin referenda est sententia, estq; alia patriae à iustitia, ab aequitate laus, quod sit fortunata columna omnis generis hospitibus: id est, quod sit felix asylum atq; refugium cunctis negociatoribus atq; exteris. Id enim ratione θέμιτος atq; aequitatis uenit, Quia aequitas illic regnat, ergo opus est inclytam & optimam esse rempublicam. Nam hoc aequitatis esse officium, Homerus ι. Odyss. eleganter adumbrat, dum inquit:

λίσσομαι, ἠμὲν ζηνὸς ὀλυμπίου, ἠδὲ θέμιστος,
ἥτ' ἀνδρῶν ἀγορὰς ἠμὲν λύει, ἠδὲ καθίζει.

Quo loco aequitatis esse, ius dicere, rempublicam rectè administrare, docet.

c ¶ Quam & nullo non tempore,) εὐχὴ est, qua κατὰ πάρενθεσιν precatur, ut ista patriae Aeginae felicitas nullis unquam seculis intereat.

d ¶ Doriensi populo administratā.) Haec cohaerent cum superioribus, Hanc obfirmatā salo regionem &c. Digreditur aūt hic, & Aeginam ipsam à primis rectoribus & maioribus, maxime uero ab Aeaco laudibus euehit. Quo pacto uero Dorienses post Aeacum Aeginae regnū obtinuerint, Hypomnematistes hunc in modum annotauit: Aeaci, inquiens, & Psamathes Nereidos filius fuit Phocus, quem ceu fratrem nothum Peleus & Telamon occiderunt: ac fugit Peleus quidem in Thessaliam, quae Phthia uocabatur, Telamon autem in Salamina. Mortuo dehinc Aeaco, deserta rege insula relinquebatur. Interim Triacon quispiam Argiuus, collecta Argiuorum multitudine (Argiui autem sunt Dorici generis) Aeginam uenit, eamq; inhabitauit. Sicq; uisum est post Aeacum, à Doriensibus Aeginae imperium gubernari. Meminit huius Aeaci posthac saepius Pindarus, quoties Aeginetas uictores celebrat. Hunc recordatur etiam Isocrates in oratione funebri Euagorae dictae. Aeacus, inquit, Iouis proles, stirpis Teucridū autor hoc ipsum in tantum cōmonstrauit, ut quū in Graecia factae essent sordes, neq; pauci mortalium interempti, ubi calamitatis magnitudo increbuisset, uenerunt urbiū magistratus, supplicantes ipsi, quod per eius nataliū splendorem atq; pietatem, facillime à dijs praesentiū malorum expiationem impetrari posse arbitrarentur. Qui seruati, uotiq; sui compotes facti, publicum Aeginae templum condiderunt, quo loco deos Graecis placarat. Qui & per hoc temporis, quo inter homines demorabatur, non sine incly-

ta nominis sui memoria extremam tandem fati sui diem sustinuit.

Quem Latonæ filius Apollo, lateq; imperans Neptunus Ilio apparaturi coronã & extructuri murũ, accersiuerunt coadiutorẽ operi. [a]Quod ex fato indicatum erat, surgentibus olim bellis, in urbiũ uastatricibus prælijs uehementem Iliacis muris respiraturum fumum.

Insigni fabula de muris Iliacis, ab Apolline, Neptuno & Aeaco extructis, rem ipsam amplificat. a ℂ Quod ex fato.) *αἴτιον est, quur Neptunus & Apollo acciuerint sibi Aeacum hominem ad extructionem murorum Ilij. Norat uterq; ceu deus, ex fato quid futurum erat. Quare quum obseruarent, diruenda denuò, & olim igni casura mœnia & urbem; ideo ne à dijs exædificari uiderentur muri, utq; essent capaces fati, Aeacum hominem adiutorem adsumpserunt, ut uel sic eius nomine, ab homine extructi, ab hominibus rursum destrui quirent.* νιν *Doricum, pro* αὐτὴν δηλονότι ἴλιον. *Ab eo pronomine dependet etiam* ἀναπνεῦσαι, *hoc pacto:* ἦν πεπρωμένον νιν ἴλιον ἀναπνεῦσαι λάβρον κάπνον. *Fumus autem ille in Troiano bello excitatus est & ortus.*

EPODOS, COLON XI.

Postquam [a]noua extructa est turris, horribiles uisu dracones tres in hãc insilientes apparuere, quorum [b]duo quidem mox adflicti deciderũt, & spiritus abiecerũt, tertius uero uehementi clamore irruit. Interpretatus est, confestim intelligens infortunatum prodigium Apollo: [c]Pergamus, inquit, ô heros, è tuis manus operationibus capietur. [d]Sic adlegatum mihi Saturnij Iouis grauiter tonantis oraculum adserit:

STROPHE III. COLON IX.

[e]Nec sine tuis liberis, cæterum cum primis & quartis incipiet.

a ℂ Noua turris.) *Prodigium quod inter extruendum occurrit, cõmemorat.*

morat. b ¶ Duo quidem mox adflicti.) *Quod duo serpentes irruentes in turrim uel mœnia, intermoriuntur, significat duas ab Apolline & Neptuno extructas murorum partes inuictas esse. Quod tertius magno clamore, qualis est hostium irruentium in oppidum clamor, irrumpit, eam partem quam Aeacus extruxerit, casuram olim subindicat.* c ¶ Pergamus.) πέργαμος arx Troiæ est. *Fœminino genere Homerus etiam usurpat,* περγάμῳ ἐν ἱερῇ. *Virgilius Pergama neutro genere* πληθυντικῶς *dicit. Latinis metaphorice quæcunque excelsa ædificia Pergama uocantur. Sensus est Apollinis, cum apostrophe ad Aeacum. Quum enim Apollo hæc fieri interim dum ædificant arcem & mœnia, perspicit, intelligens eo prodigio Aeacum peti, eum conueniens, Sine tuis manus operationibus ô heros non capietur Ilium. Hoc est, tua soboles & propago auxilio erit eis olim qui sunt hanc urbem, hæc mœnia uastaturi, nec citra tuã prolem excindetur hæc urbs.* d ¶ Sic adlegatũ.) *Hoc est, prodigium hoc serpentum non temere, sed Iouis diuina uoluntate factum, id quod iam dixi, portendit.* e ¶ Nec sine tuis.) *Cum primis & quartis liberis tuis incipiet hæc uastatio ô Aeace. Porrò Aeaci filij sunt Peleus & Telamon, Pelei est Achilles, Achillis Neoptolemus qui & Pyrrhus. Primi ergo ab Aeaco descendentes, Troiamque oppugnantes sunt Peleus & Telamon, qui Herculem dum Troiam primum caperet & Laomedontẽ occideret, adiuuerunt, ut Dares etiam Phrygius tradit. Quarti, sunt Achilles & Neoptolemus, qui in Troiano decennali bello sunt Ilium tandem depopulati. Achilles enim quartus est, si incipiatur numeratio ab Aeaco: sin à Peleo Aeaci filio, tum Neptolemus quartus est. Per treis ergo serpentes, has alij duas expugnationes Ilij intelligunt, ut per duos priores occumbentes & ueluti è turri exturbatos Peleus & Telamon intelligantur, qui tametsi cũ Hercule Ilium ceperint & Laomedontem orco demiserint, reuersi tamen sint, non diruta prorsus urbe, sed spoliata potius. Per tertium intelligatur Achilles uel Pyrrhus, qui planè cum Græcis copijs in cineres Ilium redegerunt.*

Hæc ubi palàm aperte deus dixisset, celeriter ad [a] Xanthum abijt & celebres equis [b] Amazonas, [c] Hyperboreosque. Neptunus uero ad marinam [d] Isthmum cursum concitauit, [e] aureis huc equis transmittens Aeacum.

Quò quisque, absolutis muris Iliacis, abierit, exponit. Apollo ad sibi charos populos Amazonas, Hyperboreos ad fontes Istri sitos reuersus est. Neptunus ad marinam Isthmum, ubi ludi eius celebrantur. Aeacus Aeginam per Neptu-

Xanthus *num reductus est.* a ℂ Xanthum.) *Xanthus Phrygiæ fluuius, qui &* Simoïs, & contractim σιμῶς *dicitur apud Homerum, & Virgilium:*

Tu'ne ille Aeneas quem Dardanio Anchisæ
Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad undam?

b ℂ Amazonas.) *Amazones mulierum imò uiraginum genus fuit ad Thermodoontem Paphlagoniæ fluuium, ut pleriq; historici testantur, dictæ ab* α *priuandi uocula, &* μάζ℗ *mamma, quod dextra mamma uacabant. Vt illæ primum ex regijs iuuenibus Plino & Scolopytho duxerint originem, cœperintq; sine uiris dominari, bonam Europæ & Asiæ partem sibi subiugare, est apud Iustinum lib. 2. & Paulum Orosium lib. 1. cap. 15. Pace facta, inquiunt uterq;, ne gens interiret, concubitum finitimorum ineunt: si qui mares nascerentur, interficiebantur: uirgines in eundem ipsum morem, non ocio, neq; lanificio, sed armis, equis, uenationibus exercebant, inustis infantium dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus impediretur, unde & Amazones dictæ. Hæc Iustinus, & qui eadem ex illo descripsit, Orosius. De rebus gestis Amazonum est ibidem apud utrunq;. Deinde etiam apud Isocratem in Panegyrico, Panathenaico, & de retributione, uel permutatione, quam ipse* περὶ ἀντιδόσεως *inscripsit. Stephanus* περὶ πόλεων *ex Ephoro tradit Amazones etiam Sauromatides appellari, fuisseq; quorundam opinionem, quod in Scythia illa Sauromatica, ubi sunt demoratæ Amazones, ex cœli quodam influxu nascerentur fœminæ robustiores maribus, esseq; naturæ, temperaturæq; syderum, quod illic mulieres præstarent uiris & uirtute corporis & animi, tum statura proceritate. Quam tamen opinionem uanã esse putans Stephanus, uerisimiliorem eam existimat historiam, quam finitimi Amazonũ euulgarunt, quæ est huiusmodi:*

Amazonũ origo. *Quum iaminde à principio Sauromatæ aduersum Europã belligerati essent, adeò ut ferè omnes mares interirent eo prælio, desertas tum à maritis uxores: atq; quum iuuentus & posteritas interemptorum in bello domi adoleuisset, aduersus mulieres illas conspirarũt. Hic orto cõflictu fœminas superiores factas, quare pars eo prælio cæsi, pars ad montana quæsito refugio perierũt. Ac dum uererentur ne & olim, pueri iam, ubi in uiros creuissent, hanc rursus ulciscerentur cædem, cauerunt edicto, ut pedes horum confringerent, ut claudicantes & mutili nihil quicquã agere uirile possent. Easdem & Sauropatides dictas idem*

Amazones Sauropatides. *autor est, propterea quod lacertas & calcarent & ederent.* σαῦρα *lacerta,* πατεῖν *calcare, ambulare.* c ℂ Hyperboreos.) *De Hyperboreis ut ad Istri fontes habitent, in tertia Olymp. ode annotatum.* d ℂ Isthmũ.)

Isthmus. *Isthmus inter duo maria est angustia, ubi Neptuni templum, & quinquennales celebres ludi, Isthmia, ut posthac in Isthmiorum ortu ob oculos ponetur.*

e ℭ *Aureos per equos.) Metaphora pro, per formosos equos. Quod uero Hyperborei Apollinem coluerint, in tertia ode cõmemoratum: unde ad suos cultores abijt Apollo, Neptunus ad suũ Isthmũ, Aeacus ad suam Aeginã.*

ANTISTROPHE, COLON IX.

Perrexitq; ad iuga Corinthi, inclyta conspecturus sacra. [a]Idem uero non æque delectat omneis. Proinde si [b] Milesiæ ad gloriam, quam imberbis tulit, hymno occurrã, non petet me aspero lapide inuidentia. Etenim eam uictoriæ gratiam, quam impuberi ætate consecutus est, parem illi pugnæ censeo, qua [c]uirili toga sumpta, palmam alijs præripuit Nemeæ

EPODOS, COLON XI.

[d]In Pancratio. [e]Docere ei qui didicit facile est. Stultum uero nõ antea didicisse. Leuiores nanq; & inconstantiores, eorum qui bonas disciplinas non sunt experti, animi sunt. Quod si doctus artem suam præ alijs tradere potest sublimius, qua ratione [f]decorabitur, è sacris certaminibus desiderabilissimam gloriam [g]relaturus? [h]Nunc enim ipsi honos præstò est, Alcimedon trigesimam uictoriam nactus.

a ℭ *Idem non æque.) Gnome est, quam alij ad Apollinem & Neptunũ & Aeacum, alij ad treis uictores quos hac ode celebrat, referunt. Apollo & Neptunus in eundem locum secesserunt haudquaquã: ut hæc gnome ueluti eius rei sit ratio: Nam idem non peræque omneis delectat: quemadmodum & Homerus testatur, dum ait:*

ἄλλοις γὰρ ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις.

Sin ad uictores referatur, hæc erit sententia: Quia idem non omnibus cõuenit, neq; hactenus Milesiæ (quem tamen itidem deprædicandum susceperam) fecerim equidem mentionẽ, exigit res ipsa iam, ut illius etiam laudes mea lyra personet. Atq; hæc posterior mihi ratio magis arridet, ut ea sententia sit πρὸς τὸ πρ-

γατίᾳ sequentis Milesiæ unctoris præconij. b ¶ Milesiæ.) Fuit hic Milesias, ut & epigrapha huius hymni, & hic locus testatur, aliptes, id est unctor Alcimedontis. Sonat enim ἀλείπτης unctorem, à uerbo ἀλείφω inungo, quod is luctatores & inungeret, & in lucta institueret. Vsus est hac uoce M. Cicero in epistola ad Lentulum, cuius initium, Periucundæ, &c. Qui me homines, inquit, quod me saluum uoluerũt, est mihi gratissimum. Sed uellem non solum salutis meæ, quemadmodum medici, sed etiam, ut aliptæ, uirium & coloris rationem habere uoluissent. At hic laudat etiam Milesiam à uictoria, quam imberbis in certamine adolescentum obtinuit, Nemeaca: deinde à Pancratij uictoria, quam item Nemeis ludis adeptus est: postremo ab insigni eius discipulo quem instituit Alcimedonte. Porrò quid Nemea, & cur Nemei ludi, ac unde originem duxerint, in origine posthac Nemeorum clarescet. c ¶ Virili toga.) Romanè locutus sum, græce est ἀνδρῶν μάχαν, hoc est, in pugna

Pancratiũ. & certamine uirorum. d ¶ In Pancratio.) Pancratium ludus est, qui aliàs πένταθλον, Latinis quinquertium dicitur, quód quinq; certaminũ generibus constet: quo de pluribus in 13. Olympiorum ode agetur. e ¶ Docere ei.) Haud ineleganti gnome artem & peritiam inungendi laudat.

f ¶ Decorabitur.) Scilicet Milesias aliptes, ob insignem artem qua toties discipulos suos uictoria claros reddidit. g ¶ Relaturus.) Scilicet per alios quos ipse instituit: gloria enim & uirtus discipuli in laudem præceptoris etiam resilit. h ¶ Nunc enim.) Alcimedontem trigesies uictorem euasisse, idq; ex institutione Milesæ aliptæ: quare ex eis uictorijs, non uulgarem illi quoque honorem accrescere.

STROPHÆ IIII. COLON IX.

Qui dei quidem beneficio uiribus haud destitutus, quatuor [a] iuuenum membris reditum ad patriam infensissimum, ingloriam linguam, & clandestinum iter fecit: [b] mentẽ hac ratione senectuti cõtrariã, atq; adeò lætam, auo suo inspirans. [c] Inferorũ sanè obliuiscit̃, quisquis optima peragit.

Persequitur Alcimedontis uictorias. a ¶ Iuuenũ membris.) Alcimedon quatuor iuuenibus ingloriũ in patriam reditũ fecit, propterea quod eos uicerit. Estq; hic periphrasis & synecdoche, in duabus illis dictionibus, iuuenum membris: nam membris pro corporibus, κατὰ συνεκδοχὴν fecit: & iuuenum membris περιφραστικῶς pro iuuenibus ipsis dixit. Quî hoc contigit?

tigit? quia uicti defixis in terram oculis, non audent propter ignominiã, cui sunt obnoxij, intueri hilari uultu in ciues, quandoquidẽ digitis demonstrentur riden tium, Eia quàm bellam illi uictoriã retulerunt? quàm insigni patriã nostrã gloria exornarunt? haha quàm belli uictores? Talibus enim ironijs excipiuntur: quemadmodum rursus ueri uictores nullis non præconijs efferuntur.

b ℂ Mentem hac ratione.) Hoc est, auum suum exhilarauit Alcimedon uictoriarum accessione ac celebritate. c ℂ Inferorum sanè obliuiscitur.) Sententia est, qua rationem reddit, qur senio confectus auus uel pater, filij uel nepotis uictoria exhilaretur: qua simul etiam indicat, uirtutis & uictoriæ tantum esse bonum, ut mortis memoriam ex animo mortalium eximat, ac ueluti immortalem constituat.

ANTISTROPHE, COLON IX.

Decorum est ergo meminisse me Blepsidarũ, eisq; [a]manuũ fructum uictoria præstantẽ offerre, [b]quorum nunc generi sexta circumposita est à
» phyllophoris certaminibus corona. [d] Nam &
» mortuis quædam iusta pars est, quod præclare
» gestum est. [e] Neq; pulueris situs congenitorum
» raram gratiam occulit.

A maioribus Alcimedontis Blepsiadis. Est autem tribus quædam in Aegina Blepsidarum, à quodam Blepsiade, è maioribus Alcimedontis uno.

a ℂ Manuum fructum uictoria præstantem.) Id est, ipsam Alcimedontis uictoriam. b ℂ Quorum nunc generi.) Hoc est, Blepsiadæ uicerunt sexies, uel sexies coronati sunt. c ℂ φυλλοφόροις.) Folia, flores uel coronas ferentibus. d ℂ Nam & mortuis.) Anthypophora est. Poterat ex aduerso obijci: Quid quæso Blepsidis iam olim uita defunctis offerre cupis? putas'ne mortuos hoc percepturos? Cui præclara gnome occurrit: Quod præclare gestum est, ad uita defunctos etiam pertinet. Virtus nepotum & posterorum ad maiores etiam fato suo iandiu perfunctos pertinet. Etsi ipsi enim non percipiant, in hac terra tamen eorum nulla obliuione memoria obliteratur.

e ℂ Neq; pulueris situs.) Gnomen gnome adijcit. Quantumuis monumenta & cadauera præclarorum uirtute hominum squaleant, ipsa tamen insignia facta, uirtus ipsorum, magnanimitas, beneficia in patriam, in suos, in amicos collata, eximium uictoria partum nomen, nullis unquam seculis squalent, nunquam etiam in hoc mundo concidunt: sed uirtus mortuorum cognatorum,

O

& amicorum, in uiuentes etiam transfunditur, & uice uersa.

EPODOS, COLON XI.

Ad hæc Iphion Alcimedontis parens, audiens [a]Mercurij filiam nuncium, prædicet [b]splendidum ornamentum Callimacho, quod [c]eius generi Iupiter præbuit. [d]Idem bona bonis abunde †acutos morbos subministrare precor, †grauesque morbos arcere uelit, ac iuxtà oro, ne honestæ rationi, uel consultationi, uel rei, male conciliatam, consiliaque dissipantem Nemesin iniiciat: sed enim tranquillam donans uitam, ipsos multiplicet & patriam.

Quia per idolopœiam Blepsidas in hymno hoc adduxit, eodem schemate perseuerans ad patrem Alcimedontis pergit Iphionem, & auunculum Callimachum. Præterea, inquit, Iphion Alcimedontis, in Ditis regia audiens uictoriam & insignia præconia, annunciabit eadem etiã auunculo eius Callimacho *a* ¶ *Mercurij filiam nuncium.) Est hic animaduertenda elegans prosopopœia, qua nunciũ alicuius rei, uel annunciationem, græce τὴν ἀγγελίαν, Mercurij (qui & ipse deorum est ἄγγελος) filiam facit.* *b* ¶ *Splendidum ornamentum.) Hoc est, uictoriam.* *c* ¶ *Eius generi.) Id est, filijs Alcimedonti & Timostheni.* *d* ¶ *Idem bona.) Peroratio est, qua precatur ut iugi felicitate bonos conseruet, maxime Iphionis liberos atque uictores, & ab omni infortunio, & mala ualetudine integros custodiat: utque inuidiã ipsam à bonorum conatu ita diducat & remoueat, ne, quantumuis meditetur, nocere poßit, quin potius & ipsos uictores & patriam ipsorũ tranquilla & pacata uitæ ratione Iupiter ipse gubernet. νέμεσιν, hoc est, indignationem, inuidiã. Inuidia enim maxime uirtuti succenset, ac uindictã de ea sumere cogitat.*

EPHARMOSTO OPVNTIO
luctatori ODE IX.

STROPHE I. COLON XVI.

[a]SOnorum Archilochi melos (chære [b]Callinice τήνελλα) in Olympia [c]ter repetitum satis fuit, apud Croniũ cacumen, ut præiret Epharmosto, unà

cum

cum charis sodalibus [d]chorum ducenti. [e]Atqui à Musicis arcubus procul iacientibus, Iouem fulgure rubentem, uenerandumque [f]Elidis promontorium, [g]huiusmodi laudibus accede, [h]quam Lydius heros Pelops pucherrimæ [i]dotis loco, qua Hippodamia donata est, accepit.

ENARRATIO.

Primum uidendum est quæ sit patria Epharmosti, unde Opuntius appellatur. Est igitur, ut Stephanus & Plinius lib. 4. cap. 7. tradit, Locrorum urbs Opûs, (Græci ὀπόεις uel ὀποῦς contractim dicunt) Locrorũ Epicnemidiorum, qui olim Leleges appellati sunt. Prædicat autem Epharmostum ab Olympijs & Pythijs certaminibus, à patria Opunte, à maioribus. Porrò ut singulas odas peculiaribus fabulis aut historijs conspergit, sic hoc encomij, Herculis, Neptuni, Pyrrhæ & Deucalionis fabulis exornat, κατὰ πρέκβασιν, ut suo loco quæque aperientur. Argumentum.

a ℂ *Sonorum Archilochi melos.) Archilochus Lyricus poëta, hymnum in Herculem compositurus, citharœdi in Olympia cum sonitum tum rhythmũ, quem is cithara edebat, exprimere dictione sua tentauit. Pepigit ergo odam, cuius initium fuit,* χαῖρε καλλίνικε τηνέλλα, ἄναξ ἡρακλῆς. *Salue insignis uictor* τηνέλλα, *rex Hercules. Est aũt* τηνέλλα *à sono effictum uocabulum, quo chordarum citharæ sonum imitatus est. Hinc obtinuit usus, ut in quemuis uictorem ista Archilochi sententia, trina uice diceretur: unde & uictori Epharmosto idem epinicij decantari necesse fuit. At nõ est adeò magna laus, quæ omnibus ex æquo accommodari possit. Vnde hæc Pindari mens est: Es quidem instar aliorum uictorũ cõmuni Archilochico illo encomio utcunque cõmendatus Epharmoste: ego uero alia te longe ratione perfectius & melius efferam hisce præconijs.*

b ℂ *Callinice.) Initium hymni fuit* καλλίνικος, *uel, ut alij,* χαῖρε καλλίνικε τηνέλλα, ἄναξ ἡρακλῆς.

c ℂ *Ter.)* τριπλόος *triplex, nomẽ pro aduerbio, pro tripliciter. Adiectiua enim in tribus generibus suis, iuxta substantiuorum suorum opportunitatem, aduerbij naturam assumunt.*

d ℂ *Chorum ducenti Epharmosto.)* κωμάζοντι, *à* κῶμος *conuiuium, deus conuiuij, conuiualis cantus. hinc* κωμάζω, *ueluti ad cõuiualem cantum chorum duco. Theocrito amatorie est incedere, uel amantiũ ritu iter facere, dum inquit:* κωμάζω ποτὶ τὰν ἀμαρυλλίδα. *Pindaro hic est chorũ ducere uel saltare. Hypomnemata enim per* χορεύοντι, ἢ χορείαν ἄγοντι, *reddunt τὸ* κωμάζοντι.

e ℂ Atqui

à Musicis arcubus.) *Allegoria est, per arcus Musarũ hymnos intelligit. Quemadmodum enim sagittæ ab arcu in longum iaciuntur, & quô diriguntur uolant, scopumq; contingunt: sic hymni & carmina poëtarum longe iaciuntur, multoq; longius, quàm ullæ sagittæ. Tranant enim carmina maria, emetiuntur terras, in perpetuum durant, ubi sagittæ in uno fixæ loco scopo'ue manent ac labuntur.* ἐπίνειμαι *aoriston primus, medium à uerbo* ἐπινέμομαι, *pro* ἔστελλε. f ℂ *Elidis promontorium.)* *Periphrasis est Pisæ, qua Olympiorum uictorem Epharmostum ostendit. Elidis uero promontorium est quod sæpe suprà, & sæpius posthac appellat* κρόνιον λόφον, ἢ λόφον κρόνου. νῦν δὲ ἀκρωτήριον ἤλιδος, *Saturnium collem, uel cacumen seu collem Saturni, hic promontorium Elidis uocat.* g ℂ *Huiusmodi laudibus.)* *Scilicet quales à me iamnunc dicuntur, non quales sunt ueterum, siue Archilochi, siue aliorum. Emphasin habet pronomen* τοιοῖσδε. *quasi dicat: longe diuersis ab Archilochi Callinico.* h ℂ *Quam Lydius heros.)* *Digreßiuncula est ad Pelopis nuptias, & certamen cursus, quo Hippodamiã Oenomai filiam affectauit, ut prima ode recitatum, multis ante eum præclaris heroibus, ijsq; procis, fraude Oenomai regis neci datis.* i ℂ *Dotis loco.)* ἕδνον *uirorum,* φέρναι *mulierum.*

ANTISTROPHE, COLON XVI.

[a]Alato quoq; dulcem Pythona telo impete. Neq; iam humi repẽtibus argumentis cœperis, circa luctas uiri citharam quatiens, oriundi ex celebri Opunte laudans [b]eam & ciuem, quã [c]Themis, huiusq; filia urbiũ seruatrix grauißima Eunomia sortita est, [d]uirtutibus æque florentẽ prope Castaliam, Alpheiq; fluentum, [e]ubi coronarum flores [f]inclytam Locrorum parentem arboribus splendidam extollunt.

Perseuerat in apostrophe ad semetipsum, uel ad chorum: hortaturq; ut telum ab Olympia ad Pythonem dirigat, ut nedum ab Olympia, sed Pythia etiã uictoria cõmendet Epharmostum: utrinq; enim uictoriã obtinuit, hanc Olympiade 73. Pythiam, Pythiade trigesima. a ℂ *Alato.)* *Allegoria est: id est, uelociter absoluto hymno, celeriter & citra cunctationem Pythonem, unde dulcem uictoriã domum retulit Epharmostus, celebra.* b ℂ *Eam.)*

ἣν κρὰ

ἐκ χοὐ ὑιὸν αἰνήσαις, eam & filium laudans. ἑ est relatiuum ab ὅ. hic nō reciprocat, sed refert. αἰνήσαις Doricum participium pro αἰνήσας.

c ℭ Themis.) Patriam Opunta hic à Themide laudat, hoc est, à dea honestatis, uel ipsa honestate: insigni prosopopœia usus, qua Themin matrem fingit, cui filiam adhibet τὴν εὐνομίαν, hoc est, bonam legum constitutionem, bonam reipublicæ administrationem: perinde ac suprà Aeginam à Themide cōmendauit, ac in 13. Olymp. ode hanc Themin repetet. d ℭ Virtutibus æque florentem.) Laudem ciuis in patriam transfert, & quod partis est, toti attribuit, per synecdochen: superiora quidem repetens, alijs tamen, quæ Pindari est ubertas, uerbis. Per Castaliam Pythonis fontem, Pythiam uictoriam, qua trigesima Pythiade clarus est redditus: per Alpheum Olympiacā intelligit. e ℭ Vbi.) Prope Castaliam & Alpheum. f ℭ Inclytam Locrorum parentem.) Periphrasis est Opuntis. Et quia Opūs patria Epharmosti Locrorum est metropolis, hoc est, præcipua & primaria urbs, ideo eam Locrorum ματέρα nominat.

EPODOS, COLON X.

Ego uero charam ciuitatē, claris illustrans carminibus, & [a]generoso equo, & sequundo uento impulsa naui celerius, omnem hanc famam diuulgabo: si modo [b]fatali manu, excellenti Gratiarū » horto fruor. [c]Illæ enim delectabilia præbuere. » [d]Boni autem & sapientes ex Deo modo

STROPHE II. COLON XVI.

» Proueniunt.

a ℭ Generoso equo.) Allegoria est: dicit enim se insigni equo, & alata naui, hoc est, terra & pelago diuulgaturum Opuntis laudes. b ℭ Fatali manu.) μοιριδίῳ παλάμᾳ. à Parcis deductum adiectiuū μοιρίδιον est. μοῖρα Parca. Hinc Pindarus hic & hæc μοιρίδιος fecit. μοιριδίῳ ergo παλάμᾳ, id est, fatali manu: hoc est, diuinæ prouidentiæ afflatu & gubernatione: respiciens ad poëtarum illum ἐνθουσιασμὸν, & cœlestem illum afflatum, quo imbuti uates egregia poëmata condunt. De quo Ouidius:

Est Deus in nobis, sunt & commercia cœli,
Sedibus æthereis spiritus ille uenit.

Excellenti ergo Gratiarum horto frui, est poëtam esse, allegorice & periphrastice. c ℭ Illæ enim.) Charites ac diuinam prouidentiam eximia dona

impertier, ut reliquis mortalibus, sic maxime poëtis docet. Si fatū unà cum ipsis Gratijs, suo numine alicui adspirarint, tum ille omniū est excellentißimus, siue poëta, siue athleta fuerit: & ad sese & Epharmostum hanc sententiam transferens. Gratias autem iucunda & amœna mortalibus præbere, ut quæ prope Musas sedem suam habeant, posthac 14. Olympiorum ode patescet.

d ¶ Boni & sapientes.) *Bonos & sapientes à Deo esse, gnome est, qua quicquid præclarum est, à Deo profluere, ceu æterno fonte, contendit: ac simul rationem reddit, quur neq; præclara poëmata, citra diuinum numen & prouidentiam pangi queant. Qua & Epharmosti quoq; uictoriam à Deo ducere orsum adfirmat: atq; hanc sententiam Herculis paradigmatis & historijs à contrario ductis confirmat.*

[a]Quî enim aduersus tridentem, clauam suam quassasset Hercules manibus suis, quando circa Pylum constitutus moueret bellum Neptunus, contenderetq; cum eo, aureo arcu belligerans Phœbus, [b]neq; Pluto immotam teneret uirgam, qua mortalia corpora, ad cauum deducit uicum morientiū? [c]Sed facessat hic sermo, quē tu os meum longe mihi abijcias: [d]Quandoquidē dijs conuiciari sapientia inuisa sit, importunaq; gloriatio

ANTISTROPHE, COLON XVI.

Insaniæ consonet.

a ¶ Quî enim.) *A contrario probat bonos & sapientes à Deo esse. Nisi enim hoc sese ita haberet, Hercules non potuisset Neptuno, Herculi, & Plutoni resistere. Tribus, eam sententiam, Herculis historijs probans: quarum prima: Trachinio quodam ab Hercule occiso, Pylum uenit Apollinis imperio Hercules, ut à Neleo à cæde purgaretur. Renuente hoc Neleo, cū aduersus ipsum Hercules, tum patrem ipsi succurrentem Neptunum belligeratus. Erant autem Neleus & Pelias filij Neptuni. Secunda: Vbi uenisset Pythonem Hercules, ut super re quadam consuleret Apollinem, audiuit ex responso, Apollinem non esse domi, neq; iam ædere oraculum. Quamobrem ira percitus, tripodem subuertit, ueluti aduersus Phœbum dimicans. Tertia: Quū ab Eurystheo Herculi iniunctum esset, uti Cerberū ab inferis extraheret, id persequens, Plutonem aduersantē sustinuit. Cuius laboris & Isocrates in encomio Helenæ meminit.*

minit. b ℂ Neq; Pluto.) *Magna sanè Herculis fortitudo, quippe qui Plutonem uirga sua cunctos mortales ad mortem, ad inferos trahentem, ita coëgerit, adeò perterrefecerit, ut planè immotam eam detenuerit. Atqui hic animaduertendum quod Plutoni uirgam tribuat, qua corpora mortalia deducat ad uicum morientium. Quur nõ animas deducit? An ideo, quod poëtæ animos corporea quadam idea puniri fingant, uel lætari in campo beatorum, ut sit substantia, quæ & mœroris & gaudij capax sit? An sic intelligendum, quod uirga sua, hoc est, sceptro, & potentia sua mortalia corpora deducit ad cauum uicũ morientium, hoc est ad ipsam mortem? ut non de mortuis, sed de moribundis & morituris sit sermo.* θνασκόντων *enim dicit, non* τεθνηκότων *uel* τεθνεώτων. *Est interim tamen sententia plana: Pluto qui omneis uiuentes uincit, tum non potuit sese ab uno Hercule tutari.* c ℂ *Sed facessat.*) *Ad semetipsum apostrophe, qua corrigit mentem suam, ut conuicijs in deos relictis, ad Epharmosti & patriæ se eius laudem transferat. quasi dicat: Non est pium neq; religiosum, nugacibus fabulis deorum integritatem uiolare, & ueluti labem illis adspergere.* d ℂ *Quandoquidem dijs cõuiciari.*) *Elegantißimæ gnomæ sunt, quarũ prima monet, ne leuiter quicq̃ de dijs sentiamus: altera, ne de nobis ipsi gloriemur, ne ue iactemus quicquam, si nolimus insani uideri.*

Ne mihi nunc os cum illiusmodi obstrepas. Sine bellum pugnamq́ omnẽ à dijs separata, adferasq́ linguam ad urbem [a]Protogeniæ, [b]ubi tonitru uarij Iouis arbitrio Pyrrha & Deucalion à Parnasso descendentes, domo posita primũ sine cubili hominibus similem [c]lapideã fœturã pro-
» tulerunt. [d]Excita odarum eis sonorum iter, com-
» menda quoq́ [e]uetus uinum, ac hymnorũ [f]flores

EPODOS, COLON X.

» Recentiorum.

a ℂ Protogeniæ urbem.) *Periphrasis est urbis Opuntis. Iapeti filij sunt Prometheus & Epimetheus: deinde Promethei & Clymenes filius est Deucalion, qui & Opus nominatur Epimethei aũt & Pandoræ nata est Pyrrha: Pyrrhæ autem & Deucalionis filia est Protogenia, quam Locrus duxit in uxorem. Quia uero sterilis erat, ne Locrus sine successore obiret mortem, rapit Iupiter Protogeniam, ad Mænala Arcadiæ montem transferens, eamq; à se gra-*

uidam factam Locro marito reddit. Locrus è Ioue natam prolem suam putans, ei aui materni Deucalionis, qui aliàs etiam Opus dicebatur, nomen indidit.

b ℭ Vbi tonitru uarij Iouis.) Amplificatio est & dilatatio à fabula Deucalionis & Pyrrhæ, ad quos Locrorum originem refert Pindarus, ab antiquitate & prisco eos stemmate cõmendans. Atqui Græci è Genesi historiam de diluuio Noah suffurantes olim, in hanc suam (quam hic Pindarus & Ouid. 1. Metamorph. recensent) fabulam cõmutarunt. Quanquam si de speciali Græciæ cataclysmo accipiatur, ad Noah diluuium pertinere non poßit, ut ex Iustino mox subijciemus. c ℭ Lapideam genituram.) Homines ex lapidibus creatos dicit: siquidem Iussu Iouis, lapides post terga iacientes mortale genus instaurarunt. E lapidibus igitur à Deucalione uel Opunte proiectis mares, à Pyrrha uero proiectis fœminæ surgebant. Hinc Græci, inter quos est Epicharmus & Philochorus, referente interprete, homines λαὸς, à λᾶς, id est, lapis, quasi lapideos appellant. Quod intelligens Ouid. 1. Metamorph. inquit:

Inde genus durum sumus experiensq́; malorum,
Et documenta damus qua simus origine nati.

Iustinus Deucalionis fabulæ originem refert lib. 2. Temporibus, inquit, Amphitruonis Atheniensium regis, aquarum illuuies maiorem partem Græciæ absumpsit: superfuere quos refugia montium receperunt, aut ad regem Thessaliæ Deucalionem ratibus uecti sunt, à quo propterea genus hominum dicitur conditum. d ℭ Excita odarum.) Alia mentis suæ uel chori excitatio, qua hortatur, ut à priscis ad recentia, perinde ac suprà monuit, se conferat.

e ℭ Vetus uinũ.) Vetus uinum dignũ laudatu est, nõ ueteres fabulæ. Sic uinum Odyß. 2. ab Euryclia ad uigesimũ usq; annum seruatũ: sic uinum à Nestore Odyß. γ. in undecimum usq; annum retentum, laudem meretur. Cõmenda, inquit, uetus uinum, & nouos hos uictoribus conscriptos hymnos. Estq́; per comparationẽ dictum, ut uetera uina præstantiora sunt, sic recentes odæ, quibus uictores Olympici honorantur, reliquis sunt meliores. Rectioris hic iudicij sanè Pindarus esse uidetur, quàm ij, quibus omnia uiuentium scripta sordent, & quantumcunq; suæ ætatis eruditi. Veterũ, inquiũt, scripta mihi cordi sunt, nouorum opellæ non sunt nobis curæ. Alij quæcunq; recentiorum, eruditorum etiam scripta damnant: de nemine bene loqui poßunt, nisi de sese, & uno & altero suis, præq́; talibus omneis in uniuersum populos stipites & rudera iudicant: qui nisi sese ipsi iactarent, maiorem cum fidem tum autoritatẽ apud non paucos adipiscerentur. f ℭ Flores.) ἄνθεα, Metaphora est, pro iucunditate, precio & dignitate.

Ferunt

[a]Ferunt sane [b]terram nigram, [c]aquæ impetu perfusam, cæterum Iouis consilio, subitum eius effusionis [d]refluxum factum. [e]Ex illis primũ fortissimi progenitores uestri fuere Promethei de stemmate ô Opuntij, [f]è præstantissimorũ Saturniorum puellis, [g]indigenæ reges semper.

. a ℭ *Feruntsane.)* *Priori antistrophe, ut à Parnasso Deucalion & Pyrrha descendentes, lapidum post tergum iactu homines cõdiderint, ac modum, quo ex lapidibus procreati sint sine cubili, hoc est, sine congressu utriusq; coniugis, recensuit. Hic tempus subijcit, quando hoc contigerit. Tum, inquit, contigit, quando diluuio perijt & illuuie aquarum humanum genus, uel secundum poëtas & historicos græcos, ipsa Græcia.* b ℭ *Nigram terrã.)* *Nigram appellat à fœcunditate. Terræ enim colorem Aristoteles* περὶ χρωμάτων *proprium, alborem adserit, uel terram è sui natura esse albam: alios illi colores ex mixtura uariarum qualitatum uel elementorum accidere. Nigra terra iam olim fertilitatis laudem promeruit.* c ℭ *Aquæ impetu.)* ὕδατος σθένος, *aquæ impetu uel copia.* d ℭ *Refluxum.)* ἄμπωτις *uel* ἀνάπωσις *resorbitio est, uel refluxus aquarũ maris.* αὔτλον *est effusio & efflu*xus maris. *Suntq; hæc duo stagnationis uel reciproci fluxus & effluxus, qui septenis horis fit, & feruoris aquarum maris uocabula sibi inuicem contraria,* αὔτλον *&* ἄμπωτις. ἄμπωτις *ab* ἀναπίνω *ceu resorbitionem sonat, proprie subitum aquarum ex inundatione effusarum discessum significat.* αὔτλον.

e ℭ *Ex illis.)* *Deucalione & Pyrrha, uestri ô Opuntij. per* κόρους *enim iuuenes, nepotes & posteros Promethei & Deucalionis intelligit.*

f ℭ *E præstantissimorum Saturniorum puellis.)* *Est enallage numeri, plurali pro singulari utitur.* κορᾶν τε φερτάτων κρονιδᾶν, *pro* κορᾶν κρονιδᾶν. *Est igitur* κορᾶν *pro* κορῆς, φερτάτων κρονιδᾶν, *pro* φερτάτου κρονίδου. *Proinde hæc est sententia: Maiores uestri ô Opuntij, de Promethei imò Iapeti stemmate duxere principium, hoc est ex ipsa Protogenia, quæ filia est Deucalionis & Pyrrhæ, ut paulò ante connumeratũ: atq; puellis præstantissimorum Saturniorum, hoc est, (ut pluralis pro singulari accipiatur) è puella optimi Iouis, ut quam Iupiter deperierit, & grauidam, dum antea sterilis esset apud Locrum maritum, fecerit: ut in sequentibus clarescet.* φύτλα, *idem quod* γέννα ἢ γένεσις. φύτλα. g ℭ *Indigenæ.)* ἐγχώριοι, *quasi* αὐτόχθονες. *Laus est eorũ qui à bonis parentib. in ipsa patria nati sunt, quiq;*

non è uaria hominum colluuie propagari cernuntur. αὐτοχθόνων nomine Athenienses apud oratores & historicos prædicantur.

STROPHE III. COLON XVI.

Antea enim dux Olympius Opuntis filiæ è terra [a] Epeorum [b] clàm subreptæ in [c] Mænalijs iugis mixtus est, eamq; denuò ad Locrum retulit, [d] ne destinatū morti tempus, eum orbū prole sęponat. Atqui uxori clarissimum semen fuit, ac impendio lætatus est heros, uidens [e] supposititiū filium, [f] materniq; aui nomine similem esse iussit, uirum & forma & operibus præstantem: [g] ciuitatem deniq; & populum illi [h] regere dedit.

Vt Iupiter è rapta Protogenia Opuntē generarit, explicat. a ℂ Epeorum.) *Epei sunt Elij, dicti ab Epeo Endymionis filio.* b ℂ Clàm.)
ἴκελος. ἴκκλος, *tacitus, clàm.* c ℂ Mænalijs.) *Mænala Arcadiæ mons, unde Mænalij uersus Vergilio dum inquit:*

Incipe Mænalios mecum mea tibia uersus. *quem è Theocritico hoc,* ἄρχετε βουκολικᾶς μοῖσαι φίλαι ἄρχετ' ἀοιδᾶς *transtulit.*

d ℂ Ne destinatum.) *Hoc est, Iupiter ideo grauidam fecit Protogeniā, ne Locrus maritus sine prole ex hoc mundo migraret, ut regni & hæredem &*
ἐτῶν. *successorem haberet.* e ℂ Suppositium.) *Hanc uocem poëta narrando adiungit, rem indicans ut est: non quod Locrus ille bonus, suppositițiā prolem intellexisset, autumabat enim suum esse foetum, deq; suo semine prodijsse.*

f ℂ Materni aui.) *Maternus auus est Deucalion, qui & Opûs nominatus est, ut suprà.* μητρῶος *Pindaro hic auum maternum significat: Homero est auunculus uel frater matris, dum in Iliade inquit:* ἀσίῳ, ὃς μήτρως ἦν ἕκτορος ἱπποδάμοιο, αὐτοκασίγνητος δ' ἑκάβης. g ℂ Ciuitatē.) *Opunta uidelicet.* h ℂ Regere dedit.) διαιτᾶν *idem hic quod* κυβερνᾶν. *Metaphorice, prudenter & cum consilio administrare rempublicam, perinde ac medici in adhibendis pharmacis & medelis, diligenter & consultò præscribunt ægroto, qualem sese in cibo & potu gerere debeat.*

ANTISTROPHE, COLON XVI.

[a] Aduenerunt itaq; hospites ex Argo & Thebis, tum Arcades atq; Pisatæ. Præ omnibus au-

tem Actoris Aeginæq; filius Menœtius Opunti in precio fuit, cuius filius Patroclus unà cũ Atridis ad [b]Teuthrantis agrũ profectus cum Achille solus perstitit, quando forteis Danos in fugã abactos, in naues usq; Telephus compulit. [c]Vt facile sit cordato, certò discere Patrocli fortitudinem & prudentiam: unde & Achilles in pernicioso eum Marte

EPODOS, COLON X.

Adhortabatur, ne quando sine eius mortales domante iaculo se in aciem conferret, prælio'ue misceret.

a ℂ *Aduenerunt.*) *Dilatat ab amicis* Opuntis *ex* Protogeniæ *in mundũ editi. Iuncti sunt amicitia heroës finitimi,* Argiui, Thebani, Arcades, *Pisatæ: sed inter hos omneis Menœtiũ unice amauit & sectatus est.* Q*uare Menœtium præ cæteris coluit* Opûs*: ob eam nimirũ causam, quod omnium esset fortißimus & præstantißimus heros.* *b* ℂ Teuthrantis agrũ.) Troiam *uersus expeditionem destinantes* Græci, *in* Mysiam *appulsi,* Troiam *esse rati eam oppugnarunt. Hic eius terræ rex* Telephus *rempub. suam defensurus armauit sese aduersum* Græcos, *omneisq; in fugam uertit, præter* Achillem & Patroclum, *qui soli reliquis fugientibus perstitere.* *c* ℂ Vt facile sit.) ὥστ᾽ ἔμφρονι δεῖξαι. Fortitudo, *inquit,* Patrocli *inde colligi potest, quod* Achilles *noluerit eum absq; sese bellare. qui locus est & apud* Homerum Iliad. π. *ubi* Achilles ὅταν τὸν πάτροκλον προσαυδᾷ.

μὴ σύ γ᾽ ἄνευθεν ἐμεῖο λιλαίεσθαι πολεμίζειν
τρωσὶ φιλοπτολέμοισιν, ἀτιμότερον δέ με θήσεις.

Argumentum est ab amicis & conuersatione.

[a]Vtinam sim studiosus argumentorũ ad enarrandum inuentor, fiducia uero & [b]abundæ uires mihi suppeditent. Nam ex [c]hospitali uirtute [d]cõmendator ueni Isthmiarum Lampromachi [e]mitrarum, quando [f]utriq; obtinuerunt

STROPHE IIII. COLON XVI.

uno die opus.

a ℂ *Vtinam.)* *δύχῆ & uoto à parecbasi sese in uiam reuocat. Optat aũt sibi argumenta dari, Epharmosti & cognati eius Lampromachi uirtutibus digna.* *b* ℂ *Abunde uires.)* *ἀμφιλαφὴς δύναμις, magna potentia & uirtus, ab ἀμφὶ & λαμβάνω. Macedonica Dialecto β in φ mutatur, quasi ἀμφιλαβὴς δύναμις, potentia ueluti ambabus manibus, hoc est, totis uiribus complectens aliquid.* *c* ℂ *Hospitali uirtute.)* *προξενίᾳ δ' ἀρετᾷ, hoc est, propter hospitalitatem, amicitiam & uirtutem, atq; adeò liberalitatem Lampromachi.* *d* ℂ *Cõmendator.)* *τιμάορος ἀ τιμὴ & ὄρος custos.* *e* ℂ *Mitrarũ.)* *Per mitras hic coronas intelligit.*

f ℂ *Vtrique.)* *Epharmostus, & sanguinis gradu propior illi Lampromachus, una & eadem die Isthmijs certaminibus uictoria celebrati sunt. Opus obtinere igitur, hic est περίφρασις uictoriæ.*

Aliæ uero duæ tum in [a]Corynthi portis lætitiæ, dehinc & in [b]Nemeæ sinu Epharmosto con tigerunt. [c]In Argo subinde uirorũ celebritatem accepit, at puer Athenis. Vt uero [d]Marathoni ab imberbibus secedens, seniorũ certamen pro argenteis phialis expectabat? quos & [e]acri uersutia, ne pauxillũ quidem humi deflexus, domans circulum stadij percurrit. [f]Bone Deus, quanta uoce formosus ille adulescens ac iuxtà pulcherrima patrans id peregit?

a ℂ *Corynthi portis.)* *Corynthi portæ Isthmus est. Est enim ad Isthmum angustiam illam inter Aegeum & Ionium mare sita Corynthus.*

b ℂ *Sinu Nemeæ.)* *Sinus Nemeæ, periphrasis est Nemeorum: à uarijs enim uictorijs Epharmostum hic euehit.* *c* ℂ *In Argo.)* *In Argo celebrabantur Iunonia.* *d* ℂ *Marathoni.)* *Marathon Atticæ campus, Medorum cum Atheniensibus bello clarus, ut est apud Thucydidem lib. 1. Meminit & Plinius Marathonis lib. 9. cap. 10. Agebantur illic Heraclea, hoc est ludi in gratiã Herculis instituti. Porrò Marathoni uincentibus argenteæ phialæ præmium erant.* *e* ℂ *Acri uersutia.)* *ὀξυρεπεῖ δόλῳ, acute & fortiter progrediente arte. ἀπτῶτι, id est, quæ ars casu & ruina carebat: id est,*

est, firmiter persistens pugnabat, nunq̃ humi procumbens per stadiũ currebat.

f ℭ Bone Deus.) ὄοσα Βοᾷ, *cum exclamatione: perinde ac si dicat, dij boni, quanto clamore, quàm insigni forma, ista omnia præclarißima* Epharmostus *peregit? ut pulchritudine eximius, sic robore & factis claruit.*

ANTISTROPHE, COLON XVI.

Quibus [a]Parrhasio exercitu, admirabilis apparuit circa Lycæi Iouis concionem: & quando pharmacum [b]uentos ac frigidam auram propulsans [c]Pellenæ ferebat. [d]Iolai tymbus, maritima denicp [e]Eleusis splendoribus eius [f]testimonium dicit. [g]Quod uero à natura bonum est, totum est optimum. Multi quidem doctrina acquisitis uirtutibus famam inquirere conati sunt: sed [h]quicquid ex Deo non est, haud immeritò obticetur. Nam aliæ uiæ sunt

EPODOS, COLON X.

Alijs excellentiores. [i]Eadem aũt non omneis nos alit exercitatio. [k]Sapientiæ sanè sublimes uię sunt. [l]Hoc tandem brauij adferens, alte clama. Haud dubie hunc uirum diuinitus esse, manu & membris ac toto corpore dextrum, ipsocp uultu fortitudinem præ se ferentem, qui Aiaceã aram, ubi in Oileijs uictor euaserat, corona redimiuit.

a ℭ *Parrhasio exercitu.) Parrhasia Arcadiæ urbs, cuius meminit* Homerus *in catalogo nauium:*

σύμφηλον τ᾽ εἶχον, καὶ παῤῥασίην ἐνέμοντο. *Dicta à Parrhaso* Lycaonis *filio.* Charax Pelasgo *Archestris nato conditã,* Nicanor *Parmasiam appellatam tradit,* Stephano *autore. In ea* Lycæi Iouis *ludi agebantur. Sensus igitur est: Forma & opere conspicuus* Epharmostus, Lycæi Iouis *ludis uictoriã* Parrhasiæ *obtinuit.* *b* ℭ *Ventos propulsans.)* εὐδίανον, *hoc est* ἀλεξάνεμον, *uentum & frigus abigens.* *c* ℭ *Pellenæ.) Pellene Achaiæ urbs, ubi* Mercurij & Apollinis *solennitas,* Theoxenia *quidem agebantur. Illic*

Chlena. uictoriæ præmiũ erat χλαίνα. Vestis genus hybernum chlæna est, quod hominem calefaciat, à χλιαίνειν, id est calefacere, dictũ. Iulius pollux in 7. alias simplices alias duplices fuisse tradit: tum lecti operimentum quoq; appellari χλαίναν, ut apud Homerũ in 3. & 4. Odyß. Attici χλαίνας ἁπληγίδας καὶ διπληγγίδας καὶ διβόλους nominarunt. d ℭ Iolai tumba.) Iolai monumentum seu tumba Thebis erat: ab eo certamina Iolaia, quibus uictor euasit Epharmostus. e ℭ Eleusis.) Eleusi Atticæ urbe, Cereris & Proserpinæ agones, Demetria & Anacalypteria uel Eleusinia agebantur: præmium uictoriæ hordeum erat. f ℭ Testimonium.) σύνδικος, id est μάρτυς, testis, cõmunicator consilij, causæ adiutor, ac ueluti simul iudicans. sic in prima Pythiorum ode σύνδικον μοισᾶν κτέανον inquit, à σὺν & δίκη. g ℭ Quod uero natura.) Natura uiribus insignem fuisse Epharmostum ostendit, naturam arti præstare iuxtà adserens: cuius & sententiæ Aristoteles, dum inquit:

Optimus ille quidem qui per sese omnia nouit. qui αὐτοδίδακτος est, qualem se Phemius apud Vlyssem esse gloriatur. h ℭ ἄνδ θεοῦ.) Quicquid non ex Deo, uel quicquid sine Deo est, uel diuino numine carens. Intelligit autem iuxta mentem interpretis, natiuam scientiam, ac naturale cuiusq; ingenium. Quod natura non eximium est, non est quur multis præconijs efferri debeat. Etsi enim ars & usus plurimum efficiant, non tamen cum natura conferri possunt ea quæ ab arte proficiscuntur. Res autem mortalium ita comparatæ sunt, ut aliæ sint alijs excellentiores. Hinc est quod ait: ὁδῶν ὁδοὶ φέρτι γὰρ ἄλλαι περαίτεραι. atq; hanc sententiam probat sequenti ratione:

μία δ' οὐχ ἅπαντας ἄμμε θρέψει μελέτα.

i ℭ Eadem nõ omnes nos.) Non omnes ijsdem dotibus, ingenijs, artibus, pollemus: sed alium lucta, alium pugilatu, alium Musica, alium bonis disciplinis & sapientia clarum esse cõuenit. k ℭ Sapientia excelsa.) σοφίαι δ' αἰπειναί. Sapiẽtiæ autem excelsæ: uel, sapientia quidem sublimis est. Non parua res est sapientem esse, sed ardua, sed sublimis. quasi dicat: Etsi uariæ sint dotes mortalium, sapientiam tamen, quæ per literas & præclaras Musas confertur, cunctas antecellere certũ est. Qua gnome ad suam pariter Lyricen respicit. quasi dicat: Quanquã Olympia uiceris Epharmoste, & præclaram & nunquã ideo interituram famam obtinueris, non erit tamen cõsummata tua fœlicitas, (ut quæ intra patriæ tuæ fines claudatur, & apud te nepotesq; paucos fortasse permaneat) nisi sapientia & literis eruditorum, immortalitati res tuæ præclare gestæ mandentur. l ℭ Hoc præmij adferens.) Apostrophe est ad animum suum, uel ad chorum uictoris, qua perorando monet, ut Epharmosto

ſto hunc hymnum offerat, quo ipſius felicitas atq; lætitia conſummatior fiat. m ☾ Oileijs.) Admiſcet ſimul Oileia, ludos ab Aiace Oileis filio dictos, in quibus Epharmoſtus uicerat. Nam in gratiam Aiacis Oilei, à Locris Opunti inſtituta erant. ἰλιάδα genitiuus eſt Doricus, pro ὀϊλιάδου, hoc eſt, Oileis filij, Aiacis nimirum aram uincens exornauit corona. Sine o ſcripſit, per aphæreſin, uerſus gratia.

AGESIDAMO LOCRO EPIZEPHYrio puero, pugili. ODE X.

STROPHE I. COLON VIII.

O [a] Lympiorum uictorem ad memoriã reuocate mihi Archeſtrati filium, quo locorũ mentis meæ ſcriptus ſit: [b] Dulce nanq; melos debens, eius oblitus ſum ô Muſæ. [c] Atqui tu unà cum Veritate Iouis filia, [d] recta manu arcete [e] mendaciorum in amicos delinquentem ſermonem.

ENARRATIO.

Ageſidamo Locro Epizephyrio. Vt hæc epigraphe intelligatur, neceſſum eſt nouiſſe, tria Locrorũ eſſe genera. Alij enim iuxta Aetoliam ſunt, qui Ozolæ appellantur: alij iuxta Eubœam, qui Epicnemidij & Leleges: alij prope Italiam, qui Epizephyrij dicuntur, quod iuxta Zephyrum oppidum, ut Stephanus habet, ſiti ſint. *Epigraphes ratio.* Prædicat Ageſidamum à patria, ab inſtitutione. Deinde digreſsione ad Herculem & inſtituta ab eo Olympia, & eos qui primũ in Olympijs uictoria potiti ſunt, bonam hymni partem abſoluit. *Argumentum.* a ☾ Olympiorũ uictorem.) Muſas primum hortatur ut ſibi in mentem reducant Ageſidamũ. Variãt hic Scholia, dum aliàs ἀνάγνωτε ad ſcripta referãt, ut ſit, Legite mihi ô Muſæ: quaſi hymnum iampridem aliquem ſcripſerit, quem tamen uilipenderit: aliàs ἀνάγνωτε pro ἀναγνωρίσατε, hoc eſt, manifeſtate, ad memoriã mihi reuocate, idq; μεταφορικῶς, accipiant. Mihi haud ineptum uidetur, ſi, quemadmodum reddidi, pro reuocare ad memoriam explicetur. Sunt aũt tres mentis partes, interprete referente, λογιστικὸν, μνημονευτικὸν, φανταστικόν. λογιστικὸν ἐν ἐγκεφάλῳ, φανταστικὸν ἐν τῷ μετώπῳ, τὸ δὲ μνημονευτικὸν μέσον τῶν δύο. Habent aũt ambo, uidelicet logiſticum & phantaſticum, ceu promptuarium quoddam, ipſum mnemoneuticon,

in quod reponunt, quæcunq; altera pars imaginatur, altera uidelicet logistica ratiocinatur uel colligit. Ex memoriali igitur parte meminisse possumus, quicquid uel legimus, uel cõspeximus. Vnde Pindarus: Quanã, inquit, mentis meæ parte constitutus sit Agesidemus, mihi quæso ô Musæ commonstrate.

b ℂ Dulce nanq; melos.) Debere se, ait, hymnum Agesidemo, & oblitum tamen esse: unde colligitur, quod promiserit, ac ante multum temporis in animum induxerit pangere epinicion, cuius iamnunc primum sibi in mentem ueniat. Quia uero se debere dicit, beneuolentiam sibi conciliat Agesidemi. Et quia debitum non persoluerit, ex obliuione id factum dicit, ut aliquid saltem ueniæ impetret dilationis. c ℂ Atqui tu unà cum Veritate.) Ab omnibus Musis, ad unam iam & ipsam Veritatem descendit. Precatur autem ut illa ipsa Musa, tum Veritas (idq; insigni prosopopœia) excusent suam ingratitudinem, quod amici sui uictoris Agesidemi laudes tandiu, sed per obliuionem cõticuerit. Per Musam aũt Clionem intelligit Lyricæ præfectã, ut est in primo Epigrammatũ uidere, ubi singularũ Musarũ officia hisce uersibus exhibentur:

Καλλιόπη, σοφίην ἡρωΐδος εὗρεν ἀοιδῆς.
Κλειὼ, καλλιχόρου κιθάρης μελιηδέα μολπήν.
Εὐτέρπη, τραγικοῖο χοροῦ πολυηχέα φωνήν.
Μελπομένη, θνητοῖσι μελίφρονα βάρβιτον ἦρε.
Τερψιχόρη χαρίεσσα, πόρεν τεχνήμονας αὐλούς.
ὕμνους ἀθανάτων Ἐρατὼ πολυτερπέας εὗρε.
τέρψιας ὀρχηθμοῖο Πολύμνια πάνσοφος εὗρεν.
ἁρμονίην πάσαισι Πολύμνια δῶκεν ἀοιδαῖς.
Οὐρανίη, πόλον εὗρε, καὶ οὐρανίων χορὸν ἄστρων.
κωμικὸν εὗρε Θάλεια βίον τε, καὶ ἤθεα κεδνά.

Lyricus ergo uates, lyrices præsidem deam Cliona inuocat. Animaduertendũ quod Veritatem hic Iouis filiam Pindarus fingit, idq; optimo iudicio: Veritas enim è summo Deo nascitur: imò ut sacra testantur, ipse Deus est ueritas. Aliàs temporis gnata traditur, quod ueritas tempore in lucem prodeat, perinde ac senarius ille prouerbialis habet:

ἄγει δὲ πρὸς φῶς τὴν ἀλήθειαν χρόνος.

d ℂ Recta manu.) Insigni potentia uestra tenete, seu arcete mendaciorum increpationem, quibus in amicum & hospitem meum Agesidemũ errasse ac deliquisse uideor. e ℂ Mendaciorum.) E dictione ψευδέων colligitur, ipsum promisisse hymnũ, quem tamen obliuioni tradiderit. Estq; hic elegans antithesis in mendacio & ueritate. Quia enim mendacio obnoxius factus est,

est, Veritatem sibi patronã accersit: quo ostendit se posthac pacti tenacem fore.

ANTISTROPHE, COLON VIII.

A longe nanq; adueniens futurum tempus, meum [a] pudefecit ingens debitum. [b] Attamen dilationem tardam fœnus persoluere potest, nunc [c] ubi præeffluens fluctus submergit uolutatum in littore calculum, & ubi iam [d] cõmunem ad charã iam oblectationem, sermonem exoluemus.

Rationem reddit, quur Clio & Veritas increpationem obliuionis nomine debeant arcere. Instans, inquit, tempus longe adueniens, scilicet post promißionem meam. Quo coniecturæ locum relinquit, iandiu ab eo intermissam promißionem. a ❨ *Pudefecit.)* βαθὺ χρέος, *hoc est,* πολλὸν ὄφλημα, *magnum debitum meum.* b ❨ *Attamen dilationem.) Promittit se nunc cum fœnore redditurũ quod hactenus intermiserit. Fœnore, inquit, & culpam & obliuionem meam resarciam. Comparat dilationem hymni sui creditæ pecuniæ ad usurã, cuius quo plus redditio differtur, hoc maior fœnori fit acceßio. quasi dicat: Ego cum fœnore abunde rependam quod neglectum est hactenus. Quemadmodum enim debitores ultra creditam pecuniã, aliam ad usuram fœneratoribus addere coguntur, sic Pindarus ultra promissum hymnum, alterum ceu fœnoris loco adijcit.* c ❨ *Vbi præeffluens fluctus.) Argumentum est allegoricũ, ab efficacia & uiribus poëtices eius ductum. Nunc fœnus querimoniam restinguet, quando inundans fluctus uolutatã in littore contegit arenam. Inundans itaq; fluctus, poëtices & hymni eius amplitudo est. Arena in littore uolutata, est iactata paßim accusatio poëtæ, de cum obliuione, tum inconstantia eius.* d ❨ *Cõmunem sermonem.)* κοινὸν λόγον, *id est, hymnũ qui per multorum ora & manus uagaturus est, qui gratus item uictori futurus.*

EPODOS, COLON IX.

Porrò [a] synceritas urbem Locrorum administrat Zephyriorum, illisq; curæ est Calliope, & ferreus Mars: cõuertit autem in fugam [b] Cycnea pugna, & uiribus præstantem Herculem. At pugil Agesidamus Olympiade uincens, [c] Iolæ referat gratiam, [d] quemadmodum Achilli Patroclus.

" [e]Sic alium uirtute magnũ uirum alius exercens,
" ad ſublimem euexit gloriam Dei munere.

ἀτρέκεια. *Laus patriæ Ageſidami à ueritate, à poëtica, à rebus bellicis.* a ℭ *Syn ceritas.)* *Veritatem & ſynceritatem* ἀτρέκεια *ſignat. Sunt qui hic* ἡ τρα-χεῖα *etiam legunt, quod Locrorũ urbs ſit aſpera & maritima. quaſi dicat: Tam etſi aſpero ſit ſolo ciuitas ſita, bonis tamen legibus adminiſtratur, Zaleuco paſtore Apollinis oraculo ipſis in legiſlatorem deſtinato, ut Ariſtoteles tradit, referente interprete.* b ℭ *Cycnea pugna.)* *Victoris primum imbecillitatem excuſat, quaſi principio pugilatu elanguerit, at poſtea reſumptis uiribus Iolæ unctoris ope, ſtrenue uictoriam obtinuerit. Non eſt mirum, inquit, primũ te non potuiſſe impetũ antagoniſtæ tui ferre, quandoquidem & Hercules Cycnea pugna, tantus bellator, tam fortis, tamq; inuictus, à Cycno in fugam actus ſit. Cycnus Martis filius in tranſitu Theſſaliæ demorans, prætereuntes per inſidias obtruncabat, ex occiſorum capitibus Marti templum conditurus. Herculi ergo tranſeunti aliquando eum locum, inſidias meditabatur Cycnus, eumq; pugna adoriebatur: & quum Martem patrem auxiliatorem haberet, in fugam Hercules ille fortiſsimus actus eſt: ſed reuerſus poſthac, Cycnum ſolum repertũ neci dedit.* c ℭ *Ilæ gratiam.)* *Scholia, Iolæ & Hylæ legunt: Pindarus, Ilæ gratiam agat. Ilas ergo uel Iolas uel Hylas, aliptes Ageſidemi, qui cum uideret ferè ſuccumbentem primo Ageſidemum, ita ei animũ addidit, ut protenus ſuum aduerſarium uinceret.* d ℭ *Quemadmodum Achilli Patroclus.)* *Haud indecora comparatione Hylam alipten Achilli, Patroclum Ageſidamo confert. Patroclus ope & armis Achillis fugat Troianos Iliad. 16. Sic Ageſidamus ope Hylæ ſternit ſibi contranitentem.* e ℭ *Sic alium.)* *Gnome eſt Epiphonema complexa, qua Hylæ beneficium commendat, quaq; nos monet, ut ne beneficientibus nobis ingrati ſimus.*

STROPHE II. COLON VIII.

[a]Labore uacantem lætitiam, uitæ lucem, ante omnia opera, pauci quidam adſecuti ſunt. [b]Me uero [c]certamen excellentiſsimũ canere [d]fata con citarunt Iouis, quod iuxta [e]ueterem Pelopis tumulum [f]ſuis Herculea condidit, poſtquam Neptunium [g]innoxium [h]Cteatum

ANTI

ANTISTROPHE, COLON VIII.

Occidit atque Eurytum, [i]ut seruitutis suæ mercedem, à superbo Augea uoluntarius ab inuito exigeret. [k]Sub Cleonis enim insidias tendens in itinere, domuit illos Hercules, quod & antea [l]Tirynthium exercitum in angulis Elidis cunctantem, populati erant

EPODOS, COLON IX.

[m]Moliones arrogantes.

a ℭ *Labore uacantem lætitiam.*) *Arduas res lætitiā præcedere ait. Gnome est, qua uirtutem & uictoriā citra sudorem non posse parari dicit. Proinde eum rectè impendisse quicquā ut ita exerceretur in pugilatu, quo reliquos anteuerteret. Præterea ut res quælibet est præstantißima, sic plurimū laboris & curæ desiderat, antea quàm eam quis impetret. Similes huius in superioribus gnomas accepimus, ut,* ἀκίνδυνοι δὲ ἀρεταί, *ode 6.* & 5. ἀεὶ δ' ἀμφ' ἀρεταῖσι πόνος δαπάνα τε μάρναται. & 1. ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἄναλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει. Et Hesiod. τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοί. &c.

b ℭ Me uero.) *Parecbasis est ad Herculis bellum, aduersus Augeā Eliorum regem. Ostensurus autem quo pacto primū Olympiaca instituerit, bellum quod geßit aduersus Augeam recenset. Et quia eximium esse certamen Olympiacum adfirmat, uictoris pariter augescit præconium, ut qui tanto, tamq; illustri agone præ alijs palmam sit adeptus, ad quem tota Græcia ferè singulis lustris confluere solebat, ut & Isocrates in Panegyrico nonnihil meminit.*

c ℭ Excellens certamen.) ἀγῶνα ἔξαιρετον. *Scribitur etiam* ἑξάβωμον, *senarium complectentem, propter sex aras in Olympia, de quibus antehac.* d ℭ Fata.) θέμιτες *leges, per* τὸ νόμοι *Hypomnemata reddunt.* e ℭ Veterem Pelopis tumulum.) *Tumulatus est enim Pisæ certe Pelops, quam pro dote accepit ab Hippodamia Oenomai regis filia, ut antea enarratū.* f ℭ Vis Herculea.) *Perinde ac Homerus* βίη ἡρακληείη. *Herculis periphrasis est.* g ℭ ἀμύμονα.) *Innoxium,* ἄψογον, *irreprehensibilem.* h ℭ Cteatum occidit.) *Cteatus & Eurytus Neptuni & Moliones filij fuerunt. Molione uero Moli est filia, uel secundū alios Actoris: hinc & Actoriones hi duo fratres apud poëtas nominantur. Diuersam ab alijs hominibus naturam sunt adepti: nam duplicis naturæ fuerunt: uterq; duo capita, quatuor manus, totidem pedes, unum aūt corpus: propterea bellicosi,* *Cteatus & Eurytus.*

in prælijs fortiter dimicarunt. Hercules itaq; quum eos palàm non posset uincere, insidijs aggressus, occìdit eos, eaq; ratione Elin obtinuit: autoribus Pherecyde, & Mnasea Patarensi. Nestor Homericus Iliad. λ hos etiam producit.

i ℂ *Vt seruitutis suæ mercedem.)* Augeas Eliorum rex, Herculem pacto & certa mercede ad purgandum bubile conduxit: uerum absoluto per Herculem labore, non stetit ille promißis: itaq; Hercules aduersus ipsum bellum mouens, superior euasit, captaq; Elide, & perdito rege, Olympiacũ instituit agonem, id quod & antehac explicatum. k ℂ *Sub Cleonis.)* Ciuitas est Argolicæ Cleonæ. l ℂ *Tirynthium.)* Tirynthius Hercules à Tirynthe Argi urbe. ἄμμιγνον pro ἤμιγνον, ἄλιδος pro ἤλιδος. m ℂ *Moliones arrogantes.)* Moliones Cteatus & Eurytus dicuntur patronymica forma, uel potius matronymica, ut ita dicam: à matre enim μολιόνη, deducitur μολιὼν μολιόνος, πληθυντικῶς μολιόνες. hos quidã ἀπὸ τοῦ κατὰ μάχην μολιώσεως dictos putant: quorũ sententia mihi non admodũ probatur.

Cleonæ

Atqui deceptor hospitum, Eliorum rex, non multo post tempore conspexit patriam prædiuitem, sæuo partim igni, partim diris ferri plagis, in alto noxæ fluxu constitutã suam nempe ciui» tatem. Iam bellum potentiorum abigere, res am» bigua est. Quin & ipse Augeas per imprudentiam captiuus tandem in Herculẽ incidens, acerbam mortem effugere non potuit.

In quæ pericula ob uiolatã fidem, obq; rescissa pacta inciderit Augeas, commemorat. Ideo enim & patriam suam uastari incendio & ferro cõspexit: ideo etiam ipse captiuus Herculis manu occisus est. Ciuitatẽ cuius hic meminit, quidam Phycteon appellatam putant, à Phycteo Epeorum principe: ut Scholia.

Phycteon ciuitas & patria Augeæ

STROPHE III. COLON VIII.

[a]Post hæc Hercules, [b]Pisæ totum cõgregans exercitum, omnemq; prædam, fortis Iouis proles, diuinũ maximo patri delubrũ circũcirca munitũ designabat. [c]Altin quidẽ in mũdo loco definiebat. Quod uero in circuitu nemoris solũ erat, conuiuio locũ dedit, ueneratus [d]Alphei transitũ

ANTI

ANTISTROPHE, COLON VIII.

Cum duodecim deorum regibus.

a ¶ *Post hæc Hercules.) Quid egerit Hercules post interemptum Augeam refert, quo'ue ordine Olympiadem instituerit.*

1 *Nemus & delubrum Ioui consecrauit.*

2 *Altin locum illum certamini selegit.*

3 *Locum conuiuio, peracto agone designauit.*

4 *Veneratus est Alpheum cum duodecim regibus. Id est, sex aras erexit, quarum unaquælibet duobus dijs erat dicata, ut in quinta Olympiorum ode explanatum:* b ¶ *Pisæ.) Pisa ab Olympia sex stadijs distat. Et Elij subiugatis sibi Pisæatis, Pisam Elin quoq; uocarunt. Vnde Pindarum contendit per Pisam Elin intelligere Didymus. Secundũ uero Demetriũ Triclinium quinquaginta stadijs inter sese distant, ut in 1. Olympiorũ etiam annotatum.* c ¶ *Altin.) Templũ Iouis, seu adytum, seu nomen loci est. Sunt qui & ἄλπιν legant. Aristodemus in Scholijs, simpliciter esse locum circa Olympiam Altin ait, hincq; Iouem Altiũ nominari.* d ¶ *Alphei.) Alpheo primum sacra præ reliquis fecit, ceu deo indigenæ & gentilitio, & eius loci præsenti semper & peculiari numini.*

Ac [a]montem Saturni prædicauit, celebremq; reddidit: antea enim [b]obscurus, sub Oenomao rege multa niue irrigabatur: illic in primogenita festiuitate [c]Parcæ quidem astiterunt, & quod solum perspicue ueritatem demonstrat

EPODOS, COLON IX.

Tempus. [d]Hoc, & quod antea planum, progressu suo, ubinã scilicet parta bello spolia, primitias ipsas sacrificarit Hercules, & ubi quinquennem instituerit festiuitatem, apertius exhibuit. Proinde quis iam in prima Olympiade & Nicephorijs [e]recentem nactus est coronã? manibus, pedibus & curribus gloria conspicuus, certaminis iactationem, ei qui uictus est, auferens.

a ¶ *Montem Saturni.) Saturni montem quinto celebrem reddidit Her*

cules. Est aūt Saturni collis uel cacumen, in quo Saturni templum erat: Oenomai & Augeæ temporibus incognitum. b ❨ *Obscurus.)* νώνυμος *est incelebris, obscurus, à* νὴ *priuante particula, &* ὄνομα *nomen.* c ❨ *Parcæ astiterunt.)* *Parcæ & fata astiterunt primæ Panegyri ab Hercule institutæ, ut fortunatam atq; felicem eam redderent. Tempus ceu numen quoddam pariter astitit, quod illam ipsam subinde clariorem celebrioremq; faceret. Et quia Tempus præsto fuerit, subijcit rationē.* d ❨ *Hoc & quod antea.)* τόδε σαφανὲς. *Tempus, inquit, clare explicauit, & cognitū posteris fecit, durante ea Panegyri, ubi Hercules quinquennalem agonem primum condiderit.*

e ❨ *Recentem coronam.)* ποτοίνιον, *id est* πρόσφατον, *recentem. Subiectione rhetorica, ad primos Olympicorum ludorum uictores digreditur, primæ Olympiadis, qua de in origine Olympiorum dictum, ode prima.*

STROPHE IIII. COLON VIII.

[a]Quippe in stadio ad iustam longitudinem recte protenso cursu, Oeonus Licymnij filius primas tenuit, dux Medeæ urbis. Lucta Echemus Tegean glorificauit. Doriclus summā cæstus retulit, Tiryntha ciuitatē habitās. Quadriga demū

ANTISTROPHE, COLON VIII.

Halirrhothius Mantinæus. Phrastor hastæ proiectu scopū attigit. Eniceus petrā uertens manu præ omnibus longius proiecit, & sociorum non paruam multitudinē ad stuporem egit, [b]accenditq; uespere iucundū lunæ speciosæ lumen.

a ❨ *Quippe in stadio.)* *Primos primæ Olympiadis uictores, cum patria illorum tellure denumerat:*

1 *Stadij uictor Oeonus Licymnij filius fuit, Medeæ Argolicæ urbis princeps.*

2 *Lucta uictoriam obtinuit Echemus: patria eius Tegea Arcadiæ urbs.*

3 *Doriclus Tirynthius pugilatu uicit.*

4 *Quadriga uicit Halirrhothius Mantinæus.* *Variat aūt hic lectio: alij* σῆμα *pro* σημεῖον, *alij* σῆμε, *alij* σᾶμον, *alij* σῆρον *legunt: ut sit sententia: O Seme Halirrhothij fili à Mantinea oriunde, uicisti quadriga: ut per apostrophen &* ἔλλειψιν *complecatur oratio. Mea fert opinio,* σῆμα ἀλιῤῥόθιο

esse

esse periphrasin, pro ipso Halirrhothio: ut σῶμα pro corpore, qua significatione & Plutarchus usus est in Homeri βίῳ, accipiatur: tum nō erit opus magna lectionis uarietate. Est autem Mantinea Arcadiæ ciuitas, autore Stephano, de qua Homerus in catalogo nauium:

οἵ τεγέαν τ' εἶχον, καὶ μαντινέην ἐρατεινὴν.

Hæc est illa Mantinea, ad quam Lacedæmonij, à suis uxoribus redarguti, tali quadam γνώμῃ (Quô fugitis, num denuò aluum nostram subingrediemini?) Thebanos uicerunt.

5 Phrastor iaculo scopum attigit.

6 Eniceus discum manu rotans super omneis proiecit. Per petram enim hic discum intelligit, cuius crebra est mentio posthac apud Pindarum & apud Homerum. Hic lapis etiam Solus dicitur. Solo Hyacinthum inuitus Apollo occidit apud Amyclæum fluuium, ut Nicander in Theriacis autor est. Scholia in β Iliados ita definiūt discum: δίσκος ἐστὶ βαρὺς λίθος ὃν ἐρρίπτουν οἱ γυμναζόμενοι. τὸν γὰρ σίδηρουν, σόλον προσαγορεύουσι. Ex quo loco colligitur discum massam fuisse lapideā, σόλον uero ferream. Discrimen uero in Iliados ψ Disci & Soli tale faciunt: Differunt quidem Solus & discus: quod discus quidem latus est magisq; cauus, Solus uero teres & rotundus, uel sphæricus. Exhibentur autem & Iliados ψ ἀγῶνες, ἱππικὸς, πυκτικὸς, πάλης, δρόμου, θωρηχθέντων, σόλου βολῆς, τοξικῆς, καὶ ἔγχεος. ἔδικε ergo poëta per aphæresin & syncopen dixit, pro ἐδίσκευε. Iaculatur etiam discum Vlysses apud Alcinoum regem, à conuiuio. b ℭ Accenditq; uesperre.) Allegoria est. Illustrauit lunam, hoc est, certamen suum peregit plenilunij tempore. Nam circa τὴν πανσέληνον solebat perfici ea Panegyris, ut in superioribus cōmonstratum. Atq; hæc ad Herculis institutionem referri possunt, quod finitis certaminibus conuiuijs locum dederint.

EPODOS, COLON IX.

[a]Sonabat autem omne delubrum in delectabilibus conuiuijs uictorū laudes. [b]Et nunc priores ceremonias sequuti, ad celebrem gratiā sublimis uictoriæ, tonitru & igni flagrās telum horrisoni Iouis, ardensq; fortissime compactum fulmen canamus. Atq; hic [c]tenere oblectans carminum demulcimentū ad tibiam illi occurret,

a ℭ Sonabat omne delubrum.) Quid inter conuiuandum è ritu ueterū

contigerit. Dum cõuiuarentur, encomia uictorũ recini solebant. b ❨ Et *nunc priores.)* ἀρχαῖς δὲ προτέραις ἑπόμενοι. *Redit à parecbasi ad institutum Agesidami encomium: ac primum sc fulmen Iouis, hoc est, ipsum fulminantem Iouem (qui Olympiæ colebatur) celebraturũ spondet: deinde uero Agesidamum: idq; prisco more, quo post peracta certamina, uictores laudibus efferebant.* c ❨ *Tenere demulcens.)* χλιδῶσα *pro* τρυφῶσα. *Tenera cantilena, præclarus hymnus illi Agesidamo ad tibiam dicetur.*

STROPHE V. COLON VIII.

[a]Quæ apud percelebrẽ Dircen olim quidem
» [b]apparuerunt. Sed [c]ut filius ex germana coniuge
» patri desiderabilis, ueniente rursum iuuentute,
» magis autem inflammat amore mentem, quando
» diuitiæ adscitum aliunde pastorem & hæredem
» nactæ, morienti sunt tristissimæ:

ANTISTROPHE, COLON VIII.

» Sic est quando is qui egregia facinora peregit, sine hymno Agesidame, ad Ditis ædes accesserit: inaniter enim spirans, labore suo breuiter admodum delectatus est. [d]Tibi uero suauisona lyra, dulcisq; tibia gratiã parit ac [e]uariat. Sed et Pierides [f]Iouis filiæ, longe lateq; tuã adaugent famã.

Dirce. a ❨ *Quæ.) Scilicet carmina prope Dircen Thebanum fontem apparuerũt. Est metaphora & Synecdoche. Sensus est: Carmina Thebana, hoc est, mea, & Pindarica, quandoquidem Thebanus sum, in decus & splendorem Agesidami ad tibiam canentur.* b ❨ *Apparuerũt.)* φάνεν *est pro* ἐφάνησαν, *per* ἀφαίρεσιν *&* ἀποκοπήν. *Lyrice, inquit, mea, quæ iam antea Thebis patria mea inclaruit, iamq; diu, quantum ad promissum attinet, apparuit, Agesidamo iamnunc tandem canetur, uel scripta etiam recitabitur. Nam & calamus & ad fistulam, & calamo scriptum hymnum referri potest.*

c ❨ *Vt filius.)* ὥστε παῖς. *Comparat hymnũ suũ filio gnesio. Quemadmodum, inquit, è germana coniuge filius gratissimus est patri redeunte illi iuuentute, id est senio confecto: Nam ut prouerbium habet,* δὶς παῖδες γέροντες: *ob eam potissimum causam, quod uideat facultatibus suis uerum superstitem*

Apud Aristoph. in νεφέλαις.

tem hæredem: Sic encomion hoc tibi gratum erit, propterea quod te olim uita defunctum posteris cõmendabit, nec tua unquam monumenta obliterari sinet. Constat autem comparatio hæc antithesi tali: Pater ob successorem legitimum filium gaudio perfunditur, Econtrario: Pater ob alienos successores, nulla sua superstite sobole genuina, mœrore conficitur. Sic qui insignium facinorũ splendore rutilat, ex hac uita migrans gaudet, si habeat uirtutum suarum buccinatores & encomiastas. Rursus mœret, si nullam uideat meritorum suorum memoriam apud posteros relinqui. Quod illis contingit, qui Musas & literas non colunt, seu quorum eruditi res gestas literis non cõmendarint. d ℂ Tibi uero suauisona lyra.) τὶν δ' ἁδυεπής. Hymnum suum absoluturus, Agesidamum non sine laudum suarum præconibus abiturum ex hoc mundo adfirmat. e ℂ Variat.) ἀναπάσσει, respergit, uarie concinit. f ℂ Iouis filiæ.) Filiæ Iouis latam celebritatẽ habent: id est, Musæ & bonæ literæ, possunt quem uoluerint eximie cõmendare. Gnome est, cui consonat illa Hesiodia:

ἐκ γὰρ μουσάων κλέος ἔσσεται ἀνθρώποισι.

EPODOS, COLON IX.

[a]Et ego adiunctus Musis, in inclytam Locrorum gentem incidi, [b]melleq; fortem ciuitatem irrigans, amabilẽ Archestrati filium laudaui: quẽ uidi manus robore, ad aram Olympiã præstantem, eo quidem temporis forma pulchrum, ætate temperatũ, quæ [c]impudentem [d] à Gannymede mortem unà cum Venere prohibuit.

a ℂ Et ego.) Scite quasi perorando, ab infinito, aq; multis Agesidami præconibus, ad finitum, ad semet ipse descendit. quasi dicat: Nedum ab alijs & ab ipsis Pieridibus & tibijs, uerum & à me laudaberis, imò iam cõmendatus es. b ℂ Melle.) μέλιτι. Metaphora est, pro dulci hymno. c ℂ Impudentem.) Impudentem mortem, quod nemini parcat, nec ullum neq; temporis, neq; personarum respectum habeat. d ℂ A Gannymede.) Gannymedes lætificantem curas sonat, à γάνυμι, & μῆδος. Quomodo hic ad deorum collegium translatus sit, ut illorum pincernam ageret, est in prima ode Olymp. recitatum. Adijciemus hic saltem nonnihil ex Paulo Orosio, qui lib. 1. cap. 12. de Gannymedis raptu hæc memoriæ prodidit. Tantalus rex Phrygiorum, Gannymedem Trois Dardaniorum regis filium cum flagitiosissime rapuisset, maiori conserti certaminis fœditate detinuit, sicut Phanocles poëta cõ

firmat, qui maximum bellum ob hoc concitatum fuisse cõmemorat. Hæc Orosius. Indicat autem Agesidamum omnium fuisse formosissimũ, dum eum & forma & ætate Gannymedi similem facit, ipsiq; Veneri, quam κυπρογενῆ, id est, in Cypro insula genitam, poëtico epitheto appellat. Agesidamus, ut obiter de etymo nominis quicquam dicam, est ab ἄγκοις, uel ἄγος ductio uel dux, & δῆμος populus. η in α dorice mutatur. Cõmuniter ergo Agesidemus, Dorice Agesidamus dicemus. Heroicũ nomen. Quod si posterior uox à δαμνάω, id est, domo domare, deducatur, ductorem domantem, uel principem domitorem sonabit.

Venus κυπρογενής. Agesidamus.

EIDEM AGESIDAMO FOENVS, ODE XI.

STROPHE I. COLON VI.

I[a]Nterdum plurimus uentorum inter homines usus est, interdum & cœlestium aquarum pluuialium, [b]quæ nubium sunt filiæ. Sin [c]ex labore quisq; fortunatus sit, melliti hymni fiunt illi [d]principia posteriorum sermonum: Nam & constans fœdus est magnis uirtutibus.

ANTISTROPHE, COLON VI.

[f]Abundans autem laus Olympiorum uictoribus constituta est ô noster, quam & lingua nostra dispensare gestit. [g]Dei enim prouidentia sapientibus aliquis perpetuò curis floret. [h]Noueris itaq; nunc Sostrati fili Agesidame, tuæ pugilatoriæ causa,

EPODOS, COLON X.

Qua [i]aurea olea coronatus es, [k]hunc suauisonum ornatum resonabo, Locrorum Epizephyriorum genus magni duces, [l]illic & uos unà mecum ô Musæ chorũ ducite. [m]Spondeo enim uos

non

non auersantem hospites exercitum, neq; honesti inexpertũ, cæterum ad sapientissimos bellige-
» ratores accessuras. ⁿNatura nanq; insitum mo-
» rem, ᵒneq; astuta uulpecula, neq; terribiles leo-
» nes facile permutarint.

ENARRATIO.

Priori hymno, fœnore resarciri posse, quod neglectum dilatione foret, adserebat. Quare perinde ac debitores ultra ad fœnus acceptã pecuniam, aliam quandam mercedis loco & fœnoris gratia reddunt: sic iamnunc Pindarus ultra promissum atque adeò debitum encomium, alteram hanc, ceu fœnusculi loco, oden adiungit, quã & ideo τόκον, *id est usurã inscripsit. Laudat igitur Agesidamum à pugilatu, à corona uictoriæ, à liberalitate tum ipsius, tum gentilium Locrorum, à sapientia & fortitudine: succincto epinicio multa præconia congerens.* Argumentum.
a ¶ *Interdum plurimus.) Ab artificiose posita comparatione, orditur, cuius hæc summa: Quemadmodũ uenti nautis, & imbres agricolis plurimum cõmodant: sic hymni uictores iuuant & decent. b* ¶ *Quæ nubiũ sunt filiæ.) Aquas pluuias, nebularum filias metaphoricôs appellat, quod ex nebulis prodeant & fiant. c* ¶ *Ex labore fortunatus.) Periphrasis est uictoris, ex labore fortunatum esse. Melliti, metaphorice suaues.*

d ¶ ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων, *principia posteriorum sermonum.) Hoc est, faciunt, ut apud posteros illorum quoq; non unquam oblitteretur memoria.*

e ¶ *Constans fœdus.) Magnis uirtutibus constans fœdus est: id est, magnæ uirtutes diu durant: illarum memoria nõ facile eximitur uel extirpatur ex humanis mentibus. Ratio est, quî fiat, quod encomia uirtutum alia pariant: id est, indelebilem memoriam faciant. f* ¶ *Abundans autem laus.) Gnomen, magnis uirtutibus &c. confirmationem subijcit. Magnæ uirtutes sunt huiusmodi, ut non possint extingui, nec una saltem ratione cõmendari, sed plurima laudum argumenta subministrant: qualis etiam uirtus est Olympicæ uictoriæ, quã & iamiam hoc etiam ueluti fœnusculo extollam. g* ¶ *Dei enim prouidentia.) Suæ poeticæ autoritatem parit, dum eam ceu eximiã Deo acceptam refert. Dei munus est, quempiam eximijs argumentis, adeoq; poeticę conspicuum esse. Enallage personæ est, incertã pro sua usurpans.* τέλλεται, *referendum est ad sequentia:* τέλλεται καὶ πιςὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς. *Adeò sæpe unica* ὑποδιαστολὴ *male posita, uniuersam sententiã interturbat. Firmum fœdus oritur magnis uirtutibus, id est, firma stabilitas. Per* τέλλετ.

ὅρκιον seu fœdus hymnũ intelligit, quo fit, ut uirtutes perpetuò durent. ἄγκει) pro ἀνάκειται. h ℭ Noueris itaq;.) Argumenta laudis breuiter iam aggreditur. i ℭ Aurea olea.) Auream oleam, id est, pulchrã, dicit, consueta sibi metaphora. k ℭ Hunc suauisonum ornatum.) Metaphora est, pro hymno. Ob uictoriã tuam quã pugilatu adeptus es, hunc etiam tibi hymnũ canam. l ℭ Illic & uos.) Apostrophe est ad Musas, quæ eas hortatur, ut unà secum chorũ ducant, in gratiã Agesidami uictoris. συγκωμάζειν, simul saltare est, chorũ ducere, exultare. Illic, id est, apud Locros Epizephyrios, de quibus in præcedenti ode. m ℭ Spondeo.) Polliceor uos accessuras &c. Argumenta sunt honesti, quibus persuadere uult Musis, ut unà secum apud Locros illos lætæ sint: sunt enim hospitales Locri. Per exercitum enim hospites nõ auersantem, metaphorice & periphrastice Locros intelligit. dumq; exercitum uocat, simul bellicosam esse gentem adumbrat. dum non auersari eos hospites ait, ab hospitalitate, & benignitate in aduenientes & exteros amicos eos prædicat. Deinde statim honesti scientiam eis tribuit: Nouerunt quomodo nos, ô Musæ, tractare debeant. Pòst à rebus bellicis & sapientia, dum eosdem sapientissimos belligeratores nominat. n ℭ Natura namq; insitũ morem.) Sententia est, & argumentum à necessario. Natura Locris insitum est, ut sint hospitales, benefici, liberales, bellaces, sapientes, honesti: ideo nõ possunt ab eis uirtutibus desistere, non possunt nõ nos amare ô Musæ. o ℭ Neque astuta uulpecula.) Ab inductione argumentaturus, duo animantia, pro uniuersis adducit, uulpeculam & leonem, quæ ob sui natiuã proprietatem non incõmode pro cunctis animantibus accipiuntur. In uulpe astutia, in leone fortitudo est consideranda. Vtrinq; est excessus. Vulpecula astutissima, leo fortissimus. Duæ uero uirtutes sapientia & fortitudo, sunt quæ mundum hunc, imò totum uniuersum administrant. Quare hæc est sententia: Nullius planè creaturæ uel animantis calliditas, uel fortitudo, seu robur, ingenitam alicui habitudinem abolere potest. quod & Venusina Musa uoluit dum dixit:

Naturam furca expellas, tamen ipsa recurret. Huc apologus Aesopicus de fele in fœminam transmutata, & mure, pertinet. Est ergo tale enthymema: Locri Epizephyrij natura sunt candidi & benefici, & uirtutibus præditi, ergo ab illis ipsis uirtutibus non possunt destitui: quare & nos amice excipient atq; tractabunt. Vulpem αἴθωνα, id est, ardentem uocat, splendidæ & fulgentis caudæ ratione: cuius nomine aliàs Grecis etiam λαμπουρὶς dicitur.

ERGO

ERGOTELI HIMERAEO DOLIchodromo, ODE. XII.

STROPHE I. COLON IX.

SVpplico tibi [a]ô [b]Iouis libertatis autoris filia [c]fortuna ſeruatrix, pro ciuitate Himera latepotenti. Tibi mari gubernantur ueloces naues, terraq; uehementia bella, & ſenatoriæ conciones. Spes mortalium ſanè, multa ſurſum, rurſus multa deorſum uolutant, [d]mendacia uana ſecantes.

ANTISTROPHE, COLON IX.

Nemo quiſquam ſpiritum in hac terra ducentium, certũ de futura actione ſignum reperit. Siquidem uenturorũ quidem cõſilia cæca ſunt. Ac pleraq; hominibus præter ſententiam [e]aduerſus oblectationem euenere: alij uero triſtibus poſtquã [f]procellis incurrerunt, ingenti bono, [g]malũ repente permutarunt

EPODOS, COLON X.

Fili Philanoris. [h]Atqui tuus etiam pedum honor, in natali ſolo emarcuiſſet inglorius, perinde atq; [i]gallus gallinaceus [k]domi pugnans: niſi fortunę tuę aduerſa [l]ſeditio, Cnoſia te patria priuaſſet. Nunc uero Olympiæ coronatus, & bina uice Pythoni & Iſthmi Ergoteles [m]calentia nympharum lauacra baiulas, ueluti [n]in propria tellure commorans.

ENARRATIO.

Ergoteles hic, genere Cretenſis fuit, ex Cnoſſo urbe Cretæ oriundus, circiter 77. Olympiade uicit, ac deinceps Pythiade in 19. Porrò quum in patria *Argumentum.*

eius seditio esset orta, Himeram Siciliæ urbem profugus uenit, ubi ciuitate donatus turbas quæ ab Hierone & Gelone cõcitatæ erant, pacauit. Et quia Cnossum patriam suam Cretensem, Himera Sicula permutarat, fortunam rerum dominam admiratus poëta, numen eius pro Himera & Ergotele deposcens orditur. At priusquam ipsum argumentum absoluamus, epigrapham etiam considerare non incõmodum fuerit. Primum ergo quid sit δολιχοδρόμος, uidendum.

Quid δολιχοδρόμος

δόλιχον per sese longum significat. Hinc Homerus grues δολιχοδείρους appellat, à longo collo. In gymnico uero certamine, δόλιχον species stadij est, à longitudine spacij uel cursus nomen habens, perinde atq; colligere est ex Iulio Polluce, apud quem libro tertio, cap. περὶ δρόμου γυμνικοῦ, synonyma sunt hæc, δολιχοδρόμος, ὁ τὸν δολιχὸν θέων, καὶ ὁ τὸν μάκρον δρόμον ἀγωνιζόμενος. hoc est, dolichi cursor, dolichum currens, longo cursu certans. δόλιχον enim & μακρὸν idem ualent. Budæus in suis græcæ linguæ diligentißimis & doctißimis commentarijs, τὸν δολιχὸν longum ac ueluti plenum cursum diaulo maiorem significare putat. Verum quum Aeschines, ut est ibidẽ apud Pollucẽ, dixerit, τὸν δολιχοδρομήσαντα στάδιον, est quur opiner στάδιον & δολιχὸν idem esse, nec in diuersum recidere apud Pollucem σταδιοδρόμον, δολιχοδρόμον, & σταδιεῖν. Verum hic certiora adferentibus lubens, ut par est, cedam. Proinde hæc ode inscripta est Ergoteli Himeræo δολιχοδρόμῳ, hoc est, dolichi seu stadij cursori. Laudat aũt ab Olympia, Pythia & Isthmia uictorijs: tamq; hæc oda ἀνασκευὴ est, quàm αἶνος: nam sola ἀνασκευῇ, hoc est, confutatione constat. Tollit enim, quæ illi obijci poterat, fugæ turpitudinem. Omnia, inquit, fortunæ subiecta: proinde honorifice diuino quodam consilio eum Himeram fugisse. a ℂ O fortuna seruatrix Iouis filia.) Locus cõmunis de fortunæ imperio. Vbi primum considerandum, quod Iouis filiam faciat, & Iouis ἐλευθερίου, hoc est, libertatis autoris: quo fortunæ fontem & naturã pulcherrime describit, longe certe rectius cæteris gentibus & philosophis, qui fortunam quidem deam, & fortuitũ euentum simpliciter adfirmabant. Gentes humanarum rerum instabilitatem secum reputantes, omnia uel Proteo mutabiliora cernebant, ac plerasq; omneis res præter animi sententiam euenire. Colligebant igitur fortunam esse numen oportere, cuius nutu & imperio cuncta gererentur. Philosophi fortunam & casum, euentum præter animi nostri deliberationem definierunt: & recte quidem: sed fontem tamen & impulsorẽ fortunæ prorsum ignorarunt. Multo melius & sanctius Pindarus, fortunam hic Iouis, hoc est summi dei filiam facit. Quod quid aliud est, quàm fateri fortunam esse fatum, atq; è diuina prouidentia & operatione profluere? Sic fortuna fortuitus quidem euentus est, cuius autor & impul-

for Deus. Quicquid nobis nihil tale cogitantibus forte fortuna contingit, fortuna est, & fortuitus euentus, respectu nostræ uoluntatis & meditationis: sed fatum & prouidentia est, respectu æterni Dei, non Homerici quidem Iouis, sed patris domini nostri ἰησοῦ χριστοῦ. b ℭ Iouis libertatis.) Libertatis autorem Iouem nominat, quod cum è bello intestino Cnosio liberarit, ac Himeræorum libertate gaudere fecerit: quiq; ueræ libertatis in omnibus rebuspublicis autor sit & largitor. c ℭ Seruatrix.) Seruatricem fortunam appellat, quod eius, hoc est, diuinæ uoluntatis beneficio, è turbis Cnosijs ereptus, & Himeræ seruatus sit. Vel generatim, quod omneis seruet diuina clementia & prouidentia. d ℭ Mendacia uana secantes.) Hoc est, frustra falsis rebus, quas apprehendere nequit, inhiat. e ℭ Aduersus oblectationem.) ἔμπαλιν τέρψιος, contra uoluptatē, aduersus oblectationē. f ℭ Procellis.) ζάλη, à ζα augendi particula, & λίαν ualde, & ἄω spiro, grande malum, ingens procella est. g ℭ Pro malo permutarūt.) πήματος, pro ἀντὶ πήματος, pro malo ingens bonum receperunt. πεδάμειψαν pro πεδήμειψαν, à πέδον καὶ ἀμείβομαι, firmiter permutarunt. Rara cōpositio. h ℭ Atqui tuus etiam pedum honor inglorius:) Cōparatio talis est: Si, inquit, domi tuæ Cnosi permansisses, instar galli domesticā pugnans cum gallo cientis, fuisses. Solet quidem gallus gallinaceus cōmittere prælium, sed illud est domesticum, ac ueluti obscurum, non publicum, non celebre. Quo pariter innuit, ipsum Olympicam non consecuturū fuisse uictoriam, si ex Cnoso nō fugisset. Quod ad ignominiā uerti potuisset, in laudem abijsse ostendens.

i ℭ Gallus.) ἀλέκτωρ & ἀλεκτρυὼν, gallum gallinaceum significat. Homerus solem etiam eodem nomine appellat, quod uterq; mortales excitet, & lectis surgendo priuet hic fulgore, ille cantu, ut & antehac indicatum.

k ℭ Domi pugnans.) ἐνδομάχας pro ἐνδομάχος, intus pugnans.

l ℭ Seditio.) στάσις ἀντιάνειρα, seditio uiris & fortibus inimica, ab ἀντὶ & ἀνὴρ uel ἠνορέα. m ℭ Calida lauacra baiulas.) Quum Hercules Gerionis boues agens, Siciliam transiret, iuxta Himeram Mineruæ thermas è terra scaturire fecit, quibus longo itinere defatigatus, uires suas recolligeret. Hæc interpres. Ergo calida Nympharū lauacra baiulas, hoc est, multiplici uictoria exornatus thermas ad Himerā sitas, & per synecdochen ipsam totam Himerā extollis & laudibus uehis. Vel allegorice, ceu fessus iam uires resumis & recrearis è thermis, hoc est, hymnis & encomijs. Calida nympharū lauacra, est periphrasis thermarū. Victoria Olympia, Pythia et Isthmia perinde te exhilarāt, atq; thermæ Himerææ eos, qui in illis lauāt. n ℭ In propria tellure cōmorās.) παρ' οἰκείαις ἀρούραις, hoc est, uelut in propria terra cōmorans.

XENOPHONTI [a]CORINTHIO [b]STADII CVRSORI, CVRSV ET [c]QVINquertio uincenti, ODE XIII.

STROPHE I. COLON XI.

[d]TEr Olympijs uincentẽ Xenophontis laudans domũ, erga ciues mitem, erga hoſpites amicam, agnoſcam felicem Corinthũ Neptuni, qui in Iſthmo colitur, [e]uiris ſplendidum ueſtibulum. [f]In ea æquitas uerſatur, ſorores ꝙ fundamentũ urbium iuſtitia, & cõcordiæ cauſa pax, hominibus diuitias promentes filiæ bene cõſulentis Themitos,

ANTISTROPHE, COLON XI.

[g]Quæ ſaturitatis matrem iniuriam arcere uolunt, ſermone temerariam.

ENARRATIO.

Argumentum. *Xenophontem Corinthium, qui 79. Olympiade, uno die geminam uictoriam, alterã quinquatrij, alterã ſtadij adeptus eſt, laudat: patremq́; eius Theſſalum, qui antea 69. Olympiade coronatus erat Olympico agone. Vnde Ter Olympijs uincentem domum inquit, Xenophontem & patrem eius Theſſalũ reſpiciens. Loci quibus utitur ſunt ij: Ab æquitate, à iuſtitia, à pace, à patria, ab inuentione & ingenio Corinthiorũ, à literis & rebus bellicis, ipſum uictorem cõmendat: à ſtadij & quinquatrij exuperatione, ab Iſthmia & Nemea uictorijs, à patre Theſſalo, eiusq́; uictorijs, ſtadij, diauli, & hellotijs, ab auo Pteodoro. Poſtea digreßionem immiſcet de Corinthiorũ maioribus. Poſtremo Xenophontem à multis uictorijs effert, Delphicis, Argiuis, Thebanis, Arcadicis, Pelleneis, Aeginetis, Sicyonijs, Megarenſibus, Eleuſinijs, Marathonicis, Aetneis & Eubœis.* a ❨ *Corinthio.) Corinthus nobilißima urbs ad Iſthmum ſita.* b ❨ *Stadij curſor.) Epigrapha Xenophontem σταδιῆ, id eſt, ſtadij curſorem uocat. Iam priori ode στάδιον & δόλιχον non multum differre indicatũ eſt: quare σταδιοδρόμος & σταδιεὺς & δολιχοδρόμος ſynonyma erunt, ni fallar. Autore uero Budæo, δόλιχον curſus diaulo maior erit, & δολιχοδρόμος eum ſignificat, qui plenum curſum perfecerit.*

rit. Stadiū ergo ab ἵσημι, sto uel sisto, uel à στάσις deducitur. Græce στάδιος, στάδιον, & apud Homerum Iliad. ν. στάδίη, locus est, seu spatium trecentorum cubitorū, ut Hypomnemata Pindarica tradunt. Aulus Gellius 600. pedes stadij mensuram fuisse ex Plutarcho annotauit. c ℂ Quinquertio.) πένταθλον Latinis quinquatriū uel quinquertium sonat, quod quinq; complectatur certaminum genera, pugilatum, luctam, saltum, discum & cursum. à πέντε & ἆθλον. d ℂ Ter Olympijs uincentem.) Propositio est encomiastica, qua multis insignibus epithetis laudat Corinthum, eamq; circunscribit. e ℂ Viris splendidum.) ἀγλαόκουρον, iuuenes splendidos, seu insignes uiros aut ciues continentem. f ℂ In ea æquitas.) Insigni prosopopœia Corinthū laudat: à felici reipublicæ statu, in qua regnare dicit matrem Themin, hoc est, honestatem, seu honesti deam. Atq; huic tres filias tribuit,

εὐνομίαν	Id est,	bonam legum constitutionem.
δίκαν		iustitiam uel ius.
εἰρήναν		pacem.

Ingens sanè laus urbis, in qua talis politia sit, ut in ea tres hæ filiæ deprehendantur, omnis boni, cunctarumq; opum largitrices. g ℂ Quæ saturitatis matrem.) Per hypallagen accipiendum est quod ait, Arcent filiæ Themidis iniuriam saturitatis temerariloquam matrem. Vult enim dicere, arcent saturitatem iniuriæ matrē. Estq; anthypophora. Diluit quod obijci poterat, de Corinthiaco luxu. Siquidem quum Corinthiorū luxus & petulantia, non uno apud Græcos adagio taxata essent, utpote, Ilium nō indignatur Corinthijs: &, Corinthiari: &, Non est cuiusuis adire Corinthum: habuerunt quo reprehensioni & culpæ fuerint obnoxij. Quæ præoccupans noster, filiæ, inquit, Themitos, & alia quæ iamnunc mihi dicenda sunt de Corinthijs præclara, uetera ista opprobria & improperia Corinthiaci luxus, & effœminatæ reipublicæ uitia cō tegunt, arcent & remouent: quandoquidē iam nulla nō uirtus Corinthi abundet. Homerus τίκτει τοι κόρος ὕβριν ait. Ergo hic locus, ut dixi, per hypallagen est intelligendus. Descendit autem θέμις à uerbo τίθημι pono, quod ipsum honestum, leges ferat, iusta & pacifica sanciat.

Sunt mihi [d]præclara dicenda, quæ ut in medium proferam, recta quædam audacia me compellit. Primum [b]difficile est ingenitum occultare morem. [c]Vobis uero filij Aletæ sæpe uictoriam gerentem splendorem, cum summis in sacris certa-

minibus præeminentium uirtutibus dedere. Sæpe præterea & cordibus uirorum iniecerunt

EPODOS, COLON XI.

Antiquam pulchre florentes horæ[d] sapientiã, omneq́ inuentionis opus.

a ℂ Præclara dicenda.) Attentos reddit Corinthios. b ℂ Difficile.) ἄμαχον pro ἀμήχανον. Id est, impossibile est, fieri non potest, ut ingenitum natura bonum uestrum Corinthij occultetur: tantum enim est, ut sese quotidie exerat & aprico gaudeat: unde neq; me, quo minus id commendem, continere queo. Adfirmat aũt Corinthios natura, ingenio, & uirtutibus, multis præstare mortalibus. c ℂ Vobis uero filij Aletæ.) Probat quod dixit, exemplis multorũ in Olympijs uictorũ.) Periphrasis est Corinthiorũ filij Aletæ. Fuit Corinthiorũ rex Aletes, tricentesimo anno post Doriensium accessum, ut Scholia habent. ἀλάτα pro ἀλήτου. d ℂ Sapientiam.) Aliud argumentum à maiorum sapientia & inuentione. εὑρόντος, eius qui inuenit. participium ἀόριστον. hoc est, inuentoris.

[a] Bacchi unde Charites cum Dithyrambo, [b] bouem trahente, illic apparuerunt. Ecquis [c] equinis armis mensuras, [d] deorũ item in templis aquilam geminam, auium regem posuit? [e] Apud quos & Musa suauisona [f] & Mars perniciosa fortium uirorum clade floret.

Aquila duplata teplorum ornamentũ, ἀέτωμα dicebatur.

a ℂ Bacchi unde Charites.) Vnde, ex sapientia & inuentione Corinthiorum prodijt primum Bacchi Dithyrambus. Quid inuenerint primum Corinthij, enarrat. Primum inuentum est Bacchi Dithyrambus. Porrò Bacchus Semeles & Iouis filius, tertio transformationũ Ouidij, & apud Græcos Dithyrãbus appellatur, à duplici natiuitate, quod bis ianuam nascendo transierit, primum matris aluum, deinde fœmur Iouis. Etenim quum Semele, fraude Iunonis, ut Ouidius recenset, ad inferos tonitru Iouis detrusa esset, infantem Bacchum Iupiter è Semeles aluo exemptum in fœmur suum ad iustum usq; maturitatis tempus consuit & reposuit, à δὶς bis, & θύρα ianua, & βαίνω scando, transeo. Primo ergo Dithyrambus Bacchi, ab euentu epitheton est. Secundo, circularem saltationem in Bacchi decus apud Corinthios institutam significat, ut hoc loci: quam saltationem, per appositionem Bacchi Charites, hoc est, Bacchi

chi oblectationem nominat. Tertio, hymnum in Bacchum conscriptū ualet: unde Dithyrambici etiam poëtæ. Quin & Pindarū Dithyrambos scripsisse Suidas est autor. b ℂ Bouem trahente.) βουλάτην appellat Dithyrambum, à βοῦς & ἐλάω uel ἐλαύνω, quoniam bos præmium eius saltationis erat. c ℂ Equinis armis.) Secundum Corinthiorum inuentū est currus. Nam per uasa equina, currū μεταφορικῶς intelligit, uel secundum alios, frenos. d ℂ Deorum in templis.) Tertium inuentum est gemina aquila, deorum templis ornamenti gratia imposita. Hactenus ab inuentione, mox ab alijs præclaris rebus cōmendat Corinthios. Porrò duplicata aquila templis imposita græcis ἀέτωμα dicitur, ut Didymus, Timæus & Demetrius in Scholijs. e ℂ Apud quos & Musa suauisona.) Poëtæ Corinthi etiam clarent. Propter Eumolpum Corinthium hoc dicit, qui Græcorū reditum conscripsit: tum propter Aesona poëtam Corinthium, cuius meminit Simonides.

f ℂ Et Mars. &c.) Hæc propter Persicū bellum dicit, in quo & ipsi duce Adianto belligerati sunt, ac plurima pro Græcorum salute fecerunt.

STROPHE II. COLON XI.

[a]Summe pater Iupiter fortiter Olympiam administrans, nullo non tempore fauor tuus meis adsit carminibus obsecro, huncq́ populum innoxium regens, felicis Xenophontis dirige propitiam fortunam. Suscipe iuxta illius [b]coronarum laudatricem legem, quam ex Pisanis agris refert, cursum stadij unà cum quinquertio exuperans, quæ duo nemo unquam antehac mortalium, ut is, uno die attigit.

a ℂ Summe Iupiter.) εὐχὴ est. Precatur Iouem pro felicitate Corinthiorū & Xenophontis, utq́; hunc hymnum placidus suscipiat. b ℂ Coronarum laudatricem legem.) Coronarū laudatricem legem hymnum suum allegoricè uocat. Lege enim cautum erat, ut uictores encomijs celebrarentur. Laudat eum iuxtà à stadij & quinquatrij uictoria.

ANTISTROPHE, COLON XI.

Duæ subinde[a]selinorū plicaturæ coronarunt, cum Isthmijs tum Nemea, (quæ illi non [b]reniti-

tur) perſpicuum uictorem. [c]Patris demum eius, cui nomen Theſſalo, pedibus, prope [d]Alphei fluenta [e]ſplendor repoſitus eſt: ſiquidem in Pythijs [f]ſtadij honorẽ, diauliq; uno die recepit, eodemq; menſe. [g]Aſperis Athenis tria quidem opera pedum uelocitate conſpicua dies reddidit pulcherrima circa comam.

a ℂ *Selinorum plicaturæ.*) *Nedum pinus in Iſthmijs certaminibus dabatur, uerumetiã ſelinum, id eſt, apium, perinde ac in Nemeis: niſi quod Iſthmi, ab arido apio corona nectebatur, Nemeæ uero è uiridi: ab Iſthmia & Nemea uictoria eum cõmendans.* *b* ℂ *Renititur.*) ἀντιξοεῖ ἀντίχει). *c* ℂ *Patris demum eius.*) *A patris Theſſali uictorijs amplificat: laus patris in filium, & uice uerſa reſilit.* *d* ℂ *Alphei fluenta.*) *Periphraſis eſt Olympiorum.* *e* ℂ ἄγλα ποδῶν.) *Metaphora eſt, pro uelocitate.*

f ℂ *Stadij diauliq; honorem.*) *Stadium quid ſit, & unde dictum, ſuprà annotatum. Diaulum uero hactenus non occurrit, quare ſuccinctim enarrabimus. Compoſita uox eſt, à* δὶς *bis, &* αὐλὸν, *id eſt metaphorice anguſtum & prolixum: ab inſtrumento, quam tibiam uocant, ſimilitudine deſumpta, ut Scholia in Iliados ρ adfirmant. Ergo* δίαυλον *bis anguſtum & prolixum ſonat. Spatium proprie eſt, quantũ duo ſtadia longitudine complectuntur: unde Iulius Pollux* δίαυλον, διπλοῦν ςάδιον, *id eſt, duplex ſtadium appellat. Patrem ergo Xenophontis Theſſalum & ſtadio &* διαύλῳ, *hoc eſt, duplici ſtadio uiciſſe adſerit.* *g* ℂ *Aſperis in Athenis.*) *Tria præclara facinora Athenis geſſit, propter quæ capitis ſui coronas etiam accepit: hoc eſt, triplicẽ uictoriam adeptus eſt, ex triplici certamine, nimirum ſtadio, diaulo, & armato curſu: ut hypomnemata uolunt.*

EPODOS, COLON XI.

[a]At in Hellotijs ſeptẽ coronas nactus eſt, [b]in marinis uero Neptuni inſtitutis maiora eum cũ patre Ptœodoro ſequuntur oblectamenta, præcioſioraq; præconia. Quoties uero [c]Delphis atque [d]Leonis in finibus primas tenuiſtis? [e]Cum non paucis quidem dimico, de multitudine bo-

norum

norum uestrorum: [f] sed quemadmodum lapillorum qui in mari sunt, numerum planè recensere nequeo, sic nec omnia uestra.

a ℭ *In Hellotijs.) Hellotia Panegyris erat apud Athenienses, Mineruæ Hellotidis causa instituta, principium inde ducens. Quum Dorienses ope Peloponnesiorum Corinthum & cepissent, & igni succendissent, uirgines quædam incendiũ atq; perniciem sui effugere uolentes, cum Eurytione & Hellotide sororibus, in templum Mineruæ confugerũt. Quod animaduertentes hostes, templo flammas admouerũt: illic reliquis effugientibus, Eurytione & Hellotis uirgines ac sorores isto incendio perierunt. Hinc exorta deinceps peste, editum est à Minerua oraculum, non antea desituram luem, quàm animas crematarum uirginum expiassent. Quare Mineruæ Hellotidi ædem sacram extruxerunt, & Panegyrin Hellotia dictam, pro Hellotidis expiatione instituerunt. Alij Hellotia, à palude quæ est in Marathone Atticæ, ubi Mineruæ templum sacrum scriptum est, nominata putant. ἕλος enim palus: hinc ἑλλωτὶς, quasi paludana Minerua dicitur. Alij à capto Bellerophontis equo Pegaso, cui primũ Minerua frenum indidit. ἑλεῖν enim capere est: hinc ipsa ἑλλωτίς. Enimuero prior ratio potior uidetur, & proxime accedere, Panegyrin Hellotia ab Hellotide uirgine duxisse nomenclaturam.* *b* ℭ *In marinis Neptuni institutis.) Periphrasis est Isthmiorũ. ποτειδᾶνος τεθμοῖσι, pro ποσειδῶνος θεσμοῖς.* *c* ℭ *ἐν δελφοῖς.) Periphrasis Pythiorũ.* *d* ℭ *In finibus.) Vel septis, uel herba, hoc est, nemore Leonis. Periphrasis est Nemeorum.*

e ℭ *Cum nõ paucis dimico.) Hoc est, multi sunt quos uirtutibus, & multiplici uictoriæ titulo excellitis.* *f* ℭ *Sed quemadmodum lapillorũ.) Comparatio est hyperbolica. Quemadmodum, inquit, arenæ maris numerus comprehendi, nec exprimi uerbis potest. Hucusq; comparat, applicationem omittens, quæ hunc ad modum, uel consimilem subaudienda est: Sic nec uestrorum ego, ô Xenophon, præconiorum magnitudinem recensere ualeo. ποντιᾶν ψάφων, pro ποντιῶν ψήφων.*

STROPHE III. COLON XI.

» [a] Qualibet in re modus est, quem intelligere,
» est optima opportunitas. [b] At ego uelut è numero uestro ad hoc destinatus, prudentiam canens maiorum, bellaq; ab ipsis heroica uirtute gesta, nihil de Corintho mentiar: inter quos [c] Sisyphus

ſapientia, ueluti deus quiſpiam, præſtantiſsimus claruit. Dehinc Medea, quæ præter animi paterni conſilium nuptias ſibi fecit, ſeruans Argon nauim & nautas.

a ℭ *Qualibet in re.) Sententia eſt, qua ſe, ne laudum magnitudine modum tranſiliat, monet: atq; hac gnome* προπαρασκευὴν *facit ad ſequentia maiorum Corinthi præconia.* *b* ℭ *At ego uelut.) Poſt gnomen pulchre ſubiungit, ſeſe nihil præter modum, in Corinthiorum laudibus dicturum, neq; falſi quicquã cõmemoraturũ.* *c* ℭ *Siſyphus.) Laus patriæ Xenophontis à maioribus. Suprà induſtrios inductione oſtendit, ubi inuentionem ipſorum cõmendauit: nunc ſapientes & conſilijs pollentes item epagoga demonſtrat. Siſyphũ ſapientia clarũ fuiſſe, Glaucus Homericus teſtatur Iliad. 6. dũ inquit:*

ἔστι πόλις ἐφύρη, ὑπὸ ἄργεος ἱπποβότοιο,
ἔνθα δὲ σίσυφος ἔσκεν, ὃ κέρδιστος γένετ' ἀνδρῶν,
σίσυφος αἰολίδης, ὁ δ' ἄρα γλαῦκον τέκεθ' υἱόν.

πυκνότατον, *id eſt*, συνετώτατον. παλάμαις *pro* βουλαῖς.

d ℭ *Medea.) Vt Medea nuptias Iaſonis ſibi pararit, patris ſui Aeëtæ uoluntati (quæ necẽ Argonautis meditabatur) renitens, Apollonius in Argonauticis docet. Verũ quomodo Corinthios à prudentia laudat? Quî Corinthia fuit, quum Colchida inſulam habitaret? Quæ ambiguitas hac ratione tollitur. Corinthus paterna Medeæ poſſeſsio atq; facultas fuit. Nam Aloëus & Aeëtes Medeæ pater, filij Solis & Antiopes, quibus Sol regionem diſtribuit, Aloëi Arcadiam, Aeëtæ Corinthum adiudicans. Quod quum Aeëtæ regnum nõ placeret, Buno Mercurij filio tradidit adminiſtrandam urbem, præcepitq; ut liberis eam ſuis tueretur. Ipſe uero in Colchida Scythiæ abiens, illic regnauit. Docet hæc, inquit Hypomnematiſtes, Eumelus poëta, qui eam hiſtoriam carmine hunc in modum conſcripſit:*

ἀλλ' ὅτε δ' αἰήτας καὶ ἀλωεὺς ἐξεγένοντο,
ἠελίου τε καὶ ἀντιόπης, τότε δ' ἄνδιχα χώρην
δάσσατο παισὶν ἑοῖς, ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱός.
ἣν μὲν ἔχ' ἀσωπός, ταύτην πόρε δίῳ ἀλωεῖ.
ἣν δ' ἐφύρην, κτεάτεσσ' αἰήτῃ δῶκεν ἅπασαν.
αἰήτης δ' ἄρ' ἑκὼν βούνῳ παρέδωκε φυλάσσειν,
εἰσόκεν αὐτὸς ἵκοιτ' ἢ ἐξ αὐτοῖό τις ἄλλος,
ἢ παῖς ἠὲ υἱωνός, ὁ δ' ἵκετο κολχίδα γαῖαν. *hoc eſt,*

At

At quando Aeëtes & Aloeus maxima proles
Solis & Antiopes, uiderunt lumina mundi,
Terram tum duplici partitus nomine charis
Distribuit gnatis, satus ex Hyperione Phœbus.
Quam tenet Asopus dio præbebat Aloëi,
Hinc Ephyrenq́; suam, regni cum rebus opimis
Atq; opibus cunctis Aeëtæ tradidit omnem.
Sponte sua hanc iterum Aeëtes Buno retinendam
Commisit, donec repetitum uenerit olim
Ex sese natus'ue nepos'ue. At Colchica tellus
Sola illi cordi est, auidis quam uisit ocellis.

ANTISTROPHE, COLON XI.

Ad hæc & quondam ob Dardani muros uisi sunt utrinq; bellorum finem parare, alij quidem [a]cum Atrei charo genere Helenã repetentes, alij uero prorsum [b]arcentes. Nam, qui ex Lycia uenerat, Glaucum, adiutum Troas, Danai tremebant, qui [c]gloriabatur [d]in urbe Pirenes, sui sanè patris Bellerophontis principatum, & altam esse [e]sortem, & ædes.

Corinthios à fortitudine maiorum cõmendat, quod & in Troiano bello habuerint, qui Græcos sint sectati: tum quod eorum uirtus à partibus Troianorũ etiam steterit. a ℂ *Cum Atrei charo genere.) Periphrasis est Agamẽnonis & Menelai, qui cum Græciæ iuuentute Helenam repetiuerunt. A Corynthijs autem Euchenor uates Atridas sectatus est, quod ipsum Homerus etiam testatur, inquiens:*

ἦν δέ τις εὐχήνωρ πολυΐδου μάντιος υἱός
ἀφνειός τ᾽ ἀγαθός τε κορινθόθι οἰκία ναίων.

b ℂ *Arcentes.) Qui Achiuos ab Ilio arcuerunt à Corinthijs? Glaucus cum suis: is enim genus suũ ad Corinth. refert.* *c* ℂ *Gloriabatur.) Vt est Iliad. 6.* *d* ℂ *In urbe Pirenes.) Pirene fons Corinthi. Vrbs ergo Pirenes Corinthi est periphrasis.* *e* ℂ *Sortem.) Id est, hæreditatẽ, bona, regnũ.*

EPODOS, COLON XI.

[a]Qui Pegasum, [b]Gorgonis serpentibus abun

firmat, qui maximum bellum ob hoc concitatum fuisse cõmemorat. Hæc Orosius. Indicat autem Agesidamum omnium fuisse formosissimũ, dum eum & forma & ætate Gannymedi similem facit, ipsiq; Veneri, quam κυπρογενῆ, id est, in Cypro insula genitam, poëtico epitheto appellat. Agesidamus, ut obiter de etymo nominis quicquam dicam, est ab ἄγειν, uel ἄγω ductio uel dux, & δῆμος populus. η in α dorice mutatur. Cõmuniter ergo Agesidemus, Dorice Agesidamus dicemus. Heroicũ nomen. Quod si posterior uox à δαμνάω, id est, domo domare, deducatur, ductorem domantem, uel principem domitorem sonabit.

Venus κυπρογενής. Agesidamus.

EIDEM AGESIDAMO FOENVS, ODE XI.

STROPHE I. COLON VI.

„ I[a]Nterdum plurimus uentorum inter
„ homines usus est, interdum & cœle-
„ stium aquarum pluuialium, [b]quæ nu-
„ bium sunt filiæ. Sin [c]ex labore quisq;
„ fortunatus sit, melliti hymni fiunt illi [d]principia
„ posteriorum sermonum: Nam & constans fœ-
„ dus est magnis uirtutibus.

ANTISTROPHE, COLON VI.

[f]Abundans autem laus Olympiorum uictoribus constituta est ô noster, quam & lingua no-
„ stra dispensare gestit. [g]Dei enim prouidentia sa-
„ pientibus aliquis perpetuò curis floret. [h]Noueris itaq; nunc Sostrati fili Agesidame, tuæ pugilatoriæ causa,

EPODOS, COLON X.

Qua [i]aurea olea coronatus es, [k]hunc suauisonum ornatum resonabo, Locrorum Epizephyriorum genus magni duces, [l]illic & uos unà mecum ô Musæ chorũ ducite. [m]Spondeo enim uos

non

non auersantem hospites exercitum, neque honesti inexpertũ, cæterum ad sapientissimos belligeratores accessuras. "Natura nanque insitum morem, °neque astuta uulpecula, neque terribiles leones facile permutarint.

ENARRATIO.

Priori hymno, fœnore resarciri posse, quod neglectum dilatione foret, adserebat. Quare perinde ac debitores ultra ad fœnus acceptã pecuniam, aliam quandam mercedis loco & fœnoris gratia reddunt: sic iamnunc Pindarus ultra promissum atque adeò debitum encomium, alteram hanc, ceu fœnusculi loco, oden adiungit, quã & ideo τόκον, id est usurã inscripsit. Laudat igitur Agesidamum à pugilatu, à corona uictoriæ, à liberalitate tum ipsius, tum gentilium Locrorum, à sapientia & fortitudine: succincto epinicio multa præconia congerens. Argumentum.

a ¶ *Interdum plurimus.) Ab artificiose posita comparatione, orditur, cuius hæc summa: Quemadmodũ uenti nautis, & imbres agricolis plurimum cõmodant: sic hymni uictores iuuant & decent.* *b* ¶ *Quæ nubiũ sunt filiæ.) Aquas pluuias, nebularum filias metaphoricôs appellat, quod ex nebulis prodeant & fiant.* *c* ¶ *Ex labore fortunatus.) Periphrasis est uictoris, ex labore fortunatum esse. Melliti, metaphorice suaues.*

d ¶ *ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων, principia posteriorum sermonum.) Hoc est, faciunt, ut apud posteros illorum quoque non unquam oblitteretur memoria.*

e ¶ *Constans fœdus.) Magnis uirtutibus constans fœdus est: id est, magnæ uirtutes diu durant: illarum memoria nõ facile eximitur uel extirpatur ex humanis mentibus. Ratio est, quî fiat, quod encomia uirtutum alia pariant: id est, indelebilem memoriam faciant.* *f* ¶ *Abundans autem laus.) Gnomen, magnis uirtutibus &c. confirmationem subijcit. Magnæ uirtutes sunt huiusmodi, ut non possint extingui, nec una saltem ratione cõmendari, sed plurima laudum argumenta subministrant: qualis etiam uirtus est Olympicæ uictoriæ, quã & iamiam hoc etiam ueluti fœnusculo extollam.* *g* ¶ *Dei enim prouidentia.) Suæ poeticæ autoritatem parit, dum eam ceu eximiã Deo acceptam refert. Dei munus est, quempiam eximijs argumentis, adeoque poëtice conspicuum esse. Enallage personæ est, incertã pro sua usurpans. τέλλεται, referendum est ad sequentia: τέλλεται καὶ πιστὸν ὅρκιον μεγάλαις ἀρεταῖς. Adeò sæpe unica ὑποδιαστολὴ male posita, uniuersam sententiã interturbat. Firmum fœdus oritur magnis uirtutibus, id est, firma stabilitas. Per* τέλλετ᾽.

ὅρκιον seu fœdus hymnũ intelligit, quo fit, ut uirtutes perpetuò durent. ἄγκει) pro ἀνάκειται. h ℭ Noueris itaq;.) Argumenta laudis breuiter iam aggreditur. i ℭ Aurea olea.) Auream oleam, id est, pulchrã, dicit, consueta sibi metaphora. k ℭ Hunc suauisonum ornatum.) Metaphora est, pro hymno. Ob uictoriã tuam quã pugilatu adeptus es, hunc etiam tibi hymnũ canam. l ℭ Illic & uos.) Apostrophe est ad Musas, qua eas hortatur, ut unà secum chorũ ducant, in gratiã Agesidami uictoris. συγκωμάζειν, simul saltare est, chorũ ducere, exultare. Illic, id est, apud Locros Epizephyrios, de quibus in præcedenti ode. m ℭ Spondeo.) Polliceor uos accessuras &c. Argumenta sunt honesti, quibus persuadere uult Musis, ut unà secum apud Locros illos lætæ sint: sunt enim hospitales Locri. Per exercitum enim hospites nõ auersantem, metaphoricè & periphrasticè Locros intelligit. dumq; exercitum uocat, simul bellicosam esse gentem adumbrat. dum non auersari eos hospites ait, ab hospitalitate, & benignitate in aduenientes & exteros amicos eos prædicat. Deinde statim honesti scientiam eis tribuit: Nouerunt quomodo nos, ô Musæ, tractare debeant. Pòst à rebus bellicis & sapientia, dum eosdem sapientissimos belligeratores nominat. n ℭ Natura nanq; insitũ morem.) Sententia est, & argumentum à necessario. Natura Locris insitum est, ut sint hospitales, benefici, liberales, bellaces, sapientes, honesti: ideo nõ possunt ab eis uirtutibus desistere, non possunt nõ nos amare ô Musæ. o ℭ Neque astuta uulpecula.) Ab inductione argumentaturus, duo animantia, pro uniuersis adducit, uulpeculam & leonem, quæ ob sui natiuã proprietatem non incõmodè pro cunctis animantibus accipiuntur. In uulpe astutia, in leone fortitudo est consideranda. Vtrinq; est excessus. Vulpecula astutissima, leo fortissimus. Duæ uero uirtutes sapientia & fortitudo, sunt quæ mundum hunc, imò totum uniuersum administrant. Quare hæc est sententia: Nullius planè creaturæ uel animantis calliditas, uel fortitudo, seu robur, ingenitam alicui habitudinem abolere potest. quod & Venusina Musa uoluit dum dixit:

Naturam furca expellas, tamen ipsa recurret. Huc apologus Aesopicus de fele in fœminam transmutata, & mure, pertinet. Est ergo tale enthymema: Locri Epizephyrij natura sunt candidi & benefici, & uirtutibus præditi, ergo ab illis ipsis uirtutibus non possunt destitui: quare & nos amice excipient atq; tractabunt. Vulpem αἴθωνα, id est, ardentem uocat, splendidæ & fulgentis caudæ ratione: cuius nomine aliàs Grecis etiam λαμπουρὶς dicitur.

ERGO

ERGOTELI HIMERAEO DOLIchodromo, ODE. XII.

STROPHE I. COLON IX.

SVpplico tibi [a]ô [b]Iouis libertatis autoris filia [c]fortuna seruatrix, pro ciuitate
» Himera latepotenti. Tibi mari guber
» nantur ueloces naues, terraq; uehe-
» mentia bella, & senatoriæ conciones. Spes mor-
» talium sanè, multa sursum, rursus multa deorsum
» uolutant, [d]mendacia uana secantes.

ANTISTROPHE, COLON IX.

» Nemo quisquam spiritum in hac terra ducen-
» tium, certũ de futura actione signum reperit. Si-
» quidem uenturorũ quidem cõsilia cæca sunt. Ac
» pleraq; hominibus præter sententiam [e]aduersus
» oblectationem euenere: alij uero tristibus post-
» quã [f]procellis incurrerunt, ingenti bono, [g]malũ
» repente permutarunt

EPODOS, COLON X.

Fili Philanoris. [h]Atqui tuus etiam pedum honor, in natali solo emarcuisset inglorius, perinde atq; [i]gallus gallinaceus [k]domi pugnans: nisi fortunę tuę aduersa [l]seditio, Cnosia te patria priuasset. Nunc uero Olympiæ coronatus, & bina uice Pythoni & Isthmi Ergoteles [m]calentia nympharum lauacra baiulas, ueluti [n]in propria tellure commorans.

ENARRATIO.

Ergoteles hic, genere Cretensis fuit, ex Cnosso urbe Cretæ oriundus, circiter 77. Olympiade uicit, ac deinceps Pythiade in 29. Porrò quum in patria *Argumentum.*

eius seditio esset orta, Himeram Siciliæ urbem profugus uenit, ubi ciuitate donatus turbas quæ ab Hierone & Gelone cōcitatæ erant, pacauit. Et quia Cnossum patriam suam Cretensem, Himera Sicula permutarat, fortunam rerum dominam admiratus poëta, numen eius pro Himera & Ergotele deposcens ordiditur. At priusquam ipsum argumentum absoluamus, epigraphan etiam considerare non incōmodum fuerit. Primum ergo quid sit δολιχοδρόμος, uidendum. δόλιχον per sese longum significat. Hinc Homerus grues δολιχοδέιρους appellat, à longo collo. In gymnico uero certamine, δόλιχον species stadij est, à longitudine spacij uel cursus nomen habens, perinde atq; colligere est ex Iulio Polluce, apud quem libro tertio, cap. περὶ δρόμου γυμνικοῦ, synonyma sunt hæc, δολιχοδρόμος, ὁ τὸν δόλιχον θέων, ὁ τὸν μακρὸν δρόμον ἀγωνιζόμενος. hoc est, dolichi cursor, dolichum currens, longo cursu certans. δόλιχον enim & μακρὸν idem ualent. Budæus in suis grecæ linguæ diligentißimis & doctißimis commentarijs, τὸν δολιχὸν longum ac ueluti plenum cursum diaulo maiorem significare putat. Verum quum Aeschines, ut est ibidē apud Pollucē, dixerit, τὸν δολιχοδρομήσαντα στάδιον, est quur opiner στάδιον & δολιχὸν idem esse, nec in diuersum recidere apud Pollucem σταδιοδρόμον, δολιχοδρόμον, & σταδιεῖ. Verum hic certiora adferentibus lubens, ut par est, cedam. Proinde hæc ode inscripta est Ergoteli Himeræo δολιχοδρόμῳ, hoc est, dolichi seu stadij cursori. Laudat aūt ab Olympia, Pythia & Isthmia uictorijs: tamq; hæc oda ἀνασκευὴ est, q̄ ἔπαινος: nam sola ἀνασκευῇ, hoc est, confutatione constat. Tollit enim, quæ illi obijci poterat, fugæ turpitudinem. Omnia, inquit, fortunæ subiecta: proinde honorifice diuino quodam consilio eum Himeram fugisse. a ℭ O fortuna seruatrix Iouis filia.) Locus cōmunis de fortunæ imperio. Vbi primum considerandum, quod Iouis filiam faciat, & Iouis ἐλευθερίου, hoc est, libertatis autoris: quo fortunæ fontem & naturā pulcherrime describit, longe certe rectius cæteris gentibus & philosophis, qui fortunam quidem deam, & fortuitū euentum simpliciter adfirmabant. Gentes humanarum rerum instabilitatem secum reputantes, omnia uel Proteo mutabiliora cernebant, ac plerasq; omneis res præter animi sententiam euenire. Colligebant igitur fortunam esse numen oportere, cuius nutu & imperio cuncta gererentur. Philosophi fortunam & casum, euentum præter animi nostri deliberationem definierunt: & recte quidem: sed fontem tamen & impulsorē fortunæ prorsum ignorarunt. Multo melius & sanctius Pindarus, fortunam hic Iouis, hoc est summi dei filiam facit. Quod quid aliud est, quàm fateri fortunam esse fatum, atq; è diuina prouidentia & operatione profluere? Sic fortuna fortuitus quidem euentus est, cuius autor & impulsor

Quid δολιχοδρόμος

sor Deus. Quicquid nobis nihil tale cogitantibus forte fortuna contingit, fortuna est, & fortuitus euentus, respectu nostræ uoluntatis & meditationis: sed fatum & prouidentia est, respectu æterni Dei, non Homerici quidem Iouis, sed patris domini nostri ἰησοῦ χριστοῦ. b ℂ Iouis libertatis.) Libertatis autorem Iouem nominat, quod cum è bello intestino Cnosio liberarit, ac Himeræorum libertate gaudere fecerit: quicq; ueræ libertatis in omnibus rebuspublicis autor sit & largitor. c ℂ Seruatrix.) Seruatricem fortunam appellat, quod eius, hoc est, diuinæ uoluntatis beneficio, è turbis Cnosijs ereptus, & Himeræ seruatus sit. Vel generatim, quod omneis seruet diuina clementia & prouidentia. d ℂ Mendacia uana secantes.) Hoc est, frustra falsis rebus, quas apprehendere nequit, inhiat. e ℂ Aduersus oblectationem.) ἔμπαλιν τέρψιος, contra uoluptatē, aduersus oblectationē. f ℂ Procellis.) ζάλη, à ζα augendi particula, & λίαν ualde, & ἄω spiro, grande malum, ingens procella est. g ℂ Pro malo permutarūt.) πήματος, pro ἀντὶ πήματος, pro malo ingens bonum receperunt. πεδάμειψαν pro πεδήμειψαν, à πέδον καὶ ἀμείβομαι, firmiter permutarunt. Rara cōpositio. h ℂ Atqui tuus etiam pedum honor inglorius:) Cōparatio talis est: Si, inquit, domi tuæ Cnosi permansisses, instar galli domesticā pugnans cum gallo cientis, fuisses. Solet quidem gallus gallinaceus cōmittere prælium, sed illud est domesticum, ac ueluti obscurum, non publicum, non celebre. Quo pariter innuit, ipsum Olympicam non consecuturū fuisse uictoriam, si ex Cnoso nō fugisset. Quod ad ignominiā uerti potuisset, in laudem abijsse ostendens. ἐλευθέριος,

i ℂ Gallus.) ἀλέκτωρ & ἀλεκτρυὼν, gallum gallinaceum significat. Homerus solem etiam eodem nomine appellat, quod uterq; mortales exci-tet, & lectis surgendo priuet hic fulgore, ille cantu, ut & antehac indicatum.

k ℂ Domi pugnans.) ἐνδομάχας pro ἐνδομάχης, intus pugnans.

l ℂ Seditio.) στάσις ἀντιάνειρα, seditio uiris & fortibus inimica, ab ἀντὶ & ἀνὴρ uel ἠνορέα. m ℂ Calida lauacra baiulas.) Quum Hercules Gerionis boues agens, Siciliam transiret, iuxta Himeram Mineruæ thermas è terra scaturire fecit, quibus longo itinere defatigatus, uires suas recolligeret. Hæc interpres. Ergo calida Nympharū lauacra baiulas, hoc est, multiplici uictoria exornatus thermas ad Himerā sitas, & per synecdochen ipsam totam Himerā extollis & laudibus uehis. Vel allegorice, ceu fessus iam uires resumis & recrearis è thermis, hoc est, hymnis & encomijs. Calida nympharū lauacra, est periphrasis thermarū. Victoria Olympia, Pythia et Isthmia perinde te exhilarāt, atq; thermæ Himeræ eos, qui in illis lauāt. n ℂ In propria tellure cōmorās.) παρ' οἰκείαις ἀρούραις, hoc est, uelut in propria terra cōmorans.

XENOPHONTI [a]CORINTHIO [b]STADII CVRSORI, CVRSV ET [c]QVINquertio uincenti, ODE XIII.

STROPHE I. COLON XI.

T[d]Er Olympijs uincentẽ Xenophontis laudans domũ, erga ciues mitem, erga hoſpites amicam, agnoſcam felicem Corinthũ Neptuni, qui in Iſthmo colitur, [e]uiris ſplendidum ueſtibulum. [f]In ea æquitas uerſatur, ſorores ꝗ fundamentũ urbium iuſtitia, & cõcordiæ cauſa pax, hominibus diuitias promentes filiæ bene cõſulentis Themitos,

ANTISTROPHE, COLON XI.

[g]Quæ ſaturitatis matrem iniuriam arcere uolunt, ſermone temerariam.

ENARRATIO.

Argumentum. *Xenophontem Corinthium, qui 79. Olympiade, uno die geminam uictoriam, alterã quinquatrij, alterã ſtadij adeptus eſt, laudat: patremq; eius Theſſalum, qui antea 69. Olympiade coronatus erat Olympico agone. Vnde Ter Olympijs uincentem domum inquit, Xenophontem & patrem eius Theſſalũ reſpiciens. Loci quibus utitur ſunt ij: Ab æquitate, à iuſtitia, à pace, à patria, ab inuentione & ingenio Corinthiorũ, à literis & rebus bellicis, ipſum uictorem cõmendat: à ſtadij & quinquatrij exuperatione, ab Iſthmia & Nemea uictorijs, à patre Theſſalo, eiusq; uictorijs, ſtadij, diauli, & hellotijs, ab auo Pteodoro. Poſtea digreßionem immiſcet de Corinthiorũ maioribus. Poſtremo Xenophontem à multis uictorijs effert, Delphicis, Argiuis, Thebanis, Arcadicis, Pellenæis, Aeginetis, Sicyonijs, Megarenſibus, Eleuſinijs, Marathonicis, Aetnæis & Eubœis.* a ☾ Corinthio.) *Corinthus nobilißima urbs ad Iſthmum ſita.* b ☾ Stadij curſor.) *Epigrapha Xenophontem σταδιῦ, id eſt, ſtadij curſorem uocat. Iam priori ode στάδιον & δόλιχον non multum differre indicatũ eſt: quare σταδιοδρόμος & σταδιεὺς & δολιχοδρόμος ſynonyma erunt, ni fallar. Autore uero Budæo, δόλιχον curſus diaulo maior erit, & δολιχοδρόμος eum ſignificat, qui plenum curſum perfecerit.*

rit. Stadiū ergo ab ἵστημι, ſto uel ſiſto, uel à στάσις deducitur. Græce στάδιος, στάδιον, & apud Homerum Iliad. ν. σταδίη, locus eſt, ſeu ſpatium trecentorum cubitorū, ut Hypomnemata Pindarica tradunt. Aulus Gellius 600. pedes ſtadij menſuram fuiſſe ex Plutarcho annotauit. c ℂ Quinquertio.) πένταθλον Latinis quinquatriū uel quinquertium ſonat, quod quinq; complectatur certaminum genera, pugilatum, luctam, ſaltum, diſcum & curſum. à πέντε & ἆθλον. d ℂ Ter Olympijs uincentem.) Propoſitio eſt encomiaſtica, qua multis inſignibus epithetis laudat Corinthum, eamq́; circunſcribit. e ℂ Viris ſplendidum.) ἀγλαόκουρον, iuuenes ſplendidos, ſeu inſignes uiros aut ciues continentem. f ℂ In ea æquitas.) Inſigni proſopopœia Corinthū laudat: à felici reipublicæ ſtatu, in qua regnare dicit matrem Themin, hoc eſt, honeſtatem, ſeu honeſti deam. Atq; huic tres filias tribuit,

εὐνομίαν } Id eſt, { bonam legum conſtitutionem.
δίκην } { iuſtitiam uel ius.
εἰρήνην } { pacem.

Ingens ſanè laus urbis, in qua talis politia ſit, ut in ea tres hæ filiæ deprehendantur, omnis boni, cunctarumq́; opum largitrices. g ℂ Quæ ſaturitatis matrem.) Per hypallagen accipiendum eſt quod ait, Arcent filiæ Themidis iniuriam ſaturitatis temerariloquam matrem. Vult enim dicere, arcent ſaturitatem iniuriæ matrē. Eſtq́; anthypophora. Diluit quod obijci poterat, de Corinthiaco luxu. Siquidem quum Corinthiorū luxus & petulantia, non uno apud Græcos adagio taxata eſſent, utpote, Ilium nō indignatur Corinthijs: &, Corinthiari: &, Non eſt cuiuſuis adire Corinthum: habuerunt quo reprehenſioni & culpæ fuerint obnoxij. Quæ præoccupans noſter, filiæ, inquit, Themitos, & alia quæ iamnunc mihi dicenda ſunt de Corinthijs præclara, uetera iſta opprobria & improperia Corinthiaci luxus, & effœminatæ reipublicæ uitia cōtegunt, arcent & remouent: quandoquidē iam nulla nō uirtus Corinthi abundet. Homerus τίκτει τοι κόρος ὕβριν ait. Ergo hic locus, ut dixi, per hypallagen eſt intelligendus. Deſcendit autem θέμις à uerbo τίθημι pono, quod ipſum honeſtum, leges ferat, iuſta & pacifica ſanciat.

Sunt mihi [a] præclara dicenda, quæ ut in medium proferam, recta quædam audacia me compellit. Primum [b] difficile eſt ingenitum occultare morem. [c] Vobis uero filij Aletæ ſæpe uictoriam gerentem ſplendorem, cum ſummis in ſacris certa-

minibus præeminentium uirtutibus dedere. Sæpe præterea & cordibus uirorum iniecerunt

EPODOS, COLON XI.

Antiquam pulchre florentes horæ[d] sapientiã, omneq; inuentionis opus.

a ℂ *Præclara dicenda.) Attentos reddit Corinthios.* *b* ℂ *Difficile.)* ἄμαχον *pro* ἀμήχανον. *Id est, impoßibile est, fieri non potest, ut ingenitum natura bonum uestrum Corinthij occultetur: tantum enim est, ut sese quotidie exerat & aprico gaudeat: unde neq; me, quo minus id commendem, continere queo. Adfirmat aũt Corinthios natura, ingenio, & uirtutibus, multis præstare mortalibus.* *c* ℂ *Vobis uero filij Aletæ.) Probat quod dixit, exemplis multorũ in Olympijs uictorũ.) Periphrasis est Corinthiorũ filij Aletæ. Fuit Corinthiorũ rex Aletes, tricentesimo anno post Doriensium accessum, ut Scholia habent.* ἀλάτα *pro* ἀλήτου. *d* ℂ *Sapientiam.) Aliud argumentum à maiorum sapientia & inuentione.* εὑρόντος, *eius qui inuenit. participium* ἀόριστον. *hoc est, inuentoris.*

[a]Bacchi unde Charites cum Dithyrambo, [b]bouem trahente, illic apparuerunt. Ecquis [c]equinis armis mensuras, [d]deorũ item in templis aquilam geminam, auium regem posuit? [e]Apud quos & Musa suauisona [f]& Mars perniciosa fortium uirorum clade floret.

Aquila duplata tẽplorum ornamentũ, ἀέτωμα dicebatur.

a ℂ *Bacchi unde Charites.) Vnde, ex sapientia & inuentione Corinthiorum prodijt primum Bacchi Dithyrambus. Quid inuenerint primum Corinthij, enarrat. Primum inuentum est Bacchi Dithyrambus. Porrò Bacchus Semeles & Iouis filius, tertio transformationũ Ouidij, & apud Græcos Dithyrãbus appellatur, à duplici natiuitate, quod bis ianuam nascendo transierit, primum matris aluum, deinde fœmur Iouis. Etenim quum Semele, fraude Iunonis, ut Ouidius recenset, ad inferos tonitru Iouis detrusa esset, infantem Bacchum Iupiter è Semeles aluo exemptum in fœmur suum ad iustum usq; maturitatis tempus consuit & reposuit, à* δὶς *bis, &* θύρα *ianua, &* βαίνω *scando, transeo. Primo ergo Dithyrambus Bacchi, ab euentu epitheton est. Secundo, circularem saltationem in Bacchi decus apud Corinthios institutam significat, ut hoc loci: quam saltationem, per appositionem Bacchi Charites, hoc est, Bac-*

chi

chi oblectationem nominat. Tertio, hymnum in Bacchum conscriptũ ualet: unde Dithyrambici etiam poëtæ. Quin & Pindarũ Dithyrambos scripsisse Suidas est autor. b ¶ Bouem trahente.) *βουλάτην appellat Dithyrambum, à βοῦς & ἐλάω uel ἐλαύνω, quoniam bos præmium eius saltationis erat.* c ¶ Equinis armis.) *Secundum Corinthiorum inuentũ est currus. Nam per uasa equina, currũ μεταφορικῶς intelligit, uel secundum alios, frenos.* d ¶ Deorum in templis.) *Tertium inuentum est gemina aquila, deorum templis ornamenti gratia imposita. Hactenus ab inuentione, mox ab alijs præclaris rebus cõmendat Corinthios. Porrò duplicata aquila templis imposita græcis ἀέτωμα dicitur, ut Didymus, Timæus & Demetrius in Scholijs.* e ¶ Apud quos & Musa suauisona.) *Poëtæ Corinthi etiam clarent. Propter Eumolpum Corinthium hoc dicit, qui Græcorũ reditum conscripsit: tum propter Aesona poëtam Corinthium, cuius meminit Simonides.*

f ¶ Et Mars. &c.) *Hæc propter Persicũ bellum dicit, in quo & ipsi duce Adianto belligerati sunt, ac plurima pro Græcorum salute fecerunt.*

STROPHE II. COLON XI.

[a]Summe pater Iupiter fortiter Olympiam administrans, nullo non tempore fauor tuus meis adsit carminibus obsecro, huncq́ue populum innoxium regens, felicis Xenophontis dirige propitiam fortunam. Suscipe iuxta illius [b]coronarum laudatricem legem, quam ex Pisanis agris refert, cursum stadij unà cum quinquertio exuperans, quæ duo nemo unquam antehac mortalium, ut is, uno die attigit.

a ¶ Summe Iupiter.) *εὐχὴ est. Precatur Iouem pro felicitate Corinthiorũ & Xenophontis, utq́; hunc hymnum placidus suscipiat.* b ¶ Coronarum laudatricem legem.) *Coronarũ laudatricem legem hymnum suum allegorice uocat. Lege enim cautum erat, ut uictores encomijs celebrarentur. Laudat eum iuxtà à stadij & quinquatrij uictoria.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

Duæ subinde [a]selinorũ plicaturæ coronarunt, cum Isthmijs tum Nemea, (quæ illi non [b]reniti-

tur) perſpicuum uictorem. [c]Patris demum eius, cui nomen Theſſalo, pedibus, prope [d]Alphei fluenta [e]ſplendor repoſitus eſt: ſiquidem in Pythijs [f]ſtadij honorẽ, diauliq́ uno die recepit, eodemq́ menſe. [g]Aſperis Athenis tria quidem opera pedum uelocitate conſpicua dies reddidit pulcherrima circa comam.

a ℂ *Selinorum plicaturæ.)* *Nedum pinus in Iſthmijs certaminibus dabatur, uerumetiã ſelinum, id eſt, apium, perinde ac in Nemeis: niſi quod Iſthmi, ab arido apio corona nectebatur, Nemeæ uero è uiridi: ab Iſthmia & Nemea uictoria cum cõmendans.* *b* ℂ *Renititur.)* αὐτιξοεῖ αὐτίχει). *c* ℂ *Patris demum eius.)* *A patris Theſſali uictorijs amplificat: laus patris in filium, & uice uerſa reſilit.* *d* ℂ *Alphei fluenta.)* *Periphraſis eſt Olympiorum.* *e* ℂ ἄγλα ποδῶν.) *Metaphora eſt, pro uelocitate.*

f ℂ *Stadij diauliq́; honorem.)* *Stadium quid ſit, & unde dictum, ſuprà annotatum. Diaulum uero hactenus non occurrit, quare ſuccinctim enarrabimus. Compoſita uox eſt, à* δὶς *bis, &* αὐλὸν, *id eſt metaphorice anguſtum & prolixum: ab inſtrumento, quam tibiam uocant, ſimilitudine deſumpta, ut Scholia in Iliados* ε *adfirmant. Ergo* δίαυλον *bis anguſtum & prolixum ſonat. Spatium proprie eſt, quantũ duo ſtadia longitudine complectuntur: unde Iulius Pollux* δίαυλον, διπλοῦν στάδιον, *id eſt, duplex ſtadium appellat. Patrem ergo Xenophontis Theſſalum & ſtadio &* διαύλῳ, *hoc eſt, duplici ſtadio uiciſſe adſerit.* *g* ℂ *Aſperis in Athenis.)* *Tria præclara facinora Athenis geſſit, propter quæ capitis ſui coronas etiam accepit: hoc eſt, triplicẽ uictoriam adeptus eſt, ex triplici certamine, nimirum ſtadio, diaulo, & armato curſu: ut hypomnemata uolunt.*

EPODOS, COLON XI.

[a]At in Hellotijs ſeptẽ coronas nactus eſt, [b]in marinis uero Neptuni inſtitutis maiora eum cũ patre Ptœodoro ſequuntur oblectamenta, præcioſioraq́ præconia. Quoties uero [c]Delphis atque [d]Leonis in finibus primas tenuiſtis? [e]Cum non paucis quidem dimico, de multitudine bo-

norum uestrorum: [f] sed quemadmodum lapillorum qui in mari sunt, numerum planè recensere nequeo, sic nec omnia uestra.

a ℭ In Hellotijs.) *Hellotia Panegyris erat apud Athenienses, Mineruæ Hellotidis causa instituta, principium inde ducens. Quum Dorienses ope Peloponnesiorum Corinthum & cepissent, & igni succendissent, uirgines quædam incendiū atq; perniciem sui effugere uolentes, cum Eurytione & Hellotide sororibus, in templum Mineruæ confugerūt. Quod animaduertentes hostes, templo flammas admouerūt: illic reliquis effugientibus, Eurytione & Hellotis uirgines ac sorores isto incendio perierunt. Hinc exorta deinceps peste, editum est à Minerua oraculum, non antea desituram luem, quàm animas crematarum uirginum expiassent. Quare Mineruæ Hellotidi ædem sacram extruxerunt, & Panegyrin Hellotia dictam, pro Hellotidis expiatione instituerunt. Alij Hellotia, à palude quæ est in Marathone Atticæ, ubi Mineruæ templum sacrum scriptum est, nominata putant.* ἕλος *enim palus: hinc* ἑλλωτίς, *quasi paludana Minerua dicitur. Alij à capto Bellerophontis equo Pegaso, cui primū Mineruæ frenum indidit.* ἑλεῖν *enim capere est; hinc ipsa* ἑλλωτίς. *Enimuero prior ratio potior uidetur, & proxime accedere, Panegyrin Hellotia ab Hellotide uirgine duxisse nomenclaturam.* *b* ℭ In marinis Neptuni institutis.) *Periphrasis est Isthmiorū.* ποτειδᾶνος τεθμοῖσι, *pro* ποσειδῶνος θεσμοῖς. *c* ℭ γυάλοις.) *Periphrasis Pythiorū.* *d* ℭ In finibus.) *Vel septis, uel herba, hoc est, nemore Leonis. Periphrasis est Nemeorum.*

e ℭ Cum nō paucis dimico.) *Hoc est, multi sunt quos uirtutibus, & multiplici uictoriæ titulo excellitis.* *f* ℭ Sed quemadmodum lapillorū.) *Comparatio est hyperbolica. Quemadmodum, inquit, arenæ maris numerus comprehendi, nec exprimi uerbis potest. Hucusq; comparat, applicationem omittens, quæ hunc ad modum, uel consimilem subaudienda est: Sic nec uestrorum ego, ô Xenophon, præconiorum magnitudinem recensere ualeo.* ποντιᾶν ψάφων, *pro* ποντίων ψήφων.

STROPHE III. COLON XI.

» [a] Qualibet in re modus est, quem intelligere, » est optima opportunitas. [b] At ego uelut è numero uestro ad hoc destinatus, prudentiam canens maiorum, bellaq; ab ipsis heroica uirtute gesta, nihil de Corintho mentiar: inter quos [c] Sisyphus

At quando Aeëtes & Aloeus maxima proles
Solis & Antiopes, uiderunt lumina mundi,
Terram tum duplici partitus nomine charis
Distribuit gnatis, satus ex Hyperione Phœbus.
Quam tenet Asopus dio præbebat Aloëi,
Hinc Ephyrenq; suam, regni cum rebus opimis
Atq; opibus cunctis Aeëtæ tradidit omnem.
Sponte sua hanc iterum Aeëtes Buno retinendam
Commisit, donec repetitum uenerit olim
Ex sese natus ue nepos ue. At Colchica tellus
Sola illi cordi est, auidis quam uisit ocellis.

ANTISTROPHE, COLON XI.

Ad hæc & quondam ob Dardani muros uisi sunt utrinq; bellorum finem parare, alij quidem [a]cum Atrei charo genere Helenã repetentes, alij uero prorsum [b]arcentes. Nam, qui ex Lycia uenerat, Glaucum, adiutum Troas, Danai tremebant, qui [c]gloriabatur [d]in urbe Pirenes, sui sanè patris Bellerophontis principatum, & altam esse [e]sortem, & ædes.

Corinthios à fortitudine maiorum cõmendat, quod & in Troiano bello habuerint, qui Græcos sint sectati: tum quod eorum uirtus à partibus Troianorũ etiam steterit. a ℭ *Cum Atrei charo genere.) Periphrasis est Agamẽnonis & Menelai, qui cum Græciæ iuuentute Helenam repetiuerunt. A Corynthijs autem Euchenor uates Atridas sectatus est, quod ipsum Homerus etiam testatur, inquiens:*

ἦν δέ τις Εὐχήνωρ πολυΐδου μάντιος υἱός
ἀφνειός τ' ἀγαθός τε Κορινθόθι οἰκία ναίων.

b ℭ *Arcentes.) Qui Achiuos ab Ilio arcuerunt à Corinthijs? Glaucus cum suis: is enim genus suũ ad Corinth. refert.* c ℭ *Gloriabatur.) Vt est Iliad. 6.* d ℭ *In urbe Pirenes.) Pirene fons Corinthi. Vrbs ergo Pirenes Corinthi est periphrasis.* e ℭ *Sortem.) Id est, hæreditatẽ, bona, regnũ.*

EPODOS, COLON XI.

[a]Qui Pegasum, [b]Gorgonis serpentibus abun

dantis filium, ſubiugare freno deſiderans, multa ſanè iuxta Pirenen incõmoda accepit, priuſquã ei Pallas ex auro nexum obtulit frenum. [e]Ex inſomnio illic ſtatim res uera fiebat, ubi & hunc in modum acclamabat: Dormis Bellerophon Aeoli nepos? Age ſuſcipe hoc [d]equis accommodum pharmacum, quod [e]patri equorum [f]domitori immolato [g]candido tauro, monſtra.

a ☾ Qui Pegaſum.) *Ad res geſtas Bellerophontis digreditur, quarum origo talis eſt: Prœti Argiuorũ regis uxor Antea, cum Bellerophontẽ ad amorem ſui permouere nõ poſſet, accuſauit eum coram rege ſuo, tanquam uim ſibi inferre uoluiſſet: ait enim apud Homerum Iliad. 6.*

τεθναίης ὦ προῖτ᾽ ἢ κάκτανε Βελλεροφόντην.

Quamobrẽ indignatus rex, cũ ad ſocerũ ſuũ ablegauit Lyciæ regẽ Iobatũ, literis illi deſignatũ facinus indicantib. datis. Quibus perlectis, nolens ipſe interficere, Chimærã ipſum primo trucidare iuſsit. Erat aũt monſtrũ, ut Hom. inquit,

πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα.
δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο.
καὶ τὴν μὲν κατέπεφνε θεῶν τεράεσσι πιθήσας.

A literis Prœti Bellerophonti traditis proditorijs, natum eſt prouerbiũ, Literæ Bellerophontis. Deinde Solymos, qui ſunt gens inter Lyciam & Pamphyliam, ſunt qui Hieroſolymitanos intelligant. Amazones, Scythiã frigore horridam regionem incolentes, de quibus antea dictum. Genere ergo Corinthius Glaucus fiát: propter egregia enim facinora Lyciorum rex ſocer Prœti, filiam ſuam ei deſpondit, ex qua Hippolochũ ſuſtulit. Ex Hippolocho uero natus eſt Glaucus. Bellerophon uero Siſyphi filius erat, Siſyphus Aeoli, Aeolus Iouis.

b ☾ Gorgonis.) *Pegaſum Gorgonis ſerpentibus abundantis filium dicit. Equus eſt alatus, è ſanguine Meduſæ ortus. Quum Perſeus enim dormienti Meduſæ Gorgoni caput amputaret, è ſanguine equus alatus Pegaſus prodijt, qui ungulis ſuis in monte Parnaſſo fontem eruit, ideo* ἱπποκρήνην *uocatũ. quem Perſius intelligit, dum*

Nec fonte, inquit, labra prolui caballino.

Meminit ortus Pegaſi Ouidius quĩnto μεταμορφ.

Dumq; grauis ſomnus colubros, ipſamq; tenebat,
Eripuiſſe caput collo, pennisq; fugacem

Pegaſum,

Pegasum, & fratrem matris de sanguine natos.

c ℭ Ex insomnio illic.) ἐξ ὀνείρου δ' αὐτίκα ἦν ὕπαρ. ὕπαρ est insomnium quod uigilantibus apparet, & adeò perspicue apparet, quasi non sit insomnium, sed res uera. ὕπαρ enim & ὄναρ uel ὄνειρος sibi mutuò repugnant, ut est apud Homerum Odyss. τ.

οὐκ ὄναρ ἀλλ' ὕπαρ ἐσθλὸν ὅ, τοι τετελεσμένον ἔσται.

Astitit aūt ei Pallas per insomniū, & frenū attulit, quo posset domare Pegasum. d ℭ Equis accōmodum pharmacon.) ἱππεῖον φίλτρον, hoc est, potionem, quæ equis amorem ingerat, ut homines ament, & eis obediant. Frenum ita circūscribit: freno enim equus cohibetur, ut domino uel heniocho morem gerat. e ℭ Patri equorum.) Patrem Neptunum Bellerophontis hic facit. Nomine enim & uulgi sermone, Sisyphi filius erat Bellerophon, re uera autem Neptuni: perinde ac Hercules putabatur filius esse Amphitruonis, quum esset Iouis. f ℭ Domitori.) Domitorem Neptunū uocat, quod sit equestris, & equorum domitor. g ℭ Candido tauro.) ταῦρον ἀργόν. Taurum candidum Minerua hic Neptuno immolari iubet, quum Homerus παμμέλανας ταύρους cedi in uictimā uelit. Scholia, ut ne admittant hic dissidium poëtarum, dicunt, quod per ἀργὸν hic non simpliciter alborem uel colorem intelligat Pindarus, sed florentem & micantem & resplendentem potius proceritatem & magnitudinem.

STROPHE IIII. COLON XI.

[a]Tanta illi, nigram habens ægida, dormienti noctu uisa est dicere uirgo: qui mox è lecto prosiliens ac in pedes restitans, propeq́ positū apprehendens prodigium, indigetem uatem pro arbitrio reperit [b]Polyidon, ac omnem [c]Cœranidæ rei summā indicauit, [d]ut iuxta illius responsum deæ ad aram recubuit, utq́ Iouis fulminantis nata Pallas ei tradidit

ANTISTROPHE, COLON XI.

Aureum frenum. Iussit itaq́ uates, ut quamcelerrime insomnio parēret, & ubi sacrificarit fortem pedibus taurum latepotenti Neptuno, mox etiam aram equestri Mineruę erigat. [e]Reddit au

" tem & diuina potentia conditionẽ, quæ eſt præ-
" ter fidem & ſpem, facilem. Bellerophon ergo for-
tis ſtudioſe arripuit ([f]mite pharmacum in os in-
tendens)

EPODOS, COLON. XI.

Alatum equum.

a ℂ *Tanta illi.) Epilogus mandatorũ Palladis, quam periphraſtice uirginem, nigrã ægida tenentem, appellat: hoc eſt, terribile ſcutũ habentem, quód ſit belli dea.* Aegis *Aegis enim ſcutum eſt, quod Ioui & Mineruæ tribuunt. Iupiter* Aegiochus. *Aegiochos, ægida tenens dicitur, quod ægida ſcutum à Vulcano fabrefactum gerat: cui capra inſculpta eſt, in gratiam eius capellæ, qua in Creta eſt educatus. Vnde Iouis illa ægis ab αἲξ αἰγὸς fors deduci poſſet. Mineruæ autem ſcuto caput Meduſæ per Perſea reſectum colubris refertum, impoſitum fingitur, ut eo uehementius ipſa hoſtem terreat. Arpacration ægidas uocatos eſſe olim nexus & plicaturas è coronis teſtatur, & retia per coronas plicata. Hinc uerisimile à talis retis ſimilitudine, uel ad loricã, uel ſcutum, αἰγίδα apud Græcos translatam eſſe.* *b* ℂ *Polyidon.) Vatem, cuius antea iuſsibus uſus erat Bellerophon, ab inſomnio & oblato freno acceſsit. quem indigetem uocat, quod Lycius eſſet, uel ex ea terra, ubi tum Bellerophon agebat.* *c* ℂ *Cœranidæ.) κοιρανίδα pro κοιρανίδην. Eundem uatem Polyidon intelligit, qui filius eſt Cœrani.* *d* ℂ *Vt iuxta.) Quid acciderit, & rei euentum narrat.*

e ℂ *Reddit autem & diuina potentia.) Pia & pulchra gnome eſt, quæ impoſsibilia & prorſum difficilia hominibus, diuina potentia & poſsibilia & facillima fieri dicit. Obſeruandum eſt, quod πληροῖ pro τιθεῖ uel ποιεῖ uſurpat. Hanc ideo adijcit, quod iam Bellerophon, quod neq; ſperaſſet, neq; credidiſſet, diuina ope Pegaſum freno facile domet.* *f* ℂ *Mite pharmacũ.) Eſt frenũ metaphorice, quod mite ab effectu eſt, quia mites & cicures reddat equos*

Aſcendens autem ſtatim, ferreis indutus armis ludebat, quo cum & olim Amazonũ iaciens muliebrem [a]bellicoſum exercitũ [b]ſub frigido cœlo, in finibus deſerti, & Chimæran ignem efflantem, & Solymos occîdit. Iam [c]obticebo fatũ eius, illum uero primora Iouis præſepia ſuſcipiunt.

Quanta ope Pegaſi perſecutus ſit, cõmemorat: de quibus paulò ante dictũ.

Bellico

a ℂ *Bellicoſum.)* τοξότην, *hoc eſt, arcu ualentem & iaculis. Speciē per genus reddidi.* *b* ℂ *Sub frigido cœlo in ſinibus deſerti.)* *Scythiam enim incoluerunt Amazones, & Hyperboreorum loca frigidiſsima & deſerta uiris loca: in ſinibus deſerti, hoc eſt, uaſta & flexuoſa ſolitudine.* *c* ℂ *Obticebo fatum.)* *Pegaſus excuſſo deiectoq́; Bellerophonte in cœlum auolauit, transmutatus in ſtellas, quæ* φάτναι, *id eſt, præſepia dicuntur: quarū & Aratus meminit. Bellerophon autē claudus ex lapſu factus eſt, atq; id fatum & malum ſe poëta præteriturum dicit.* φάτναι *ſtellæ ſunt Pegaſeæ.*

STROPHE V. COLON XI.

[a]At me iam rectà per telorum itantem [b]turbinem, nō decet multas ſagittas præter ſcopum tenere manu. Muſis enim ſplendidas ſedes habentibus meapte ſponte [c]miniſter adueni, ut ab [d]Oligætho originem ducentes Corinthios laudem. Proinde quę in Iſthmijs et Nemeis à Xenophōte geſta ſunt, breui carmine in apricum ſimul omnia ſtatuam, uerumq́ [e]iuramentum aderit. Sexageſies enim utrinque [f]ſuauiſona boni præconis uox inſonuit.

a ℂ *At me iam.)* *A latiori parecbaſi ad inſtitutum ſe reuocat.*
b ℂ *Turbinem.)* ῥόμβος *turbinem ſignificat apud Theocritum in Pharmaceutria:*

χ᾽ὡς δινεῖθ᾽ ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ ἀφροδίτης.
ὡς κεῖνος δινεῖθ᾽ ὁποθ᾽ ἡμετέρῃσι θύρῃσι. *hoc eſt,*
Sicut & hic turbo conuertitur æreus, illum
Sic noſtras ſubitò Venus aurea uoluat ad ædes.

Allegoria eſt. Quum multa mihi præ manu ſint argumenta, quibus ornem uictorem: dignum eſt ac decorum, ne plus æquo à ſcopo & ab inſtituto auocer. Satis iam digreſſus ſum, redeundum tandem cò, unde deflexi. *c* ℂ *Miniſter.)* ἐπίκουρος, *auxiliator uirtutū, ne intermoriantur, ne pereant.* *d* ℂ *Oligætho.)* *Oligæthidæ, tribus ſeu familia eſt Corinthi, è qua Xenophō hic progenitus eſt, ab Oligætho quodam.* *e* ℂ *Iuramentum.)* ἀληθὴς ἔξορκος. *Id eſt, Si mihi iurandum ſit, ut uere eius uictorias recenſeam, uere iurabo, neq; mentiar, confirmaboq́; eum ſexageſies uiciſſe. &c.* *f* ℂ *Suauiſona*

ἐπίκουρος.
Oligæthidæ

præconis uox.) ἀδύγλωσσα. *Victoriæ circuitio est: nam publice uictores proclamabantur per nomenclatorem uel æsymnetam, uel hellanodicen: à sexaginta uictorijs Xenophontem laudans.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

Quæ uero in Olympijs gesta, iam antea enumerata sunt:[a] quæ posthac obueniēt illis, suo tempore item palàm extulero. Nunc spero quidem meliorem, fautore Deo, finem. Quod si[b] genuina fortuna rursum arriserit, ut uincat Xenophon, id Olympio [c]Ioui, aut [d]Marti acceptum referemus. Quanta uero in [e]Parnassi iugis & Argi peregit, quanta item & Thebis, quanta Arcadibus imperans rex, Lycæi Iouis ara testificabitur,

EPODOS, COLON XI.

[f]Pellana, & Sicyon, & [g]Megara, [h]Aeacidūq; bene munita domus, [i]Eleusis dein & præclara [k]Marathon, & sub altissimis [l]Aetnæ iugis prædiuites urbes constitutæ, ipsaq;[m] Eubœa: postremo totam percontando Græciam opinione maiora inuenies, & quàm ut agnoscere queas. [n]Atqui facillime pede fini appropinquare, annue Iupiter, honorē dans & felicitatē, qua oblecter, dulcem.

a ℭ *Quæ posthac obuenient.)* *Hoc est, si quos posthac triumphos, si quam uictoriam fuerit adeptus, eam ego non cælabo.* b ℭ *Genuina fortuna.)* δαίμων γενέθλιος, *felicitas, uel bonus genius, qui illum ab incunabulis secutus ac tutatus est.* c ℭ *Ioui.)* Διὶ *Ioui: quia Ioui Olympia dicata sunt.* d ℭ *Marti.)* ἄρει. *Mars enim Deus est indigena: Nam ex Harpine Asopi, Thebani fluminis filia, Oenomaum Eliorum regem genuit.*

e ℭ *Parnaßi iugis.)* ὀφρύϊ παρνασίᾳ. *Pythia intelligit.* f ℭ *Pellene.)* *Pellene Achaiæ urbs, ubi Theoxenia & Hermæa agebantur, quorum munus* χλαῖναι, *uictoriæ præmium. Sicyon Bœotiæ ciuitas, ubi Pythia.*

g ℭ *Megara.)* *Vrbs circa Isthmum, inter Peloponnesum, Atticam & Bœotiam,*

Bœotiam,

Bœotiam, autore Stephano: illic Dioclea agebantur. b ❡ *Aeacidumq; bene munita domus.*) ἄλσ@ αἰακιδᾶν. *Periphrasis est Aeginæ, ubi Aeacea agebantur. Aeacidæ sunt Aeaci posteri, quorū Isocrates meminit in Euagora. Aeacus Iouis filius: cuius nati sunt Telamon & Peleus: Telamonis porrò Aiax & Teucrus: Pelei demum Achilles, qui & Aeacides à poëta appellatur, quod genus eius abusq; Aeaco deriuetur.* i ❡ *Eleusis.*) *Eleusini Demetria agebantur.* k ❡ *Marathon.*) *Marathoni Atticæ, Herculana celebrabantur: quorum uictoriæ præmium erat argentea phiala. Quorum ludorum & festorū superiori hymno nono bona pars cōmemorata est.* l ❡ *Aetnæ iugis.*) ὑπὸ αἴτνας, *pro* αἴτνης. *Syracusas intelligit, ubi Nemea agebantur, uel, ut alij, Isthmia, non illa quidem ad περίοδον quatuor certaminum pertinentia, sed consimilia ab illis ceu exemplari quodam desumpta.*

m ❡ *Eubœa.*) *Eubœæ Geræstia agebantur ab omnibus Geræstijs in gloriam Neptuni, ob tempestatem, quæ illic oborta erat. Quin & Amarynthi Eubœæ, Amarynthia uicerunt.* n ❡ *Atqui facili.*) ἀλλὰ κούφοισιν. *Apostrophe ad Iouem, qua perorando precatur, ut se iam fini tandem appropinquare faciat.*

ASOPICHO ORCHOMENIO CLEODEMI *filio stadij cursori,* ODE XIIII. *monostrophica.*

COLON XVIII. ET XVII.

Monostrophica dicitur, quod unicam duntaxat strophen habeat, in 18. & 17. cola diuisam.

C[a]Elebres reginæ [b]Charites, Cephisias sortitæ aquas, equestrem habitantes sedem preclaræ Orchomeni, ô ueterum Minyorum [c]Episcopi, hoc à uobis precor, nempe ut me audiatis. [d]Vestro beneficio cuncta cum delectabilia, tum iucunda fiunt mortalibus: Siue sapiens, siue bonus, siue quis splendidus fuerit. Neq; dij citra uenerandas Gratias choros ducunt, neq; conuiuia instituunt, sed omnium in cœlis operū illæ sunt dispensatrices, thronos suos ad Pythium aureo arcu insignem Apollinem collocantes, sempiternum Olympij patris honorem colunt.

COLA XVII.

O uenerabilis Aglaia, amabiliterq; demulcẽs Euphrosyne, amiceq; oblectans Thalia, optimi deûm filiæ, auscultate quæso, cõtemplantes hũc exultantem hymnum, [e]ob clementem fortunam haud impedite incedentem. [f]Lydio nanq; modo, [g]ex industria Asopichum laudaturus accessi, & [h]uestra causa ô Gratiæ, quandoquidem [i]Minyæa uictoria clara est. [k]I nunc fama, teq; ad tenebrosas ædes Proserpinæ recipias, patriq; Cleodemo lætum nuncium adferas, recitando ei, [l]utnam filius sibi suam coronarit cæsariem, ex præciosorum munerum [m]alis.

ENARRATIO.

Argumentum. *Asopichus Cleodemi filius, ab Orchomeno Bœotiæ oppido, Orchomenius appellatur. 76. Olympiade stadij cursu uicit. Cephisus Orchomeni fluuius, ubi & Charites, id est Gratiæ coluntur: quibus Eteoclus Cephisi fluminis filius, primũ sacra fecit, ut Hesiodus testatur. Hinc Theocritus Idyll. 16. quod Charites inscripsit, Gratias Eteocleas filias, deas nominat:*

ὦ ἐτεόκλειοι θύγατρες θεαὶ τὸν μινύειον

ὀρχόμενον φιλέουσαι ἀπεχθόμενόν ποτε θήβαις. *Cephisus aũt Thessaliæ amnis Orchomenũ transit. Porrò duas esse Orchomenos, haud est leuiter prætereundũ hic, alterã Arcadiæ, quæ & Polymelus, alteram Minyeam Bœotiæ à Minyeo flumine, quã hic recordatur. Laudat itaq; Asopichum à patria, ab Olympia uictoria. Gratiarũ encomion per amplificationẽ interspergit.*

a ⁅ *Celebres reginæ Charites &c.) Quia uero Asopichus Orchomenius erat, & Gratiæ ab Orchomenijs colebantur, à Gratijs orditur, quandoquidem certaminis conatus iuueni Asopicho* χαριέντως, *hoc est, placide, iucunde, amabiliterq; ceciderat.* *b* ⁅ *Charites.) Dum Charites ut auscul-*

Charites. *tent, rogat, simul earum uires & officium elegantissime explicat. Charites, quas Latini Gratias uocant, tres sunt, ut hic à Pindaro numerãtur: Aglaia, Euphrosyne, Thalia. Symbolum sunt humanitatis, & mutuæ, quæ inter homines uigere debet, amicitiæ, societatisq;, maxime uero mutuæ beneficentiæ: quem-*

admodum

admodum & paroemia etiam admonet, χάρις χάριν τίκτει. Hinc enim & uultibus aduersis pinguntur, ut alia in aliam intueatur: innuendo, quod nemo immemor beneficij esse debeat, sed rursum benefactorem suum, quo potest siue honore, siue munere, ornare. Primæ nomen est à splendore: ἄγλα enim, ut Pindarus 13. ode dixit, uel ἀγλὴ, splendorem significat: quod splendeat fulgeatq; uera & germana amicitia, nec sese occultari sinat: tum quod splendidorũ sit beneficijs suos exornare, ac multis benefaciendo gratificari. Alteri εὐφροσύνη nomen est, quod bene affectam & hilarem sonat: quo indicatur hilaritas benefactoris, quod hilari, nec subtristi, sed planè liberali & libero homine digno ingenio largiatur, uel citra recõpensationis spem, uel expectationẽ. Tertia θαλία, floriditatẽ & conuiuiũ lætum significat, παρὰ τὸ θάλλειν, quod nunquam non florere cum amicus, tum beneficus amicorum affectus debeat. Nudæ pinguntur, id est simplices, candidæ, sine fuco, non miniatæ. Quod si Theocritum imitemur, accipiemus Charites uel Gratias, ipsum esse Musarum fructum, eruditionisq; cui bonus sit genius fœturã, quæ splendidos, lætos & floridos reddit. Literæ enim solæ splendidos reddunt: & ea sola uera est nobilitas, quæ ex Gratijs, hoc est, literarũ fructu elucet. Stemma generis priscum, quæso te, quid est, si χάριτες, id est literæ, poëtica, historia, oratoria, tollantur: si theologia, iuris prudentia, & medicina, ex hoc mundo summoueantur, (hæc enim duplicata trias non inepte ad Gratiarum ternarium, ni fallar, quadrat) nisi obscuritas & fœditas? Literæ reddunt uere splendidum, tristeis affectus expellunt, in sempiternum florere uirtute præditos heroas faciunt: mansuetos, comes, & tractabiles reddunt. Prisci has tanquam gaudij & lætitiæ effectrices, ac uirtutum, quæ homines lætos, splendidos & floridos efficiunt, dispensatrices, coluerunt: quorum de numero Cephesij & Minyæi fuerunt. Vnde si quisquam subtristior, uel æquo austerior esset, eum ταῖς χάρισι σπένδειν iubebant, quo illarum beneficio tristitia deposita, exporgere frontem posset. Coniunctis inter sese manibus, aduersoq; uultu, ideo pinguntur, quod amicitia debeat esse firma, stabilis, indelebilis, rata, inconcussa: & quod mentes amicorum ita conglutinatas esse oporteat, ut alterius malum alterum tangat, ut nihil alteri calamitatis ingruat, quo alter non lædatur. Quod si ad literas referamus, literæ inter sese cohærent inseparabiliter. Nam & ideo Cyclicas appellant Græci disciplinas, καὶ τὴν ἐγκυκλοπαιδείαν, orbem illum artium concatenatũ. Alia enim citra aliam consistere non potest. Poëtica sine historia nulla est. Sic historia sine poëtica & oratoria. Sic oratoria sine poëtica non potest esse eximia. Hæ tres sine inferioribus, Grammatica, Dialectica, subsistere nequeunt. Ac sine harum omniũ adiutamento nõ potest felix ad iuris prudentiam, ad diuinarum rerum scientiam,

ad artem medendi fieri progressus. Postremo nudæ sunt, ut παροιμία habet, Nudæ Gratiæ: quod amicitia, literæ, & literati, synceritate gaudeant, ab omni fuco abhorreant, candorem exosculentur, simulationem, miniatamq; faciem & hypocriticam oderint. Theocritus tamen in Gratijs suis, Charites suas ideo nudas ait, quod ab heroibus, quibus adlegentur, indotatæ remittantur: quod nõ dignæ carminibus reddantur gratiæ. Quo indicat, literarum parum propitios æstimatores, principes & heroas, qui eruditos, quorum scientia & uirtute literis mandentur, nihili pendant, parũ esse candidos, ac minime ijs uirtutibus præditos, quarũ Charites typum gerant. Ecquid non Theocriti uersus utcunq; tralatos proferimus?

Ecquis cunctorum puro sub sole morantum
Accipiet nostras Charites, tractando benigne,
Haud foribus clausis, spontaneus inde remittens
Muneribus non incomptas? nemo Hercule nemo.
Ergo indignantes nudo pede se redijsse,
Me simul irrident, quia non deduxerim ad ipsas
Planum iter aut rectum, fœde sint nanq; repulsæ:
Cunctantes rursus uacuum ob fundum loculorum,
Imponunt genibus gelidis caput usq; grauatum.
At sicca est illic sedes, nam euenta modestis
Respondent minime uotis, nec pauca fatigant.
Quis hodie talis? quis iam præconibus æqui
Oscula dat blande colloq; tenaciter hæret?
Nescio certe an nunc homines uelut ante laborent
Propter uirtutis studium laudarier unum.

Hæc de suo seculo, in quo principes cultores literarũ semper summi erant, conqueritur Theocritus. Quid si ille in secula nostra incidisset, quid inquã dicturus erat? Nudas ergo fingit Gratias, quũ non dextre cum à regibus, tum principib. seu quibuscunq; tractentur, nõ suo honore decorentur. c (ἐπίσκοποι.) Hic animaduertendum, quod Gratias appellet τὰς Μινυᾶν ἐπισκόπους, Minyorum episcopos, hoc est speculatrices ac protectrices, θηλυκῶς. apud Homerũ Iliad. κ. exploratorem significat, dum Menelaus fratrem suum Agamemnonem ita conuenit:

τίφθ' οὕτως ἠθεῖε κορύσσεαι; ἦ τιν' ἑταίρων
ὀτρυνέεις Τρώεσσιν ἐπίσκοπον.

Et ubi Vlysses Diomedem eodem libro sic alloquitur:

οὗτός τοι Διόμηδες ἀπὸ στρατοῦ ἔρχεται ἀνήρ,

οὐκ

οὐκ οἶδ' ἂν νήσοισιν ἐπίσκοπος ἡμετέροισιν.

Episcopus ergo curatorem & exploratorem sonat, & obseruatorem, uel obseruatricem. Vnde uerbum ἐπισκοπῶ & ἐπισκοποῦμαι, considero, exploro, infirmos uisito. Et quia ἐπισκοποῦμαι uerbum ægritudini attribuitur apud summos autores, inter quos Demosthenes, Galenus, & Lucianus, quorũ testimonia Budæus profert: facile est coniecturare, quid episcopum Ecclesiæ seruatoris nostri Christi deceat. d ❡ Vestro beneficio.) σὺν γὰρ ὑμῖν. Theocritus non multum ab hoc loco dissidet, dum inquit: Sine Musis & Gratijs magni regis, Iouis cœlum neq; mensem, neq; annum transigit. e ❡ Ob clementem fortunam.) ἐπ' εὐμενεῖ τύχᾳ, propter clementem fortunam scilicet Asopichi, qua uictor in stadio currens euasit. f ❡ Lydio modo.) λυδίῳ τρόπῳ, id est, uario, dulci, lyrico, uariegato, poëtico, uaticinatorio. Lydij enim augurijs intenti, ex ijs uaticinari solebant. g ❡ Ex industria.) μελέτῃ, meditatio, exercitiũ, diligentia. Ab hoc nomine μέλισσα apes, dilizgentissimũ & operosissimũ animalculũ, nomen habet. Ergo ἐν μελέταις, id est, diligenter, studiose. h ❡ Vestra causa.) σεῦ ἕκατι, id est, tua gratia, uel propter te, ô Thalia. Pluraliter uertimus, uestra causa &c. Treis Gratias enim, ceu unicã personã alloquens κατ' ἐναλλαγὴν numeri, propter te, inquit, uel tua causa. Quasi innuat poëta, etsi tres numerentur fingantur q; Gratiæ, ita tamen eas esse unitas, ita concordes, coniunctas & unanimes, ut meritò pro una reputentur, sicuti paulò ante, ἰδοῖσα τὸν κῶμον, cõspiciens, uel ubi conspexeris hunc hymnum, auscultatrices estote: singularem & pluralem connectit, ad Thaliam simpliciter sermonem uertens, quum ab omnibus incepisset. Quemadmodum & Abraham Genesis 18. treis angelos sibi uisos, ut unum adorauit & inuitauit, & ut pluribus aquam, cibum potumq; apparauit. Tua causa igitur, id est uestra, per ἑτέρωσιν numeri. uel omnes sigillatim recensendo, tua causa, ô Aglaia ô Euphrosyne atq; Thalia, Minyorum ciuitas Orchomenus uidelicet, uictoria Asopichi clara est. i ❡ μινυεία.) ἁ μινύζα, Minyζa, id est Orchomenus, quam Minyei incolunt, celebris est uictoria.

k ❡ I nunc fama.) ἀχοῖ. Apostrophe ad famam. O fama, inquit, quæ uictoriam Asopichi passim diuulgas, descende ad Proserpinæ domum, hoc est, ad inferos, periphrasi poëtica, ad manes parentis Asopichi, ad ipsum Cleodemũ, illiq; filij sui uictoriam denuncia. ἀχοῖ uocatiuus est ab ἠχώ, η in α dorica dialecto mutato, pro ἠχοῖ. l ❡ Vtinam filius sibi suam coronarit.) Periphrasis est uictoriæ. m ❡ πτεροῖσι.) Alis multorum certaminũ, id est, coronis uictoriæ, quæ alarum instar uictorẽ extollunt, & in sublime ferunt. Sed hic libet subiungere hanc ipsam oden, perinde ac heroëlegeio uertere tentabã.

ASOPICHO ORCHOMENIO, CLEODEMI FILIO STADII VICTORI.

Insignes agite huc Charites, Cephesidis undæ
Præclarum nactæ conspicuumq́; thronum,
Reginæ Orchomeni celebres, è pectore quarum
Sollicito nunquam gens Minyẹa cadit.
ἐπίσκο-ποι. *Illius at priscam sanè noctesq́; diesq́;*
Curatis stirpem, conspicitisq́; probe.
Vestra pia nunc deposco mihi numina mente,
Ilicet ad nostras currite quæso preces.
Quicquid enim dulce est, ac delectabile cuiquam,
Gratia conficit uestra deæ Charites.
Muneribus claret uestris sapiensq́; bonusq́;,
Et quisquis rebus præminet egregijs.
Quid superis gratum sine uobis? gaudia nulla,
Nec choream instituunt, concelebrant'ue iocos.
Cunctorum in cœlis operum, rerumq́; benignæ
Dispensatrices, omnia rite agitis.
Hinc & apud Phœbum, traiectus nomina fecit
Cui Python, sedes splendida uestra micat.
Aßidue & regem summi ueneramini Olympi,
Aethera qui nutu concutit atq́; solum.
O ueneranda Aglaia deos, ac suauiter omneis
Euphrosyne mulcens carmine terrigenas:
Dulciter & resonans cantu formosa Thalia
Magna Iouis proles, florida diua mihi,
Auscultate meis precor exultantibus hymnis,
Felix ingreßis prosperum iterq́; modo.
Aspicite ut sobolis Cleodemi encomia dicam
Harmonia & cithara, mellifluoq́; melo.
Illius adueni causa, nam tempora serto
Ex olea cinxit, quam stadio ipse tulit.
Reddidit illustrem uestro patriamq́; decoram
Auxilio Orchomenon candidus Asopichus.
Fama igitur natæ Cereris te confer ad aulam
Confestim Stygiam, mors ubi dira sedet.
Nuncia monstreris Cleodemo quò ipsa parenti

Cursorem ob iuuenem læta hilarisq; suum.
Enumerans iuxtà, quanam ratione perennis
Elidis ad fines uicerit ille pede,
Cæsariem ornaritq; suam florentibus annis
Inclytus Asopichus.
Conuexum uolucres pennæ uel ad æthera tollunt,
Victorem stadij gloria summa uehit.

OLYMPIORVM FINIS.

PINDARI PYTHIA

HIERONI AETNAEO SYRACVSIO, CVRRV.

STROPHE I. COLON XII.

[a]AVREA cithara, Apollinis Musarumq́ue uiolacea cæsarie præstantiũ consona & conscia possessio, te quidem [b]basis & [c]lætitiæ principium audit. Siquidem [d]cantores uel [e]signis persuadentur, quando [f]percussa reddis ambages choro admirandorum [g]præludiorum: ac [h]dirum fortissimumq́ue [i]æterni ignis fulmen extinguis. Indormiscit & aquila in [k]sceptro Iouis residens, ueloci utrinque [l]demissa ala,

ENARRATIO.

Pythia, ludi uel spectacula, nomen habent à Pythone serpente, ab Apolline interempto, ut Græcorum quidam adserunt: unde & prouerbium natum est ἰὼ παιαν. Cui sententiæ adstipulatur Ouid. 1. Metamorph. Pythiorum origo.

Hunc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
Ante, nisi in damis, capreisq; fugacibus usus,
Mille grauem telis, exhausta penè pharetra
Perdidit, effuso per uulnera nigra ueneno.
Ne' ue operis famam posset delelere uetustas,

V 2

Instituit sacros celebri certamine ludos,
Pythia, perdomitæ serpentis nomine dictos.

Alij à uerbo πύθεσθαι, *id est, putrescere, certamini nomen inditũ putant: quod illic serpẽs putruerit.* πύθεσθαι *enim putrescere est, ut apud* Homer. Odyss. α.

ἀνέρος, οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ.

Vel à πυνθάνεσθαι, *id est, scrutari: quod illuc profecti sciscitarentur* Apollinis *oraculum. Alij à loco uocari arbitrantur* Pythone, *quæ urbs est apud* Delphos, *(unde* Apollo Pythius *&* Delphicus *idem sunt) quæ primum* Nape, *deinde* Petreessa, *postea* Crissa, *deniq;* Pytho *appellata. Principio nouem annorum spatio semel agebantur* Pythia, *postea ad quinquennale tempus redacta.* Qui

Quo tempore instituta Pythia. *historias tradunt, ab* Eurylocho Thessalo *Amphictyonũ duce, debellatis* Cirrhæis, *instituta* Pythia *uolunt, in* Pythij Apollinis *gratiam, regnante* Delphis Gylida, Athenis Simone. *Pecunias uictoriæ præmium fuisse primum.* Ouidius *esculeas frondes* 1. Metamorph. *præmium fuisse adserit, dum ait:*

Hic iuuenum quicunq; manu, pedibus'ue, rota'ue
Vicerat, esculeæ capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat.

Postea uero lauream niceterion permansisse constat.

Argumentum. Hieronẽ Syracusium, *quẽ & prima* Olympiorũ *celebrauit, hac rursus prima* Pythiorũ *ode cõmendat, tum ab* Aetna, *tum reliquis uitæ eius ornamentis, quæ ordine cuncta perspicientur: à uictoria curus.* Vicit aũt Pythiade 26. *&* 27. *eques: uigesimã uero nonã curru.* Aetnæum *appellat, quod* Catanen Siciliæ *urbem instaurans, cognominẽ monti fecerit, seq;* Aetnæum *in certaminibus quorum uictor erat, proclamari uoluerit.* a ℭ O *aurea cithara.) Ab aurea cithara ideo orditur,* Artemone *historico autore, quod* Hieron *ei promiserit auream citharam: cuius promissi ut eum admoneat, à cithara hic initium ducit.* b ℭ Basis.) βάσις ἀ βαίνω, *pedem statuæ uel signi ualet: qua significatione &* Plinius lib. 3. *Epistola ad Seuerum utitur. Hic incessum chori, uel primum chorum ducentis saltum intelligit per basin poëta.* c ℭ *Letitiæ principium.)* ἀγλαΐας ἀρχά, *per appositionem accipiendum est. Porrò quæ hic de cithara dicit, ad* Musicam, *poëticen, & omneis adeò ingenuas disciplinas pertinet. Vires autem citharæ & bonarum disciplinarũ, quas hic recenset, sunt animo uoluendæ.* d ℭ Cantores.) *Per cantores, citharœdos & Musicos & poëtas intelligit. Musici obtemperant signis citharæ, & cantioni Musarum. atq; hæc est prima uirtus. Altera, quod Iouis fulmen extinguat, hoc est, deos placet, nedum homines, Musica & cithara. Tertia: tam dulcis cantus est, ut & aquila dulcedine eius capta, indormiscat. In sceptro Iouis aquilam* colligat,

colligat, quod sit armiger & ales Iouis. Aristoteles ideo hanc Ioui attribui putat, in historia animalium, quod altius reliquis uolucribus in altum aëra sese penetret. e ¶ *Signis persuadentur.*) *Varias, uti dixi, citharæ laudes & præconia enumerat, quæ ad Musicen & literas & eloquentiam pertinent. Dolendum uero est, & ægro planè ferendum animo, Musicen hodie apud quosdã adeò contemptui haberi. Quanto certius facturi eramus, si priscos Græcorum patres atq; principes imitaremur, si qui ignari Musices essent, ad myrtum canere, Themistoclis exemplo, cogerentur, ut est apud Ciceronẽ in Tusculanis: unde prouerbiũ etiam profluxit,* πρὸς μυῤῥίνην ᾄδειν. *Quanta sit uirtus Musices, Saul maligno spiritu exagitatus, & Dauidis cithara liberatus à satana, exemplo nobis esse potest. Ea enim est uirtus, ea energia Musices, & latens potentia, ut animũ hominis ad sese pertrahat, ac ueluti extra sese rapiat. Hunc ad modum hic quoq; ait, quod æterni Iouis dirum & fortißimum fulmen extinguat: id est allegoricôs, irata numina placet, ac tonitruantem ira percitum Iouem (qui fulgetris mortales terret ac punit) conciliat.* f ¶ *Percussa.*) ἐλελιζομένη, *à uerbo* ἐλελίζειν *participium, quo pulchre iuxtà cordarum sonum exprimit* ἐλελῖ. g ¶ *Præludiorũ.*) ἀμβολὰς, *pro* ἀναβολὰς *præludia, ab* ἀναβάλλεσθαι, *quod & preludere est Homero:* ἀνεβάλλετο καλὸν ἀείδειν. *& differre uel reijcere Isocrati, & in Nemeis Pindaro.*

h ¶ *Dirum.*) καὶ τὰν αἰχμητὰν, *forte, dirum: ab* αἰχμὴ *iaculum, quo Iupiter pugnat, & iaculi uice utitur. Telum enim Iouis, fulmen est. Apud poëtas fulmen aliàs trisulcum appellatur, à triplici specie, nempe sicca, humida & clara: qua de apud Pliniũ lib. 2. cap. 45.* i ¶ *Aeterni ignis.*) ἀενάου, *semperflui sonat. Aquæ epitheton est. Poëta hic catachrestice fulmini applicat, ab* ἀεὶ *semper, &* νάω *fluo.* k ¶ *Sceptro.*) σκάπτῳ *dorice pro* σκήπτρῳ. l ¶ *Demissa ala.*) χαλάξαις *doricum participiũ pro* χαλάσας. σ *in* ξ *mutatum est, iota inter* α *&* σ *interpositum Dorica dialecto. à uerbo* χαλῶ, *id est, demittere.*

ANTISTROPHE, COLON XII.

Rex auium: quando [a]densam [b]incuruo capiti nebulam, [c]suaue palpebrarum claustrum offudisti: quæ dormitans [d]perfusum cantione dorsum [e]attollit, [f]illecebris tuis detenta. [g]Subinde fortissimus Mars, aspera [h]hastarum acie relicta, exhilarat animum carmine. [i]Iam & deorum carmina

mentes demulcent, [k]unà cum Apollinis sapientia, multoq; [l]conspicuarum sinu Musarum.

a ℂ Densam nebulam.) κελαινῶπιν, nebulæ epitheton, quod nigra, quod densa sit aspectu. b ℂ Curuo capiti.) κρατὶ pro κάρατι, per syncopen. Caput uero pro naso, inquiunt Scholia, accipit. Nam & Homerus αἰετὸν ἀγκυλοχείλην dicit. Sic hic Pindarus κρατὶ pro ῥινὶ, totum pro parte accipit. Est ergo densa incurui nasi nebula: & suaue palpebrarum claustrum, somnus è dulcedine citharæ proueniens. c ℂ Suaue claustrum.) ἁδὺ κλαῖστρον, pro ἡδὺ κλεῖθρον per appositionem. Nebulam, inquit, nigram, suaue palpebrarũ claustrum existentem, eius capiti offudisti. hoc est; Tu cithara dulcedine tua uigilantem in sceptro Iouis aquilam ita permoues, adeò permulces, ut oculos suos insomneis tenere nequeat, sed indormiscere cogatur. Atq; hoc est quod subiungit, ὁ δὲ κνώσσων. d ℂ Perfusum dorsum.) ὑγρὸν νῶτον, tergum humidum, id est, perfusum scilicet citharæ sonitu, Musica attollit. Vel, demissis alis, solo adhuc tergo pendet dormiens. e ℂ Attollit.) αἰωρεῖν attollere, pendere. f ℂ Illecebris tuis.) ῥιπαῖς iactũ sonat, qualis telorũ est. Metaphorice pro carminibus, quibus ales Iouis, expers rationis, rapitur, cõmouetur, ad somnum adigitur, accipit. g ℂ Subinde fortissimus Mars.) Alia uirtus Musices, uel citharæ, ordine quarta. Mars quantumuis durus & ferreus, relictis armis & prælijs, Musica sese oblectat: id quod Homerus in Martis cum Venere adulterio satis scite adumbrauit. Deinde in Achille, qui cum alioqui fortissimus Græcorum esset, rapta sibi per Agamemnonem Briseide, posthabito prælio, Musica sese & Gratijs oblectat. h ℂ Relicta hastarum acie.) Belli est periphrasis. i ℂ Iam & deorum carmina mentes demulcẽt.) κῆλα Homero sagittas ab arcu missiles significat. τὰ δ' ἐπῴχετο κῆλα θεοῖο. primo Iliad. Hic tropice pro Musices illecebris & mulcimentis usurpat, ac ueluti ἀντὶ κηλημάτων. aliam, nempe ordine quintã, eamq; potentissimam Musices uirtutem innuens. k ℂ Vnà cum Apollinis sapientiá.) ἀμφὶ λατοίδα, cum Apollinis sapientia. Latoides, hoc est, Latonæ filius: υἱὸς γὰρ τῆς λητοῦς ὁ ἀπόλλων. Patronymicũ est à λητὼ, Latona. λατοίδα pro λητοίδου, dorice. l ℂ Βαθυκόλπων.) Musas βαθυκόλπους appellat, βαθὺ pro πολὺ accipiens, quod magnis sinibus conspiciantur: à mammis eas cõmendans. Per synecdochen formosæ totæ intelliguntur. Βαθὺ etiã pro πολὺ accipi in dictione βαθύζωνος Scholia Homerica testantur. Quum ergo Homerus matronas βαθυζώνους τε γυναῖκας appellat, multum & compressim & arcte cinctas intelligere non est abso

absonum uero, uti cingulæ uiderentur. Sed hæc παρέργως.

EPODOS, COLON XV.

[a]Quæcunque autem per terram ac [b]immensum mare exosa habet Iupiter, Pieridum cantionem [c]auersantur. [d]Horum de numero est, deorum hostis in horrendo [e]tartaro sepositus [f]centum capitibus metuendus Typhos: quem [g]Ciliciæ quondam celebris specus educauit: nunc uero mari obfirmata [h]littora [i]ultra Cumas, atque adeò ipsa Sicilia ipsius uillosum pectus deprimit: [k] cœlestis item columna, niualis Aetna, perpetuum annum niuem fouens, hunc cohibet.

STROPHE II. COLON XII.

[l]Cuius ex angulis eructant quidem purissimi, plurimi ignis, fontes: [m]flumina quidem interdiu profundunt candentem fumi turbinem, at noctu rutila ex petra uolutata flamma, ad imam ponti uastitatem cum strepitu proruit, [n]ac illud Vulcani incendium, densissimos eiectat [o]syphones, ut prodigium sit mirandum uidisse, miraculum etiam eos qui prætererierunt audiisse,

a ☾ *Quæcunque.) Quos Iupiter non charos habet, hi, inquit, auersantur Musarum à Piero monte cognominatarū cantum. Qua sententia ignauos, & literarum & uere eruditorum contemptores notat, concilians sibi ac iuxtà reddens attentū Hieronem. perinde ac si dicat: Qui literas adspernantur, Deū adspernantur. Ac rursum, Deus contemnit & auersatur suorum donorum, id est, literarum contemptores. Verissima gnome, quæ ad ingenuas disciplinas omnino pertinet: quā si optimates, cum Hierone hoc Pindarico animo suo voluerent, maior studijs honos haud dubie haberetur. Ac indoctum uulgus, omnium liberalium studiorum expers, si hanc Pindari gnomen sibi persuasam & ratam & sanā crederet, prolem suam maiore cura literis ac præclaris Musis dederet. At quid è sua inertia præmij refcrunt, qua cum dona Dei, tum ipsum Deū nau-*

ci ducunt, quàm sui liberorumq́; suorum perniciem? b ℭ Immensum mare.) ἀμαιμάκετον, quasi ἀμαιμάχετον, inexpugnabile, indomitum, immensum. Vltima Isthmiorum ode eadem uoce usus est. c ℭ Auersantur.) ἀτύζονται, ab ἄτη, id est, noxa deriuatur. Pro ἀποστρέφονται poëta utitur, iuxta mentẽ Interpretis. ἀΐοντα audientia, dependet ab ὅσα. Quæcunq;, inquit, exosa habet Iupiter, audientia uocem Pieridum, hoc est, dum audiunt cantum & odas Musarum, easdem auersantur. d ℭ Horum de numero.) Exemplo quod dixit confirmat, ad Aetnam Siciliæ montem, unde se Hieron Aetnæum prædicabat, descendens: propter quem & sententiam hanc primum attulit. e ℭ Tartaro.) Tartarũ Stephanus περὶ πόλεων, ex Cratete locum esse tradit, craßiori aëre. Iuxta alios uero locus est sub terra circa Saturnũ & eos qui cum ipso, id est, inferis. Nam Tyrsin Saturni insulam, è 2. Olympiorum perceptum est sedem esse beatorum. Dicitur autem tartarus, ra, rum, substantiue. Pindarus hic fœminino genere usus est, ἐν αἰνᾷ ταρτάρῳ, à uerbo ταράσσειν, turbare: aptum inferis nomen. f ℭ Centum capitibus.) Typhonem gigantem centum capitibus horrendum fuisse, uel centum capita habuisse, Pindarus adfirmat: ideo enim eum ἑκατοντακάρανον, hoc est, centicipitẽ appellat. Consonat huic Aristophanes in Nebulis, qui hunc ἑκατοντακεφαλατυφῶ nominat, dum Strepsiades inquit:

ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν ὑγρᾶν νεφελᾶν στρεπταιγλᾶν δάϊον ὁρμὰν
πλοκάμους θ' ἑκατοντακεφαλατυφῶ, πρημαινούσας τε θυέλλας.

Scholia tamen certum numerum pro incerto acceptum uolunt, pro multis capitibus insignem. De Typhone in superioribus, ode nempe 4. Olympiorũ nonnihil dictum est. Extat fabula apud Ouid. 5. Metamorph. Horatiũ 4. ode tertij libri carminum. Quinetiam Homerus Otum & Ephialten fratres Ioui bellum indixisse refert, undecimo Odysseæ. Ossam enim & Peliũ montẽ ad Olympum transferendo, cœlum scandere, Iouemq́; deijcere tentabant. Horatius & cæteri ad multos Gigantes id facinoris referunt, inter quos Ouidius Typhonem etiam numerat. Horatij locus est huiusmodi:

Magnum illa terrorem intulerat Ioui
Fidens iuuentus, horrida brachijs,
Fratresq́; tendentes opaco
Pelion imposuisse Olympo.
Sed quid Typhoeus & ualidus Minas,
Aut quid minaci Porphyrion statu,
Quid Rhœtus, euulsisq́; truncis
Enceladus iaculator audax,

Contra

Contra sonantem Palladis aegida
Possent ruentes? hinc auidus stetit
Vulcanus, hinc matrona Iuno, &
Nunquam humeris positurus arcum. Et postea:
Iniecta monstris terra dolet suis,
Moeretq; partus fulmine luridum
Missos ad orcum, nec peredit
Impositam celer ignis Aetnam. Dicitur aut nominatiuo Typhos, Typhon, & Typhoeus. g ¶ Ciliciae quondam celebris specus.) Cilicia Asiae regio est, in qua specum fuisse Typhonis Pindarus adserit. De antro illo est apud Pomponium Melam in 3. Tertius, inquit, specus est, quem Typhoneũ uocant, ore angusto, & multum (ut experti tradidere) pressus, & ob id assidua nocte suffusus, neque unquam perspici facilis. Sed quia nunc demissa in se conse stum exanimat, natura fabulaq; memorandus. h ¶ Littora mari obfirmata.) ἁλιέρκέες ὄχθαι, ripae mari septae. Tametsi ὄχθη ripam sonet, & ad fluuium pertineat, attamen cum mare adiecerit, per littora uerti. quanquam & insularũ ripae sint, & latini ripam insulis attribuant: perinde atq; Pomponius Mela, mare insularum ripis contentum ait: ac idem rursus Nili littora nominet. Sed nihil hic magna disputatione opus. Certum est littus proprie maris esse, ripam fluminis: sic apud Graecos τὰς ὄχθας εἶναι ποταμῶ, αἰγιαλὸν δὲ τῆς θαλάσσης. interim tamen discrimen hoc nonnunquam à poëtis & alijs turbari: quare mihi hoc dandum opinor, si hic ὄχθας per littora uerterim, dum mare Siculum Cumas alluens considero. Etsi Nicander dixerit, περὶ ὄχθας περμήσσοιο, in principio Theriacôn, Permeso flumini ὄχθας uerè & proprie tribuens. i ¶ Vltra Cumas.) Sex Cumae numerantur apud autores, tradente Stephano. Prima Aeolidis, à Cuma Amazone dicta. Ephorum historicũ & Hesiodum poëtam haec agnoscit ciues, ex sese editos. Altera, quae Phriconitis & Lesbos appellatur: alia Italiae, quarta Eliae, quinta Euboeae: sexta insula est Siciliae uicina, quam hic adfert. k ¶ Coelestis item columna.) Niualem Aetnam, propter altitudinem, & mira illic naturae sacramenta, per appositionem, coelestem columnam uocat, metaphoricôs: hoc est, altissimũ montem, nonnihil coelestis operationis exhibentem. l ¶ Cuius ex angulis.) Per amplificationem describit hic paucis montis Aetnae in Sicilia mira. De quo Plinius lib. 2. cap. 106. Ardet Aetna noctibus semper, tantoq; aeuo ignium materia sufficit: niualis hybernis temporibus, egestumq; cinerem pruinis operiens. Et lib. 3. cap. 8. Aetna Siciliae mons, nocturnis mirus incendijs. Porrò omnium longe mirabilissimum est, quod Pindarus hic Aetnam & niualem, ac toto

anno niue perfusum, ac perpetuis ignis fontibus ardere dicat. Quid enim magis mirificũ, atq; duo maxime pugnantia in una re, uno corpore loco'ue reperiri? Philosophi pro catholica habent, duo contraria non posse esse simul. At hic & calorem & frigus, niuem & ignem, in Aetna reperimus. Etsi enim uno in loco ignis & nix non sint, nec eadem montis substantia, mirum tamen est tanto igni, totum montem non liquefieri: longe sanè mirabilius niuem non dissolui. Pindaricam hanc Aetnæ descriptionem Phauorinus apud Gellium confert lib. 17. cap. 10. Hic miror equidem à quibusdam hunc autorem reijci. Vt enim iudicio caret & eloquentiæ ignarus est, qui eum iuuentuti proponit, ut inde lexin & phrasin latinæ linguæ discat: sic nimium sibi tribuunt, qui Gellium planè adspernantur. Quod si iuxta auream Plinij gnomen, Plinio iuniore in epistola ad Macrum referente, nullus liber tam malus sit, quin aliqua ex parte prodesse poßit: Gellianæ uigiliæ quum minime pauca contineant posteritate digna, plurimum etiam fructus adferentia studijs & studiosis, quid est quod eum adeò damnent? Inter pleraq; igitur alia & hoc minime adspernandũ est, Phauorini, quod annotauit ille, de Virgilio in Pindaricorũ uersuum tralatione. Recitata enim hac Pindarica tota Strophe, Aetnæ cum niuem tum ignem continente, Audite, inquit, nunc Virgilij uersus, quos inchoasse eum uerius dixerim, quàm fecisse:

Portus ab accessu uentorum immotus & ingens
Ipse, sed horrificis iuxtà tonat Aetna ruinis,
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem,
Turbine fumantem piceo, & candente fauilla,
Attollitq; globos flammarum & sydera lambit.
Interdum scopulos, auulsaq; uiscera montis
Erigit eructans, liquefactaq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat, fundoq; exæstuat imo.

Iam principio, inquit, Pindarus ueritati magis obsecutus, id dixit quod res erat, quodq; isthic usu ueniebat, quodq; oculis uidebatur, interdiu fumare Aetnam, noctu flammigare. Virgilius autem, dum in strepitu sonituq; uerborũ conquirendo laborat, utrunq; tempus nulla discrepatione facta confudit. Sed quia ex ipso Gellio hic locus nulli non pateat, quomodo ῥόον πυρὸς αἴθωνα, & κρουνὸς, & alia id genus, incõmode uerterit, nolo hic æqua plus parte esse prolixior, adiecto saltem hoc quod in fine ait: Quod saxa aũt & scopulos eructari, & erigi, eosdemq; ipsos statim liquefieri & gemere, atq; glomerari sub auras dixit, hoc, inquit, nec à Pindaro scriptum, nec unquã fando auditum, & omniũ quæ monstra dicantur, monstrosißimum esse. m ❡ Flamina interdiu.) *ποταμοὶ δ' ἁμέραισι, &c. id est, interdiu fumat, noctu ardet.* n ❡ Ac illud

illud Vulcani incendium.) Græcis ἑρπετὸν reptile est: cui rei certũ Nicander testimoniũ dicit. Scholia hic pro incendio accipi tradunt. Illud Vulcani reptile, periphrasis Aetnæ uel Typhonis est, pro eo quod est, Aetna, cuius æstus à Vulcano prouenit. o ℂ Syphones.) κρουνοὶ siphones sunt uel canales. In metaphora perseuerat. ἑρπετὸν reptile.

ANTISTROPHE, COLON XII.

[a]Vt Aetnæ in nemorosis religatus est uerticibus ac solo, lectus uero durus totum inclinatum dorsum pungit. [b]Vtinam tibi iamnunc, utinam placeat Iupiter, qui montem hunc, fertilis terræ frontem, administras, ubi [c]inclytus indigena, uicinam glorificauit urbem. Nam in Pythio cursu preco proclamauit eam ex uictoris Hieronis pronuncians

EPODOS, COLON XV.

Curribus.

a ℂ Vt Aetnæ.) οἷον, iuxta distinguendi rationem cum præcedentibus cohæret, ut miraculum auditus & prodigium uisus præcedens referatur ad situm Typhonis gigantis: quasi Typhon iste sit causa incendij, ac ueluti renitatur suggerenti flammas Vulcano, unde inter luctandum tanti globi flammarum, in altum & in ipsum mare eijciuntur. Quæstio hic oritur, quo pacto montis cacumini alligatus sit Typhon, quum illi sit Aetna suprapposita. quæ hunc in modum diluitur. Typhon dorso suo terram & solum Aetnæ substratum, cordi uero Aetnam impositam gerit. Porrò Græcis τύφειν ardere est: hinc ubicunque montes ardentes, ut in Aegypto, in Phrygia & alibi sint, Græci illic Typhonẽ esse tumulo conditum sunt commenti. Quæstio. b ℂ Vtinam.) εὐχὴ est. Precatur Iouem ut beneuolus, quæ cum de Typhone dixerit, tum de laudibus Hieronis sit subiuncturus, suscipiat. Iouem ideo, quod in Aetna coleretur: perinde ac posthac Apollinem, ceu Pythij certaminis præsidem. c ℂ Inclytus indigena.) κλεινὸς οἰκιστὴρ, celebris habitator, Hieron est. Per uicinam urbem Catanen intelligit uel Aetnam.

„ [a]Viris naui mare traijcientibus ubi primum
„ per salum uehuntur, præcipua uoluptas est, [b]secundos adspirare uentos. Decorũ nanque est præ

ſtantiorem tandem reditũ adipiſci. Hymnus uero hic, in eiuſmodi euentis, inclytam poſthac duraturam coronis equisqꝫ gloriã adfert, neqꝫ non lætis conuiuijs famigeratã. O Lycie Phœbe, qui Delo imperas, Parnaſſiqꝫ fontem Caſtaliã amas, uelis quæſo hæc quæ precor & uiris inſignem regionem tua conſummare uoluntate.

a ℭ Viris naui mare traijcientibus.) Gnome eſt, qua hymnũ hunc, uel encomium ſuum ſequundo uento confert, hanc ad rationem: Perinde atq; ſequundus uentus nautis uel mercatoribus mare traijcientibus eſt gratiſsimus, quippe quo feliciter ad alienas planè terras abeant, & iucunde reuertantur, & quo beati reddantur: ſic meus hymnus Hieronem ubiq;, tum uictoriæ, tum inſignium equorum nomine prædicabit, ac in bonorum paſsim conuiuijs beatum faciet, uti de eius uirtutibus ſermones miſceant. b ℭ Sequundos adſpirare uentos.) πομπαῖον ἐλθεῖν οὖρον, ſequundum uentũ, cuius ope deduci poſsint, quoq; uelint citra calamitatem peruenire queant.

STROPHE III. COLON XII.

» [a]Ex dijs enim omnes humanarũ uirtutum conatus, & ſapientes & manibus fortes & eloquentia eximij ſunt. [b]Spero equidem ſagittam, [c]non æreis genis conſpicuam, manu uertendo, extra ſcopum me proiecturum: quam ſi longius miſero, [d]aduerſarijs me palmam [e]prærepturũ confido. [f]Faxint ſuperi ut nullo non tempore & felicitas & opes tuæ floreant, & obliuio triſtibus rebus adhibeatur.

ANTISTROPHE, COLON XII.

Ac ad memoriam reuocet [g]quales, quibus in prælijs pugnas toleranti animo ſuſtinuerit, quando [h]uoluntate & conſilio deûm, reperiebant [i]honorem (qualem nemo Græcorum alius decer-

pit) diuitiarum eximium ornamentum.

a ¶ Ex dijs.) *Gnome est, qua & Hieronē diuina ope uicisse, seq; iuxta diuino adflatu pangere carmina dicit: redditq; ueluti rationem precationis suæ, quare Ioui & Apollini, cū Hieron tum ciues chari esse, & hymni placere debe-ant. Virtus est ex Deo: uictoria est uirtutis opus: insigne poëma et encomiū iden tidem uirtutis intellectus opus: Ergo uictoria Hieronis & carmina nō immeritò Deo grata sunt. Atq; hæc tali ratiocinatione comprehenduntur: Quicquid ex Dei benignitate proficiscitur, Deo gratum est: uictoria & bonarum literarum disciplinæ ex Deo proficiscuntur: ergo Deo gratæ sunt. Argumentum ab hone sto ductum, nempe uictoriam rem diuinam esse, quæ non nisi ex Deo, proficisci posit. Vel simpliciter ratio est precationis, quur ab Apolline petiuerit ut ipse perficiat & conseruet Siciliam, & Siculam Catanen Hieronis urbem. Vnde subijcit: Ex dijs enim &c. Hoc est, nisi uos ô Iupiter & Apollo, & Siculorum & aliorum mortalium fortunas & statum tueamini, actum est. Quid enim per sese homo posit integrum seruare sine uestra ope?* b ¶ *Spero equidem.)* ἀνδρα ἐγὼ κεῖνον. *Spero, inquit, &c. Allegorice accipiendum est. hoc est, Spero me Hieronem laudando, uera & inclyta dicturum: tum telis meis, id est, poëtica mea, aduersarios & Hieronis & meos uicturum.* c ¶ *Non æreis genis.)* μὴ χαλκοπάρῃον. *Quod non intelligat uera tela ærea uel ferrea, hic ostendit: uerum se tropice loqui, & oden hanc in Hieronis uictoris decus con scriptam intelligere.* μὴ χαλκοπάρῃον, *non æreas genas habentem, iaculi uel sagittæ æratas uel æreas cuspides intelligit.* d ¶ *Aduersarios.)* ἀντίους. *Per aduersarios intelligit hostes Hieronis, qui eius gloriæ, uictoriæ atq; potentiæ inuideant: deinde poëtastros alios, qui sibi Pindaro clanculum detre-ctent.* e ¶ *Præcepturum.)* ῥίψαις, *doricū participium à* ῥίπτω, *sicut antehac* χαλάξαις *pro* χαλάσας. ἀμεύσασθ', *est prætergredi, uin cere.* f ¶ *Faxint superi.) Optat ut felicitas & diuitiæ Hieroni incon-cussæ maneant, ut ita obliuiscatur malorum quæ sit perpessus.* g ¶ *Qua-les, quibus in prælijs.)* οἵαις γὰρ πολέμοισι. *Hieronis & Gelonis dißidium, quo de regno contendebant, intelligit: de quo in 1. & 2. Olympiorum ode non-nihil actum.* h ¶ *Voluntate.)* θεῶν παλάμαις, *diuino consilio uel potentia. In Olympijs* παλάμῃ *pro* βουλῇ *accipi perspeximus.*

i ¶ *Honorem.)* τιμάν. *Per honorem Pindarus regnum sæpe intelli-gere solet, ita hoc in loco. Atq; idipsum ex adnexa particula colligitur, dum in-quit:* οἵαν οὔτις Ἑλλάνων δρέπει.

Nunc utiq; [a]Philoctetæ modum accedens pu

gnauit,[b] etsi necessariò, amico ei, sit quispiam blanditus. [c] Fama est ex Lemno quæsitum uenire, ulcere maceratum

EPODOS, COLON XV.

Diuinos heroës, Pæantis filium arcu ualentē, qui Priami urbem [d] depopulatus est, finemq; imposuit defatigationi Danaorum, perinde ac fato destinatum erat. [e] Hoc quidem pacto Deus gubernator Hieroni adsit, qui & futuro tempore cupita illi prębeat. [f] O Musa persuade mihi, ut [g] persolutionē quadrigis, lætitiamq; à uictoria patris minime alienam, prope filium Hieronis Dinomenem concinam. Age deinceps [h] Aetnæ regi amabilem reperiamus hymnum.

a ¶ *Philoctetæ modum accedens.)* *A fortitudine & cōsilio in rebus bellicis Hieronē laudat, conferens eum Lemnio Philoctetæ, quod ipsius instar belligeratus sit, ut postea subijcit. Innuit autem ægritudine fuisse æque grauatum Hieronem, atq; Philocteten: etenim dum calculo laboraret, in lectica circunferebatur, aduersum ita hostes suos depugnans.* b ¶ *Etsi necessariò.)* *Potentes uel maleuolenti Hieroni blanditos esse, atq; eius timuisse potentiam, ait. Anaxilaum Rheginorum regem intelligi interpres docet: qui cum Locros Epizephyrios perdere funditus bello uellet, Hieronis interminatione impeditus est, autore Epicharmo.* c ¶ *Fama est ex Lemno.)* φαντὶ δὲ λαμνόθεν. *Philoctetæ, cui comparauit Hieronem, historiam refert. Consonat huic historiæ Bacchylides in Dithyrambis, inquiunt Scholia: quod Græci è Lemno insula Philocteten attulerint, quandoquidem sine Herculanis armis Ilium capi non posse ex Heleni uaticinio perceperant. Iam Philoctetes ab Hercule genus ducebat.* d ¶ *Depopulatus.)* πέρσε. *Paridem enim Alexandrū Priami filium occîdit.* e ¶ *Hoc quidem pacto.)* οὕτω. *Precatur, ut quemadmodum Philoctetes conualuit, Hieron sanitatem etiam pristinam recipiat. Nam cum Apollinis oraculo lauißet Philoctetes indormijssetq;, Machaonem putrefactum ulceris carnem resecuisse, ac uulneri infuso uino, quā Aesculapius à Chirone acceperat, herbam imposuisse, atq; ita conualuiße Dionysius tradit.*

f ¶ *O Musa.)* μοῖσα. *A filio uirtutibus & sapientia claro, Dinomene uidelicet,*

uidelicet, patrem laudat. g ℭ *Persolutionẽ quadrigis.*) *Age, inquit, Musa & Diomenem Hieronis filium concinamus, cuius laude quadrigæ, id est, uictoria patris ueluti persoluetur & æquabitur. quasi dicat: Ea uirtus in filio effulget, ut non inferior sit iudicanda patris uictorijs.* h ℭ *Aetnæ regi.*) αἴτνας βασιλεῖ. *Aetnæ rex est Dinomenes hoc loco, ut è sequenti Strophe planum fiet.*

STROPHE IIII. COLON XII.

[a]Cui urbem illam diuina cum libertate ad leges [b]Hyllidæ libræ Hieron condidit. [c]At Pamphyli & Heraclidarum liberi [d]sub Taygeti ripis morantes, permanere semper uolunt [e]in Dorici Aegimij institutis. [f]Tenuerunt Amyclas felices à Pindo uenientes, equorum præstantia insignium [g]Tyndaridarum præclari uicini, quorum celebritas summe floruit.

a ℭ *Cui urbem.*) τῷ pro ᾧ, *consueto poëtis more. Cui, subaudi Dinomeni. A legum Reipub. integritate patrem & filium prædicat.* b ℭ *Hyllidæ libræ.*) ὑλλίδος στάθμας. *Per Hyllidam libram Lycurgicas sanctiones intelligit: is enim undecimus ab Hercule fuisse memoratur ab Ephoro. Hyllidã autem uocat, id est Herculanã, ab Hyla dilectissimo Herculis comite. Adiectitia uox est Hyllis.* ὑλλὶς στάθμη, *Hyllis libra, uel Hyllida libra: sicut* πατρὶς γαῖη, *pro* πατρίδος *uel* πατρικὴ γαῖα. *Lycurgicis ergo legibus urbem Catanen pater filio instaurauit, tradiditq́;. Vel, Hyllidam librã, quod uero propius, ab Hyllo præstantissimo Doriensium principe & legislatore. Sic per Hyllidam libram, Doricas leges accipit. Hieron enim è Megarensibus, Gelois & Syracusijs Doriensium colonis Aetnam urbem primum incolas transtulit. Sic pulchre quadrabit Hieronem, Aetnæis ceu Doriensibus, Laconicas etiam leges præscripsisse.* c ℭ *At Pamphyli & Heraclidarum.*) *Legum Aetnæarũ præstantiam ab exemplo amplificat. Et Lacedæmonij, inquit, Doricis sanctionibus gaudent. Iam Lacedæmon & Athenæ clarissimæ Græciæ urbes & florentissimæ, de primatu inter sese contendebant, ut est apud Isocratem in Panegyrico & Panathenaico. Eas uero leges, quibus amplissimæ respub. optime & sanctissime administrantur, oportet esse præclarissimas. Proinde huius Strophes status hoc enthymemate continetur: Aetnæorũ leges sunt præstantissimæ, quia à Doriensibus & Lacedæmonijs sunt deductæ.* d ℭ *Sub Taygeti ri*

pis.) Taygetus mons Laconicæ: pars pro toto: cuius & Homerus meminit in catalogo nauium, οἳ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον. à Taygeta Europæ matre dictus, ut Stephanus tradit. Effertur, ut idem autor est, per tria genera, Τηΰγετος Τηϋγέτη Τηΰγετον. e ¶ In Dorici Aegimij institutis.) Pamphylus, Dymas & Dorus filij sunt Aegimij: à quibus Pamphylis & Dymanis familiæ sunt Lacedæmoni. Liberi ergo Pamphili & Heraclidarum sunt nepotes & posteri Aegimij & Herculis, hoc est, Hyllidæ. Vel, Lacedæmonij uolunt à Pamphilo uel Aegimio & Hercule deduci, ut Scholia habent. Mihi uidetur Pindarus, ut iam subindicatum, legum Aetnæarũ amplitudinem & excellentiam cõmendare, ut quæ à Doriensibus sint Aetnam translatæ. quasi dicat: Tanta est earum legum cõmoditas, ut uel hodie Lacedæmonij eas aßidue sua in patria tueantur. Instituta igitur Dorici Aegimij, periphrasis est legum Doriensium, uel Hyllidis libræ. f ¶ Tenuerunt Amyclas.) Amyclæ ciuitas Laconicæ est: per Synecdochen Spartã uel ipsam Lacedæmona intelligit. Summa est: Dorienses iuxta Pindum Perrhebœæ habitãtes, Lacedæmona cum Heraclidis peruenerũt. Vel, Dorienses, qui ante a Pindum, unam ex quatuor urbibus existentem, incoluerunt, uenerũt Dorida, quæ est inter Oeten & Parnasum, sex urbes complectentem, quarum nomina sunt, Erineum, Cytinum, Bœum, Lileũ, Carphæa, Dryope: ex hac deinde cum Heraclidis Lacedæmona proficiscũtur. quasi dicat: Et illi apud Spartiatas Doricas leges sectantur. Antiquitatem ita legum, quibus Aetnã exornarit, & hoc paradigmate explicans. g ¶ Tyndaridarum.) Castor & Pollux Tyndaridæ sunt, hoc est, Tyndari regis filij. Castor ergo & Pollux Argos translati sunt, Lacedæmoni uicinum. Lacedæmonios igitur Castori & Polluci, hoc est Argo uicinos esse dicit.

ANTISTROPHE, COLON XII.

[a]O Iupiter, semper hanc felicitatem ciuibus & regibus prope [b]Amenam fluuiũ præbe, uera hominum ratione dijudicandam. Præsta etiam uti tua ope [c]princeps Hieron, filio suo Dinomeni imperãs, populumq; honorãs, unanimi eos concordia conglutinet. [d]Obsecro annue Saturni placido uultu, ut per singulas domos [e]Phœnix Tyrsenorumq; turba sentiat naues contristantẽ uim, obseruans ante Cumas

EPODOS

EPODOS, COLON XV.

Qualia Syracusiorũ ſub principe domiti, perpeſsi ſint à uelocibus nauibus, qui & in mare omnem [f] ætatem præcipitauit,

a ℭ O Iupiter.) *Deeſis eſt. Precatur ut regibus & ciuibus Aetnæis rectam & filicem administrationẽ Iupiter donet.* *b* ℭ Amenam.) ἀμεῦνα παρ' ὕδωρ, *pro* ἀμεῦνα Doricôs. *Fluuius eſt proxime Aetnã Amenes. Eſt autem periphraſis Aetnæorum, Ciuibus & regibus prope Amenem: id eſt Aetnæis.* *c* ℭ Princeps Hieron.) ἀγητὴρ ἀνὴρ, Hieron Siciliæ rex. *Optat autem ut & regibus & ſubditis felicitatem tribuat Iupiter, tum ut filiũ ſuum iuniorem regem ita inſtituat, ut ſumma concordia cum populo & ſubditis uitam uiuat.* *d* ℭ Obſecro.) δ' εὐχὴ *eſt. Optat enim ut Iouis beneficio hoſtibus ſuis Hieron ſemper ſuperior permaneat, utq; à Phœnicibus ac Tyrſenis timeatur.* *e* ℭ Phœnix & Tyrſenorum turba.) *Porrò Tyrſeni & Carchedonij Phœnicum coloni, aduerſum Cumanos mouebant bellum, funditus eoſdem euerſuri cogitantes. Atenim Hieron Cumanis opem ferens eos ſeruauit, & ab hoſtili manu eripuit, Tyrſenorum & Carchedoniorum exercitibus non modicam paſsis cladem. Atq; hanc cladem intelligit, dum inquit, ut ſentiat Phœnix & Tyrſenus, quanta à Syracuſiorum principe ſint perpeſsi.*

f ℭ Aetatem.) ἡλικίαν, *id eſt, omnis generis milites, uel fortiſsimos quoſq;, uirili ætate & robore pollentes: per antonomaſian.*

[a] Græciam è graui ſeruitute liberans. [b] Proinde amplector à Salamine mercedem, Athenienſiumq́ ſuſcipio amicitiam & beneficium. [c] Lacedæmoni uero pugnã prædico ante Cithærona, [d] ubi Medi defatigati ſunt curuis arcubus inſignes. [e] At prope irriguã Himeræ fluminis ripã, Dinomenis liberis hymnũ abſoluam, quem iam ante [f] pro uirtute, [g] defeſsis hoſtibus receperunt.

a ℭ Græciam è graui ſeruitute.) *Liberauit & Siciliã & reliquos Græcos, dum Tyrſenos & Carchedonios in mari ſubmerſit. Sunt qui putent hic Pindarum ad Ephori hiſtoriã reſpicere, quæ eſt huiuſmodi: Quum Xerxes hoſtili manu Græciam inuadere uellet, legatos ad Carchedonios miſit, qui iuberent ut in Siciliam nauigantes illi, Græcorum claſſes ſubuerterent, ac deinde in Pelo-*

ponnesum uela sua dirigerent. Eodem tempore ab Atheniensibus ad Hieronem legati præstò fuerunt, efflagitantes, ut Græcis ferat suppetias. Quibus obsequēs Hieron & Gelon, ducentis nauibus instructis, duobus millibus equitū, deciesq; mille peditibus conscriptis, Carchedoniorum classem debellarunt, in Siciliam irruentem. Atq; hac ratione cum Siculos tum reliquos Græcos acerba & tristi seruitute liberauit. b ℭ Proinde amplector à Salamine.) Ab Hieronis rebus gestis, in quibus Xerxis expeditionis meminit, simul ad ipsam Atheniensium & Spartanorum pugnam aduersum Persas per dilatationem digreditur: ubi summum uirium suarum in bello specimen præbuere Græci aduersum Barbaros, & maximam sunt laudem consecuti. Dicit ergo, amplector à Salamine mercedem, & Atheniensium suscipio beneficium: hoc est, Non omittā hic fortißima Græcorū aduersum Xerxis ferè innumerabiles copias facinora, qui ad

Merces. Salaminam insulam Atticæ Persarum manum debilitarunt. Mercedem autem metaphoricôs accipiendum opinor, pro re grata, si ad Græcos referatur. Vt enim debita merces res est grata, (de honestatis uero mercede loquimur, non de turpitudinis præmio. Corui enim & furcæ furibus nō sunt accepta præmia, nec rota latroni) & iucunda: sic uictoria Græcorum, græcæ genti gratißima fuit. Attamē quia hæc translatio longe petita est, simpliciter accepta mercedis uox, ad Persas pulchre & apte referri potest. Tum sensus erit: Non prætèribo hic apud Salamina mercedem, hoc est, cladem Persarum apud Salamina, in qua debitam sibi mercedem, quam quæsiuerunt Persæ, inuenerunt: hoc est, crucem, perniciem, calamitatem, interitū, quodq; omnes turpißime uincerentur. Extat historia apud Herodotum, Iustinum in 2. & Paulum Orosium. c ℭ Lacedæmoni uero pugnā prædico.) Nec hic omittam celeberrimū illud prælium

Cithæron. quo Spartani circa Cithærona Medorum uim deleuerunt. Est autem Cithæron mons & saltus nō longe à Platæis. Plinius in 4. & Pomponius Mela in 2. Thebis adijciunt Cithærona nemus. Thucydides in 2. testimonium dicit, illic à Lacedæmonijs Medos esse fusos, dum hunc ad modū Archidamus rex ait: Dij quicunq; terram Platæensem tenetis, heroēs, conscij este, iureiurando prius ab istis uiolato, non incipere à nobis iniuriam: quod in hanc terram uenimus, in qua patres nostri, uotis apud uos nuncupatis, Medos superauerunt, quamq; uos propitij adiutricem Græcis in prælio præstitistis, &c. Cithæronis & ibidem nō ita multis interiectis Thucydides meminit: Deinde, inquit, aggerem ante urbem iaciunt, sperantes propediem se expugnaturos, tanta manu in opere occupata. Itaq; cæsam è Cithærone materiam utrinq; muris opponentes, supra urbis ædificia extruunt. Proinde & hæc ad laudem Lacedæmoniorum pertinent; quod Medos & Persas in grauißima illa Xerxica expeditione in agro Platæensium

prope

prope Cithærona fuderint. d ℭ *Vbi Medi defatigati sunt.*) τᾶν πρὸ μύδοι κάμον. τᾶν *præpositiuus articulus est, pro postpositiuo* ἅ. *Enallage numeri est: à singulari ad pluralem transilit. Lacedæmoni pugnam, inquit, repeto, ante Cithæronem: in quibus, pro in qua, subaudiendum pugna.*

e ℭ *At prope irriguam.*) *Redit à digreßione ad institutum, Hieronem cum Atheniensibus & Spartanis conferens. Perinde atq; Athenienses & Spartani cum Platæensibus Græciam à Barbarorum iniuria liberarunt, sic Hieron non minimum etiam auxilij & beneficij in eadem re Græcis præstitit. Vel, si ad Carchedonios Hieronis res gestas referamus, hic erit sensus: Præstantißimæ Græcorum urbes, Athenæ, Sparta, & aliæ, triumphis ac trophæis de Barbaris acceptis conspicuæ sunt. Himera uero Siciliæ fluuius uirtute cum Hieronis, tum liberorum eius, clarus est, qua Carchedonios fudit.* f ℭ *Pro uirtute.*) ἀμφ᾽ ἀρετᾷ, *pro uirtute sua bellica.* g ℭ *Defeßis.*) καμόντων, *pro* ὠναιρεθέντων, *id est, occisis. Est autem prope ripam Himeræ, periphrasis, pro ipsa Sicilia.*

STROPHE V. COLON XII.

„ [a]Si opportune cecineris multorum summis re
„ bus gestis & uirtutibus breuiter [b]cõplicatis, mi-
„ nor hominum reprehensio sequitur. [c]Continua
„ enim prolixitas celeres auditorũ mentes obtun-
„ dit. [d]Fama uero, ciuium clàm animum, propter
„ alienas uirtutes impense degrauat. Attamen [e]me
„ lior est miseratione inuidia. [f]Ne honesta præ-
tereas ô Hieron, sed iusto guberna clauo exerci-
tum, ac super nõ fallaci incude [g]linguam fabrica.

a ℭ *Si opportune.*) καιρὸν, *pro* κατὰ καιρόν. *Seipsum ad breuiloquentiam reuocat, quum sentiat se plus solito immorari hymno & Hieronis laudibus, gnome tali: Si quis multa egregia facinora succinctim complectatur, ille minori tædio auditur, minusq; reprehensionis incurrit.* b ℭ *Complicatis.*) συντανύσας *pro* συντεμὼν, ἢ συμπλέξας. *Metaphora est, à retibus sumpta, quorum multæ, longæq; extremitates, si res ita ferat, in unum colliguntur.* c ℭ *Continua enim prolixitas.*) *Ratio breuiloquentiæ.* αἰανὴς, *id est,* αἰώνιος. ἀπράδις, *accusatiuus cõtractus pro* ἀπράδας, *mentes, cogitationes.* d ℭ *Fama uero.*) ἀστῶν δ᾽ ἀκοά. *Alia ratio*

quur uelit esse breuior in Hieronis encomio. Solent enim mortales inuidere uirtuti, eiusq́; præconio. Quare ne te nimium ciuium tuorũ inuidentiæ exponam, nolo porrò esse prolixior. Atq; hanc statim corrigit sententiam alia gnome.

e ℭ *Melior est miseratione.)* Hoc est, *tametsi aliquis propter uirtutem suam ignauorũ odio exponatur: malo tamen inuidiam propter uirtutem, quàm miserationem sine uirtute. At præstat, inquit, inuidia miseratione: id est, felicius & beatius est, aliquem liuidorũ dentibus uirtutis nomine obijci, quàm propter calamitatem & miseriam, luctum, planctum, & infortunij non pauca genera, miserationem aliorũ extorquere, ut sui ob calamitatem & inopiam planè com misereantur, ac dicant: O infortunatũ hominem, ô maximis cruciatibus & mœroribus pressum, heu fortunã istius acerbam.* f ℭ *Ne honesta prætereas.)*

Præcedenti ἐπανορθώσει *fretus* Hieronem *protenus hortatur, ne ob ciuium inuidentiam honesti studium negligat, quin potius eo magis hoc ipsum & uirtutem colat atq; exerceat. Quid est, inquit, quod inuideant? quum melior sit inuidia quàm miseratio: hoc est, satius est ut tibi propter uirtutẽ inuideant mortales, quàm ut propter ignauiam & calamitatem te prementem, tui misereantur. Primum ad honestum, dein ad iustitiam reuocat, inquiens:* δικαίῳ πηδαλίῳ στρατὸν νώμα, *iusto clauo exercitum uerte.* πηδάλιον & στείρη, *idem significant* Homero, *nimirum prolixiorem naucleri remum uel temonem in puppi & prora, quo nauis dirigitur. Ergo tantũ allegorice uult, Iusto clauo, id est, iustis legibus, iusto iudicio bellicosum tuum populum, (solet enim per exercitum libenter bellicosos ciues intelligere* Pindarus*) guberna. Postremo ad ueritatem.* g ℭ *Linguam super incude.)* *Linguam, inquit, super non mentienti incude fabrica. Allegoria est: hoc est, lingua tua nullum in palato & faucibus uerbum formet uel sonet, quod fictum, quod fucatum, quod mendax iudicari queat. Hæc, iuxta opinionem* Interpretis, *adijcit, quasi aliquid promiserit* Hieron Pindaro, *auream nempe citharam, ut uestibulo huius odæ auditum.*

ANTISTROPHE, COLON XII.

[a]Nam si quid inhonesti à te [b]dictum fuerit, circunfertur undiq;. [c]Multorũ rex es. [d]Multi utrisq; testes supersunt. [e]Quod si in pulchra uiuendi ratione perseuerans, iucundam audire semper præconiorum famam aues, ne admodum sumptibus seu liberalitate defatigeris. At [f]quemadmodum optimus gubernator uentosum uelum expandit

ac

ac uela permittit eis: sic tu elegantibus lucris ne
» deludare ô Hieron.[g] Quod mortem gloriæ præ-
» conium sequitur,

EPODOS, COLON XV.

» Ceu defunctorum hominum uitam nunciat,
» oratoribus & poëtis. [h] Haud interit Crœsi ami-
» corum studiosa uirtus: sæuum uero ustorem ani-
» mum Phalaridis in æreo tauro inuisa undiq; fa-
» ma detinet, neq; ipsum per ædes passim, in iuue-
» num cœtu, ad iucundam conuersationem, citha-
» ræ suscipiunt. [i] Virtute itaq; eminere, primũ est
» præmium: boni & præclari nominis secunda est
» felicitas. Qui uero utrunq; adeptus fuerit, sum-
» mam is coronam suscepit.

a ❡ Nam si quid.) αἴτιον est, quare debeat & ueritati & honestati uel uirtuti studere. b ❡ Dictum fuerit.) παραιθύσσῃ, id est, profectum fuerit. Regum & optimatum delicta longe lateq; diuulgari: quare cauendum ipsis ne peccatis deprehendantur obnoxij. Hoc ipsum & Iuuenalis satyra octaua admonuit, dum hac ratione canit:

Omne animi uitium tanto conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Hinc uidendum eis, ut parcius etiam peccent. Quantumuis enim leuiter designet aliquid Hieron, futurũ ut totam Græciam pererret isthuc facinus. Et quia rex pluribus cognitus est, quàm priuatus: & uirtutes & uitia regum pluribus etiam innotescunt, quàm priuatorũ ciuium. c ❡ Multorũ rex.) Aliud argumentum, quo ad ueritatem eum hortatur, aq; fraude & fuco dehortatur: à statu regio sumptum. d ❡ Multi testes utrisq; sunt.) Vtrisq;, uero & uano uerbo, ueritati & mendacio. e ❡ Quod si in pulchra uiuendi ratione.) ὀργὰ non iram, sed τρόπον, id est, mores & uitæ rationem hic ualet: qua significatione in Olympijs etiam usus est. Hortatur aũt, ut si cupiat oratorum poëtarum'ue ornari præconijs, ut sua etiam munuscula præbeat: hoc est, ne sui obliuiscatur Pindari. f ❡ Quemadmodum gubernator.) Comparatio est, qua ad munificentiam poëtis exhibendã Hieronem inuitat. Metaphorice per uelum, aurum seu munera: per uentum, præconia & eruditorũ en

comia & monimenta sunt accipienda. quasi dicat: Expande uela mi Hieron, *tum uenti insufflabunt. Sis tu* Fauonius, *tum canent cycni. Sis tu studioru Mecoenas, tum glorificabunt te studioru etiam alumni.* g ℭ Quod mortem *gloriæ præconium sequitur.)* ὀπιθόμβροτον αὔχημα δόξας οἶον ἀποιχομένων ἀνδρῶν. &c. Horatius ode 8. *quarti Carminu, hanc sententiam ad Martium Censorinu expreßit: quem locum, quia pulcherrimus est, non cunctabor subijcere:*

Gaudes carminibus, carmina poſſumus
Donare, & precium dicere muneri.
Non incisa notis marmora publicis,
Per quæ spiritus & uita redit bonis
Post mortem ducibus: non celeres fugæ,
Reiectæq; retrorsum Hannibalis minæ:
Non incendia Carthaginis impiæ,
Eius qui domita nomen ab Africa
Lucratus rediſt, clarius indicant
Laudes, quàm Calabræ Pierides, neq;
Si chartæ sileant, quod bene feceris
Mercedem tuleris. Quid foret Iliæ,
Mauortisq; puer, si taciturnitas
Obstaret meritis inuida Romuli?
Ereptum Stygijs fluctibus Aeacum
Virtus & fauor & lingua potentium
Vatum diuitibus consecrat insulis.
Dignum laude uirum Musa uetat mori,
Cœlo Musa beat. Sic Iouis intereſt
Optatis epulis impiger Hercules.
Clarum Tyndaridæ sydus ab infimis
Quassas eripiunt æquoribus rates.
Ornatus uiridi tempora pampino
Liber uota bonos ducit ad exitus.

Summa huius Pindaricæ sententiæ est: Hic fructus literarum est, ut liberales & uirtutibus claros heroas ita prædicent, ut post mortem apud nepotes semper atqueadeò posteritatem duret. Ea enim oratorum & poëtarum uis est, ut hoc poßint. h ℭ Haud interit Crœsi.) Exemplo & antithesi quod de literis & literatis dixit, cōfirmat. Crœsus laudatur, Phalaris reticetur, & nihil meretur celebritatis. De Crœso Lydorum rege Herodotus, & Iustinus in primo.

Crœsi

Crœsi diuitias in prouerbium abijsse constat. Phalarin ob æreum bouem, quo sontes puniuit, submisso igni, ut illic instar boum, dum torrerentur flammis, clamarent, crudelissimum fuisse demonstrat. Lucianus in Phalari primo & 2. declamatorio more per ethopoeiã, excusat apud sacerdotes Delphicos Phalarin. Atqui faber, ut Lucianus narrat, ærarius Perilaus æreum taurum fabricarat, eumq; (ceu tyranni sæuitiæ gratificaturus) Phalaridi tradidit, eius rei gratia, ut reos supposito igni tauro inclusos cremaret. Cuius fabri crudelitate permotus tyrannus, primo eum tauro suo, quem alijs elaborauerat, intrusit & exussit. Quæ si uera essent, frustra tyrannidis accusaretur Phalaris. i ¶ Virtute itaq; eminere.) ἐπιφώνημα & epilogus est. Claudit: Virtute ergo eminere, & bona fama, summum bonum est.

EIDEM HIERONI CVRRV.

ODE II.

STROPHE I. COLON XV.

O [a]Magnis constitutæ urbibus Syracusæ, [b]bello potentis Martis delubrũ, uirorum, equorumq; [c]ferro gaudentium felices nutrices: [d]uobis à præclaris Thebis hoc epinicij adferens uenio, [e]quadrigæ teram concutientis denunciationem, per quam Hieron uictoriam obtinens procul fulgentibus coronis [f]Ortygiam religauit, [g]sedem fluuialis Dianæ: [h]citra cuius opẽ illas habenis uarias non domuit admirandis manibus suis equas.

ENARRATIO.

Variant, inquit Interpres, de inscriptione huius ode pleriq;. Hieronis quidẽ in gratiam epigrapha testatur hunc hymnũ scriptum esse: sed cuius agonis uel certaminis causa cõpositus sit, Timæus, Callimachus, Apollonius, Ammonius, Dionysius Phaselites ambigunt. Fieri, mea quidem sententia, potest, ut eandem Pythiacam uictoriam intelligat, quam priori ode prædicauit. Nec enim frustra Pythiacis encomijs insertus est. Quid si ab Hierone munus acceperit, tametsi hoc nusquam hic explicet, ideoq; in gratiarum actionem hanc oden transmiserit? Continet hic hymnus duos potissimum status. Primus laudatorius est, quo Argumentum.

Hieronem à uictoria curru obtenta laudat. Alter est paræneticus: commonefacit enim Hieronem*, ne adulatoribus aurem accōmodet. Ante parænesin illam ad gratitudinis suasionem digreditur, Locros* Epizephyrios *& quicunq; beneficium accepissent ab* Hierone*, gratos esse debere benefactori subindicans. Atq; in eo eucharistias loco bonam hymni partem absoluit.* a ¶ *O magnis cōstitutæ urbibus Syracusæ.) Vrbibus magnas ideo Syracusas appellat, quia Archias* Corinthius *quatuor ciuitates destruens in unam redegit urbem: quarum nomina fuere,* Achradine, Neapolis, Epipolæ *&* Tyche*. Syracusæ autem maxima* Siciliæ *ciuitas est, ab Archia Corinthio condita, Stephano autore. Quia uero* Siciliæ *rex est* Hieron*, ideo à Syracusis hic clarissima eius insulæ urbe orditur.* b ¶ *Bello potentis Martis.)* βαθυπολέμου ἄρεος. *Laus Syracusarū à potentia.* βαθὺ *in compositione multum significat ferè, ut in* βαθύζωνος, βαθύκολπος *uisum est: sic hoc loci* βαθυπόλεμος ἄρης, *Mars in bello multus, hoc est, potens & uehemens.* c ¶ *Ferro gaudentium.)* σιδαροχαρμᾶν, *pro* σιδηροχαρμῶν, *à* σίδηρος *ferrum, &* χαίρομαι *lætor, uel* χάρμη *pugna: quod ferro, hoc est, armis ferreis pugnēt.* d ¶ *Vobis à præclaris.) Vobis, id est, in uestri gratiā. A præclaris Thebis. Splendidas Thebas uocat propter* Bacchum, Herculem*, seq; ipsum, quod omnes illi sint Thebis oriundi. Sua igitur uel chori persona Syracusas, per prosopopœiā cōuenit.* Venio ad uos ego Pindarus ô Syracusæ, à Thebis hoc melos mecum adferens: *per sese enim nō adijt* Hieronem*, sed per chorū transmisit: ut Scholia.* e ¶ *Quadrigæ terram.) Appositio est.* Hoc meum melos *est denunciatio & indicatio & prædicatio uictoriæ, quam curru* Hieron *consequutus est.* f ¶ *Ortygiam religauit.) Cherronesum prope Siciliam intelligit: hæc enim quum antea per sese insula esset, Syracusis tandem coniuncta est.* g ¶ *Sedem fluuialis Dianæ.) Appositio est: in qua* Ortygia *fluuialis Diana sedem habet. Dianā fluuialem ab Alpheo flumine uocat: ferunt enim amore percitum* Alpheum*, Dianam adusq;* Ortygiam *persecutū: unde illic* Alphioæ *Dianæ templum est extructum.* Vel: *iuxta Arethusam Syracusarū fontem ex Alpheo scaturientem, Dianæ simulacrum est, hinc* ἀλφειώα ἄρτεμις *appellatur.* h ¶ *Citra cuius opem.) Dianæ & Mercurij ope uictoria potitum* Hieronē *adfirmat: pium & felicem uere ostendens, quippe cui dij opitulentur, cui dij uictoriam impertiant. Dianā aūt equestrem etiam esse* Homer. *admonet, dum eam* χρυσήνιον*, hoc est, aureis habenis conspicuam nominat.*

ANTISTROPHE, COLON XV.

Virgo enim [a]telis gaudens Diana, [b]certami-

numq;

numq́; præses Mercurius [c]radiantem ornatũ imponit, quando ad bigam & ad currus loro obtemperantes, [d]equinum submiserit robur, tridente sæuum, [e]lateq́; potentem deũ uocans. [f]Alij quidem poëtæ alijs regibus dulcem hymnum, uirtutis munus perficiunt. Sic frequentia Cypriorum encomia circa suum [g]Cinyram iactantur, quem auricomus impense dilexit Appollo,

EPODOS, COLON XIIII.

Sacerdotem Veneris familiarem.

a ℭ *Telis gaudens.)* *Diana, ut uenationis dea à poëtis* ἰοχέαιρα, *hoc est, sagittis gaudens, dicitur. &* χρυσήνιος, *aureas habenas habens: quod & telis, dum feras insectatur, & equis utatur.* *b* ℭ *Certaminis præses.)* ἐναγώνιον *Mercurium appellat, certaminis ueluti præsidem: non quod solus Mercurius ludis præsit, cæterum quia & hic deus nedum eloquentiæ & citharæ præsit, uerumetiam lucro. Quũ igitur uictoria hic lucrum sit, rectè uictoria à Mercurio uenisse dicitur: nec immeritò* ἐναγώνιος, *certaminis uel ludi præses appellatur, quantum ad lucrum, & ad uictoriam attinet.* *c* ℭ *Radiantẽ ornatum.)* αἰγλᾶντα κόσμον, *id est, uictoriã: per hanc splendidus ornatus uictori obtingit.* *d* ℭ *Equinum robur.)* *Periphrasis est,* ἵππειον σθένος, *pro fortibus equis.* σύν ἅρματα, *pro* εἰς ἅρματα πεισιχάλινα, *frenis obtemperantes. Quomodo currus obtemperant frenis? per metonymian accipiendum est: currus enim equis, qui freno & habenis cohibentur, morem gerit, quoq́; trahitur & uehitur, uel inuitum sequi necessum est.*

e ℭ *Vocans late potentem deum.)* καλέων εὐρυβίαν. *Hieron tanquam equestrem deum Neptunum uocat, equis nempe uictoriam assequi desiderans. Equestrem autem Neptunum esse, in Olympijs antehac indicatum: & apud Virgilium 1. Georg. liquet, dum poëta Neptunũ hac ratione implorat:*

– Tuq́; ô cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridenti.

f ℭ *Alij quidem poëtæ.)* *Hieroni affectum & amorem & beneuolentiã suamipsius poëta cõmendat. quasi dicat: Celebrent alij poëtæ quoscunq́; uoluerint, per me illis liberum erit. Ego uero mi Hieron, te unum efferam, tuas uirtutes prædicabo: quandoquidem tua hoc uirtus mereatur: nec ullo, qui unquam à*

poëtis prædicati sint, inferior sis. Vel: ut alij poëtæ alios reges & principes suis carminibus extollunt, sic ego te meis hymnis ueho ô inclyte Hieron. Talis enim αὐταπόδοσις *adijcienda est, quum desit.* g ☾ Cinyram.) Exemplo *Cinyræ, quod de poëtis dixit cõfirmat. Cinyras, inquit, argumento esse potest, quem Cyprij poëtæ suis encomijs illustrem reddiderunt. Fuit aũt Cinyras Cypriorum rex Apollinis & Paphi filius, uel, ut alij, Eurymedontis & Paphiæ Nymphæ, sacerdos Veneris, adeò diues, ut prouerbio locum dederit, Cinyræ opes. Meminit huius hic Cinyræ, & posthac in Nemeis de eo plura sunt adnotata. Recordatur hunc etiam Homerus:*

τόν ποτέ οἱ κινύρης δῶκε ξεινήιον εἶναι.

» [a]Cogit autem gratia beneficiumq́ amicorum,
» illum cui amicitia exhibita est, ut pro benefactis
» quadantenus respondeat. Te ô Dinomenis fili, [b]Zephyria Locrensis uirgo in sua urbe celebrat, quod tua uirtute ab hostili manu præter spẽ erepta, iam in tuto agat. Porrò [c]deorũ iussibus [d]Ixionem hæc aiunt mortalibus dicere, qui petrosæ alligatus rotæ circũuoluitur: Benefactorẽ præclaris uicissitudinibus, ab ijs qui beneficium acceperint, soluendum esse.

Hactenus laudatoriũ statum, quo Hieronẽ à uictoria, quam curru & equis adeptus est, prædicauit. Iam ad cõmunem locum Gratitudinis sese confert, pulchre ab Ixionis exemplo gratitudinem suadens. Insigni autem gnome primum ad hoc utitur. a ☾ Cogit autem gratia &c.) *Quæ prouerbio* χάρις χάριν τίκτει, *apud Sophoclẽ in Aiace cõsonat. gratia, inquit,* ποίτινος, *hoc est,* ἀμειπτική, *uicem rependens pro amicorum beneficijs, uel amicorũ beneficia* ὀπιζομένων, *id est,* ὕστερον ἐπακολουθοῦσα, *ponè sequens. Beneficium enim præcedit, compensatio sequitur. qua tum se gratũ esse Hieroni, tum uero Locros Epizephyrios præcipue debere, quos ab Anaxilai manu eripuit, ut præcedenti ode patefactum.* b ☾ Zephyria Locrensis.) *Per Zephyriam Locrensem uirginem, ipsos Locros Epizephyrios intelligit: uirginem urbem ceu nymphã dicit.* c ☾ Deorum iussibus.) θεῶν δ' ἐφετμαῖς. *A contrario exemplo gratitudinem suadet. Ixion propter ingratitudinẽ, æternis cruciatibus addictus, suo malo edoctus, cunctos ad gratitudinẽ hortatur.*

ποίτινος. ὀπιζομένων

Ixionem.)

d ℭ Ixionem.) Ixion Phlegyæ filius, quum apud Iouem ageret, Iunonem deperijt: qua re intellecta, Iupiter nubem in specie Iunonis ei opposuit: qua cum Ixion rem habens, in terram ac deinceps ad inferos est protrusus, quod gloriaretur se Iunoni in delicijs fuisse. Rotæ itaq; apud Plutonem alligatus est uiperis cinctæ, ut Ouidius 4. etiam Metamorphoseos testatur:

Voluitur Ixion & se sequiturq; fugitq;.

Quin & Pindarus fabulam hanc ipse ordine subiungit.

STROPHE II. COLON XV.

[a]Id enim aperte didicit, dum apud [b]mites Saturnios dulcem uitam transigens, diuturnā non sustinuit felicitatem: quando insana cupiditate Iunonem deperijt, quam Iouis iucundi thori sortiti sunt. [c]At ipsum iniuria ad noxā insignem cōpulit: mox se digna passus, difficilimum laborem obtinuit. [d]Duo enim operosi eius errores sunt. Alter quidem, quod primus, nō sine fraude, suorum cōtribuliū sanguinē hominib. admiscuerit:

ANTISTROPHE, COLON XV.

Quodq; olim Iouis uxori in altis & fabrefactis thalamis [e]insidiatus sit.

a ℭ Id enim aperte.) A fabula Ixionis amplificat. b ℭ Mites Saturnios.) εὐμενέσι παρὰ κρονίδαις. Enallage numeri est, Saturnios pro Saturnio. Est enim unicus duntaxat Iupiter: plurali pro singulari usus, sibi peculiari more. c ℭ At ipsum iniuria ad noxam insignem compulit.) ἀλλά νιν ὕβρις ἐς αὐάταν ὑπεράφανον ὦρσε. Præmium iniuriæ quod fuerit, exponit. Est autem Aeolicum αὐάτην, pro ἄτην. Solent enim ipsi inter duas uocales υ interponere, ut ubi cōmunis lingua ἀὴρ dicat, ipsi αὐὴρ faciant: ex ἄως ipsi αὔως. Sic pro ἄτη dicūt αὐάτη. Est enim ἄτη per contractionē ab ἀάτη, ab ἀάομαι, id est, lædo. Hinc apud Homer. Iliad. 9.

πρέσβα διὸς θυγάτηρ ἄτη, ἣ πάντας ἀᾶται.

d ℭ Duo enim operosi errores.) Duo, inquit, grandia peccata sunt Ixionis, ob quæ cōmeruit pœnam istam apud inferos. Alterum, quod inter homines primum se cōtribulis sui cæde contaminarit, siue quod primus contribulem

suam occiderit. Alterum delictum est, quod Iouis uxori insidias tetenderit.

e ❡ *Insidiatus sit.) πειρᾶσθαι insidiari est. Hinc marini prædones πειρᾶται appellantur, hoc est, insidiatores. Proprie tamen in itinere uel terra insidias meditantes piratæ sunt: unde & apud Euripidem & Sophoclem tragicos ὁδουροὶ dicuntur.* Piratæ.

[a]Decet autem perpetuò in quauis re obseruare medium. Thori autem [b]indecentes ad summã eum coniecerunt ignauiam: nam accedentem nebula illexit, secumq; cõcumbere fecit. Rem itaq; uanam secutus est iners homo. Forma sanè cœlesti præstantissimæ Saturni filiæ similis erat: quã fraudem Iouis illi struxerunt manus, [c]pulchram noxiam. [d]Quatuor dein radiorũ uinculum fecit

ad omnẽ & uelutiuni collectã

EPODOS, COLON XIIII.

Eius perniciem.

a ❡ *Decet in quauis re.) Gnome est, qua & alios & Ixionem mediocritatis & modestiæ summæ uirtutum cõmonefacit. Honeste & cum uirtute conuersari debebas dijs & Iunoni Ixion, tuæq; sorti contentus acquiescere, nõ alieno insidiari thoro, quæ maxima tua est impudentia.* *b* ❡ *Indecentes.) Indecentes thori, id est, ab honesto auersi & alienati, adulteri.* *c* ❡ *Pulchram noxiam.) Appositio est, καλὸν πῆμα. Quod rem uanam, id est, nebulam, Iunonis specie adamaret Ixion, Iouis hoc consilio factum, ut ei pulchra noxia hinc esset. Pulchram dicit, propter speciosissimã nebulæ formam. Noxiam ideo, quod licet tum non intelligeret, propterea sit rotæ apud inferos alligatus.* *d* ❡ *τετράκναμον.) Rotam quatuor radios habere dicit, ut duo manibus, reliqui pedibus tribuantur.*

[a]Qui & in uincula, è quibus effugere non daretur, per membra sua prolapsus, [b]uulgatam famam percepit. Atqui [c]sola nubes, solam arrogantem prolem ei [d]sine gratijs peperit, [e]nec inter deos nec homines munus ferentem: cui nutrix Centauro nomẽ indidit. Is & equis Thessalis ad Pelij [f]conualles mixtus, [g]admirandũ progenuit

exercitum,

exercitũ, utricꝫ parenti non absimilem: [b]inferiori enim parte matrẽ, superiore uero patrẽ referebat

a ℂ *Qui & uincula.*) ἀφύκτοισι γυιοπέδαις, *ineuitabilibus, à quibus corpus & membra sua liberare nequeat. ab α στερητικῶ μορίω, &* φεύγω. γυιοπέδαι, παρὰ τὰ γυῖα καὶ τὴν πέδην. *Periphrasis est rotarum. Intelligit enim quatuor rotarum radios, quibus & manus & pedes alligatus uoluitur.* *b* ℂ *Vulgatam.* πολύκοινον, *uulgatam, multis cõmunem, & ad quosuis pertinentem. Videlicet benefactoribus referendam esse gratiam.* *c* ℂ *Sola.*) *Nulla enim unquam nubes aliquem peperit.* μόνον, *solum & unicum, ante quem & post quem nullum alium protulerit.*

d ℂ *Sine gratijs.*) ἄνδ' ἄχαρίτων, *id est, acharin, immansuetã, agrestem, deformem, crudelem prolem.* *e* ℂ *Nec inter deos.*) *Hoc est, necꝫ diuinæ, neꝗ humanæ omnino naturæ participẽ.* *f* ℂ *Conualles.*) σφυρὸς *planta pedis est: metaphorice pro imo, & conuallibus accipit.*

g ℂ *Admirandum exercitum.*) *Enallagen numeri uel synthesin hic non secutus sum. Græce est, progeniti sunt utrisꝗ admirandus exercitus. Perinde ac Latinus poëta dicit:*

Pars in gramineis exercent membra palæstris. Et Homerus:

ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας ἀχὰ στρατοῦ ἀπερείσιον το.

Thessaliæ mons est, uel Magnesiæ in Thessalia sitæ, Pelium. *h* ℂ *Inferiori parte matrem.*) τὰ ματρόθεν. *In Magnesia Thessaliæ prouincia Centaurus cum Thessalis equis rem habens, Centaurorũ multitudinem (quam suo more στρατὸν uocat, martium eius robur uel ea uoce adumbrans) progenuit: inferiori parte matri equæ similes, superiori Centauro. De Centauris Plin. lib. 7. cap. 56. hæc tradit: Pugnare ex equo Thessalorum inuentum est, qui Centauri appellati sunt, habitantes secundum Pelium montem. Hinc nata est fabula, quod biformes dicantur. Apud Isocratem* διφυεῖς, *inferiori parte equi, superiori homines. Dicuntur aũt* κέντωυροι, *id est, stimulatores, à* κεντέω, *id est, stimulo. qui & alio nomine apud Lucianũ* ἱπποκένταυροι *appellantur, id est, equorum stimulatores. Per Hippocentauros equites prædæ & spolijs intentos,* πτερατάς τε καὶ ὁδηγούς, *quos Germani Schnaphanos uocant, Lucianus intelligit: harpyias nimirum equestres, rapina & præda & latrocinijs non ignobiles.* Pelium.

STROPHE III. COLON XV.

[a]Deus omnia [b]pro sua uoluntate perficit. De-

» us inquam qui & [c]alatam Aquilam assumpsit, &
» marinũ Delphina permutat, superborumq́ mor
» talium quendam inflexit, cæteris immarcesſibilẽ
» gloriam impertijt. Me uero defugere operæpre
» cium est imbellem maledicentiæ [d]morsum. Vidi
» quidem iamolim in egestate constitutum uitupe-
» ronem Archilochũ infensis conuicijs impingua-
» tum. [e]Diuitiæ autem ubi sapientiæ sorti coniun-
» ctæ fuerint, præstantisſimæ sunt.

a ℭ Deus omnia.) *Diuinæ potentiæ præconio, Ixionis factum amplificat. quasi dicat: Non mirum, si in eam coniecit pœnam Ixionem Iupiter: omnia enim potest: eaq́; eius natura est, ut malos puniat & bonos conseruet.*

b ℭ Pro suo nutu.) ἐλπίδας *pro uoluntate & decretis accipit.* ἐπὶ ἐλπίδεσσ', *pro uoluntate.* c ℭ *Alatam aquilam.) Aquila in aëre uersantium præstantisſima, in marinis Delphin est uelocisſimus, in terris homo cunctorum animantium nobilisſimum est. Qua creaturarum triade, Deum cœlestium, terrestrium, marinorumq́; omnium dominari ostendit: nec usquam quicquam esse, quod diuinæ maiestatis potentiam effugere posſit.* d ℭ *Morsum.)* φεύγειν δάκος. *Correctio est suijpsius, quod nolit ipse aliquo conuicio Ixionem sugillare, tametsi Archilocho cõuicia bene cesserint. Aureum sanè Pindari iudicium, quo conuicia detestatur. Quid enim, Deum immortalem, alienius à literis, remotius à Musis, magis à pietate sepositum, atq; conuicia, atq; scommata, & ignaui & imbelles morsus? Impotentiũ muliercularũ, quæ suis semper affectibus rapiuntur, conuicia sunt: non uirorũ. Laides Corinthiæ & Philonidæ huiusmodi teterrimo sunt uitio obnoxij. Vtinam qui & pij & eruditi haberi uolunt, hodie sibi ab hisce temperarent. Vtinam Pindaricam hanc mansuetudinem animis nostris uolutaremus, si* CHRISTI *seruatoris nostri clementia, suauitas & mitisſima cõsuetudo nos nõ permoueret. Atq; hanc animi intemperantiam & infrenatam lasciuiam Quintilianus, non minimũ uitiorum esse censet: cuius probitas uel Iuuenale teste innotuit, dũ inquit: Expectas ut Quintilianus ametur? boni uiri paradigma Quintilianum faciens. Et quia insignis & uerè cedro digna eius est sententia, subijciam. Quanquã autem illic de rhetore agat, licebit eam tamen eius de altercatione sententiã omnibus planè pietatis & literarum amatoribus perspectisſimam esse. Bonus altercator, inquit, uitio iracundiæ careat: nullus enim rationi magis obstat affectus, & fert extra*

causam,

causam, & plerunq; deformia conuicia facere, ac mereri cogit: & ipsos nonnunquam iudices incitat melior moderatio, ac nõnunquã etiam patientia. Et paucis interiectis: *Nam est res animi iacentis, & mollis supra modũ frontis, fallitq; plerunq; quod probitas uocatur, quæ est imbecillitas.* Pulchre igitur & eleganter & pie Pindarus noster conuicia & Archilochi & qualiacunq; execratur. De Archilocho autem uetere Lyrico 9. Olympiorum ode nonnihil auditũ est.

d ¶ *Diuitiæ autem ubi sapientiæ coniunctæ fuerint.*) *Quæ sint ueræ diuitiæ, alia haud inuenusta gnome exprimit. Nempe genuinas & germanas diuitias esse, nõ quæ cõuicijs cõflentur, sed quæ uirtutibus & sapientia splendeãt.*

ANTISTROPHE, COLON XV.

[a]Tu uero nũc utrunq; clare potes libera mente exhibere domine, multorũ quidem sublimiũ uicorũ atq; exercitus gubernator. Quod si quisquam diuitijs & honore per totam Græciam alium ex ijs qui antè progeniti sunt, præstantiorem dicit, laxa uanaq; mente solus secum pugnat. At uero [b]floridam ascendam classem uirtutem laudaturus. Iuuentutem quidem fortitudo & audacia in duris bellis adiuuat, unde & te aio immensam gloriam inuenisse

EPODOS, COLON XIIII.

Cum inter equites pugnantem, tum pedites.

a ¶ *Tu uero nunc utrunq;.*) Ratiocinatione rhetorica Hieronem ueris diuitijs clarum esse probat, cuius maiorem talem ponit: *Sapientia & facultatibus ornatus, ueras diuitias possidet.* Assumptionem uel minorem huiusmodi: *Tu Hieron potes utrunq; libera mente exhibere.* Hoc est, *tu Hieron sapientia & opibus diues.* Quæ minor quia bimembris est, ideo alteram eius partem de potentia seu diuitijs ita confirmat, πολλᾶν μὲν. Es enim *multorum uicorum atq; exercitus, id est, Pindarico more, fortium populorum, gubernator.* Deinde aliam eiusdem partis probationem, per collationem cum alijs adfert. *Vanus est & errat, inquit, quisquis unquã aliquem Græciæ regem te clariorem fuisse adserit.* Postea ab effectibus, fructu ue, diuitias eius exerit. νεότατι μὲν. *& pedestri & equestri pugna inclytum tibi peperisti nomen.* Iam expeditionem de-

ſtinare bellumq; facere, opum ſunt. Hactenus cõfirmauit alteram aſſumptionis partem, uidelicet Hieronẽ opibus & potentia clarum eſſe: mox ſapientia quoque ipſum præeminere hunc ad modũ confirmat: Nã cana tua conſilia, inquit, fœlicem mihi ad omne laudis argumentum materiam præbent: hoc eſt, præter ætatem prudens es. Complexionem, quia neceſſariò intelligitur, conſequiturq; & profluit è præcedentibus, omittit: nimirũ talem: Ergo tu ueris diuitijs conſpicuus es ô Hieron. Ad ſyllogiſmum hæc dialecticum ſimpliciter hunc ad modum referuntur:

Qui ſapientia & opibus clarus eſt, ueras poßidet diuitias.
Hieron ſapientia & opibus clarus eſt,
Hieron igitur ueras poßidet diuitias.

b ¶ Floridam aſcendam claſſem.) Quid in claſſe faciet cum laude uirtutis? Metaphora eſt. Laudes Hieronis enumerans, & uirtutes eius percenſens, pulchre inſtructam & exornatam claſſem conſcendam: id eſt, non à recto calle deuiabo, non fingam quicquam, extra periculum ferar, ut quemadmodum illi qui in bene firmata, cõglutinata, conſtipataq; aduerſus uim aquarũ & fluctuum naui, facile citra periculum, quô uolunt, perueniunt: ſic ego ingreſſus iter præconiorum & uirtutũ Hieronis, facile quod animus tulerit perſequar. Eſt enim Hieron (ut per cõparationem ſumã) inſtar floridæ claßis, è qua nihil non bonorũ, aromatũ, fructuum, arborũ, gemmarũ, & id genus reliquorũ promitur.

Tuæ aũt iuuenilis ætatis cana prudentia, fortunatum mihi ad tua decantanda præconia carmen omnino præbet. [a]Salue: hoc epinicij Punicæ mercis in morem trans cœruleũ mare demittitur. [b]Sin tibi [c]Aeolico modo compoſitum [d]arridet Caſtoreum melos, age experire occurrens [e]gratiã citharæ, quæ ſeptem intenſas gerit chordas. [f]Caue autem tui ne ſis diſsimilis ([g]*nec adulatoribus permittas aures tuas*) uerũ [h]pueris ſit pulchra perpetuò ſimia

STROPHE IIII. COLON XV.

Pulchra.

a ¶ Salue, hoc epinicij.) Hieronẽ liberalitatis admonet. Hymnus meus inſtar Phœnicum mercis, mare tranſit, pro lucro uidelicet. Phœnices mercatus &

& negociationis nomine clari sunt, apud Sophoclem: ὠνὴρ ἔθορ καὶ πράσιμ ὡς φοῖνιξ ἀνήρ. *Comparat ergo Phœnicum mercimonijs hymnū suum. Iam pro mercibus lucrū expectatur: sic pro hymno Hieronis liberalitatem* Pindarus *præstolatur*. Potest etiam hoc nomine cōmendare poëticen suā Hieroni Pindarus. *quasi dicat*: Hoc noueris inclyte rex, *mea poëmata haudquaqz ā esse uulgaria, sed quæ à me scribuntur, cum terra tum pelago expetuntur, terram & maria transuolant, non minimo applausu excipiuntur.* Idq; *iam tua potissimum causa, mea Musa certe merebitur.* Nemo nō *enim tua encomia cognoscere percupiet.* Vt ergo Punicæ merces Pontum *celeriter, magna multorum expectatione percurrunt, haud dißimilem ad modum hic hymnus, tuas uirtutes concinens, & ad indigenas & exteros transmarinos citato cursu accelerat uiam. Qua ratione de sese posthac etiam dicit, confidenter de sua in lyrica præstantia sanè pronuncians,* Statuarius non sum, &c. b ℭ *Sin tibi Castoreū melos arridet.)* τὸ κασόρϑορ δὲ ἐν αἰολίδεσι χορδαῖς. *A simili inuitat* Hieronem, *ut & huius hymni periculum faciat, eumq; examinet, perinde atq; antea Castoreum à se mißum explorauerit.* Si Castoreū *tibi iamantea placuit, quæso ut & hunc epinicon perlegas, placido uultu intuearis: nam non minus, ut equidem in spem uenio, gratiæ allaturus est. Proinde Castoreum melos, hymnum appellat alium, quem ultra pactum mercedis, ceu corollarij uice Hieroni transmiserat, saltationi accommodum, quæ aliàs &* Pyrrhiche *dicitur, qua armati saltabunt. Hac Achillem primum ad pyram* Patrocli *usum, Aristoteles tradit. Castoreum itaq; uel à Castore &* Polluce, *ut* Interpreti *placet, uel à Castore animali, ut ex* Hesychio *colligitur: quod Dioscuri sint saltatores, ac primum* Pyrrhichen *siue armatam saltationem inuenerint. Tum quod Castori, quem latini fibrum nominăt, sua sit quædam saltandi formula. Quidam, ut Scholia adijciunt, Castoreum, rhythmum esse quendam putant, ac numerū, quo Lacones Castoris & Pollucis cultores, in hostili conflictu utantur. Initium aūt hymni, quem Castoreum appellat, fuit:*

Σιῶπε ὅ,τι λέγω ζαθέωρ ἱέρωρ ἐπώνυμε.

c ℭ Aeolico modo compositum.) αἰολίδεσι χορδαῖς, *Aeolico ritu, Aeolicis chordis, quod lyrico modo sit compositus hymnus. Aeoles enim lyrici sunt uel citharœdi.* d ℭ *Arrideat.)* θέλωρ, *id est, uolens, hilari fronte, obuijs ulnis.* e ℭ *Gratiam septisonæ citharæ.)* ἑπτάκτυπυ, *hoc est, septisonæ citharæ.* Non *uacat sacramento: indicat enim lyricen suam septem ingenuarum artium cognitione renidere.* f ℭ Caue autem tui ne sis dißimilis.) *Secundum statum, uel tertium huius odæ locum parænecticum orditur: quo admonet Hieronem, ut sibi à perniciosis, quibus aulæ principum re-*

ſertæ ſunt, adulatoribus caueat. g ℂ *Nec adulatoribus permittas.*) *Paraphraſtice interpoſui, Nec adulatorib. permittas aures tuas. Quod etiamſi non eſt in textu, ad ſententiam tamen & mentem poëtæ omnino nōnihil efficit.*

h ℂ *Pueris ſit pulchra ſimia.*) *Prouerbiū eſt,* καλός τοι πίθων παρὰ παισὶν ἀεί. *quo puerorū ſimplicitas indicatur. Pueris formoſa uidetur ſimia, quum tamen reuera Simia omnium pulcherrima ſit deformis, ut aliud Græcorū adagium habet,* πιθήκων ὁ μορφώτατος δύσμορφός ἐστι. *Viri autem prudentis eſt, alio iudicio præditū eſſe, nec ſtatim approbare uel refutare, quod adulatores uel cōmendarint, uel eleuarint.*

[a]Rhadamanthus itaq; bene habuit, quandoquidem irreprehenſibilē prudentiæ ſuæ fructū cōſecutus eſt, neq; unquam fraude in animo ſuo delectatus eſt, ita, ut ſemper [b]adulatorum & impoſtorum conſilijs obtemperaret. Calumniarum artifices, ingens [c]utriſq; malū, [d]moribus impenſe [e]uulpibus ſimiles, lucro uero quid magis inhiat, quàm ijdem? [f]Vt uero piſcatorij retis in profundum merſi lignum leue nō occidit, ſic ego [g]ſuper marino ſepto non tingor.

a ℂ *Rhadamanthus.*) *Exemplo Rhadamanthyos, calumniam & adulatorum fraudem uitandam hortatur. Rhadamanthus Iouis & Europæ filius, Cretenſium rex, quia ſummus iuſtitiæ cultor fuerit, nec ſuis applauſerit adulatoribus, ideo à poëtis apud inferos umbrarum eſſe iudex fingitur, uti 2. Olympiorum ode perceptum.* b ℂ *Adulatorum.*) ψιθύρους *adulatores & impoſtores appellat, à* ψιθυρίζειν, *id eſt, murmurare, muſſitare, quod clancu lum ſubmurmurent, aliorum famæ detrahant.* c ℂ *Vtriſq;.*) ἀμφοτέροις. *Adulationes & calumnias grauiter nocere ait & calumniatori, & calumniā paſſo. Sed ferè fit diuino iudicio, iuxta illud Heſiodeum, ut calumnia et damnū in machinatorē ſuum & autorē recidat: ut ueriſſime poëta dixerit ille:*

ἡ δὲ κακὴ βουλὴ, τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

ὑποφάτιες, *interpretes, delatores, ac ueluti ſubuates.* d ℂ *Moribus.*)
Et apud ὀργαῖς. *In Olympijs ſuprà & Pythijs, & hic, & poſthac 9. Pythiorū, dein*
Ariſtoph. *ceps 1. & 2. 5. & 6. Iſthmiorum,* ἦθος καὶ τρόπον, *mores, & modum,*
in Equit. *rationem, ſtudium, conatum, affectum, propenſionem,* καὶ τὴν ὀργὴν,

hoc

hoc est, cum nimia cura, aliqua in re cõmorationem, festinamq́; sollicitudinẽ significat. e ℂ *Vulpibus.) Astutos, uersutos, insynceros esse adulatores uult, dum uulpibus eos confert.* f ℂ *Vt uero piscatorij retis.) Sibi non curæ esse calumnias, nec posse ab adulatoribus suum deturpari nomen. Ac ueluti sit ipse apud regem delatus, quæ hactenus de calumnia dixit, in sese transfert.* φελλὸς, *inquit, leuius istud piscatorij retis lignum nõ mergitur, sed semper supernatat: sic & ego meorum osorum liuore, inuidentia, æmulatione, non supprimor, non succumbo, nõ occido.* g ℂ *Super marino muro.)* ὑπὲρ ἕρκος ἅλμας. *Per maris septum, ipsam maris perspicuitatem intelligit, ut Scholia. Potest autem referri ad* φελλὸς, *quod ipsum* τὸ φελλὸς *super maris facie supernatet. Sin ad Pindarum, tum metaphorice pro inuidorum liuore accipiendum est. Maris profunditas, & perspicuitas, & altitudo, sui ipsius septum & munimentũ est: ergo septum maris, simpliciter Pindaro est profunditas maris: uel, profundum mare, inaccessum generi mortalium natura: Nam ars naucis repperit. Talis ergo est comparatio: Perinde ac leuius sagenæ piscatoriæ lignum non occidit, sed supernatat super faciem & perspicuitatem maris, sic ego super inuidorum odio, (quod æque horrendum est atq; profunditas & aspectus maris) non uincor, non pereo.*

ANTISTROPHE, COLON XV.

„ [a]Impossibile deinde est, ut [b]dolosus ciuis inter
„ bonos fortem sermonem proferat: attamen om-
„ nibus assentãs omnino sese applicat. [c]Cuius ego
„ in fuco haud sanè comes esse cupio. [d]Liceat aũt
„ amicum amare mihi: aduersus uero hostem, ho-
„ stis existens [e]lupi instar curram, asperũ interdum
„ iter ambulãs. [f]Omnibus tamen modis apud regẽ
„ candidus præstat, & eximius habetur, siue in co-
„ piosi exercitus, siue sapienti reipublicæ admini-
„ stratione. [g]At cum Deo contendere nephas est,

EPODOS, COLON XIIII.

„ Qui interdum quæ exigua sunt exaltat, inter-
„ dum alijs, quæ in alios transferat, adimit. [h]Sed
„ neq; hæc mentem inuidorum sanant. [i]Qui ue-

„ ro abundanti cuiusquam facultate tangitur, suo
„ antea cordi triste hulcus inflixit, priusquam quæ
„ secum anxie molitur, adsequatur.[k] Atqui iuuat la
„ borem æquo animo ferre eum, qui collo suo iu-
„ gum aptat. Nam [l]aduersus stimulum calcitrare,
„ lubrica & perniciosa uia est.[m]Faxit Deus ut meis
„ hymnis conuersari bonis possim.

a ℂ Impoßibile.) *In adulatorũ describenda natura immorãs, detractorem candido & syncero uiro confert, quẽ sua persona introducit.* *b* ℂ Dolosus ciuis.) *Dolosus ciuis, id est uersutus, uersipellis, adulator.* *c* ℂ Cuius ego comes.) *οὐ μετέχω οἱ θράσεος, non particeps ero eius temeritatis, audaciæ, sceleris, leuitatis, temerarij facinoris.* *d* ℂ Liceat mihi.) *φίλον εἴη. Votum est, quo interim, quomodo ipse erga adulatores affectus sit, breuiter digrediendo demonstrat: ac iuxtà sua persona boni & constantis uiri conditionem profert: quæ est, quod syncerum & candidum amicum syncere deamet & candide, inimicum uero auersetur, ac fraudulento alia subinde arte occurrat, malumq́; cuneum malo nodo quærat.* *e* ℂ Instar lupi illi occurram.) *ὑποθεύσομαι, occurram. δίκαν λύκου, instar lupi. δίκην cum genitiuo, similitudinis aduerbium.* *f* ℂ Omnibus modis.) *ἐν πάντα, pro εἰς πάντα δὲ νομὸν, ut suprà. Boni uiri & constantis fortunam subiungit. Et belli & pacis tempore bonus uir apud reges, apud principes, adeoq́; præclaras respublicas magni æstimatur, cæterisq́; meritò antefertur. εὐθύγλωσσος, qui rectæ linguæ est, qui uera loquitur, qui non fucatus est, sed syncerus, sed uerus, candidus.* *g* ℂ At cum Deo contendere.) *Tametsi Interpres hunc de inuidia locum de Bacchylide intelligendũ putet, cuius poëmata Pindaricis apud Hieronem sint prælata, nec inepte eò referri poßint: maiorem tamen gratiam habet, si indefinite ad omneis in uniuersum liuidos redigatur. Porrò inuidos in Deum esse impios docet. Qui aliorum fortunæ inuidet, in Deum peccat, qui bonis suis iam hunc, iam illum mirifice ornat.* *h* ℂ Sed neq; hæc.) *Inuidos hæc non considerare, dolet Pindaro. Nam si, quantũ erga sese Deum concitarent, secum expenderent, lentius rariusq́; inuidentia macerarentur.* *i* ℂ Qui uero abundanti.) *Damnum quod inuidos comitetur exponit, quale & Horatius innuit, quum ait:*

Inuidus alterius rebus macrescit opimis.

k ℂ Atqui iuuat æquo animo &c.) *Apostrophe ad semetipsum, ut inuidentium*

dentium ipsi, siue Bacchylidis, siue aliorum odium æquiore animo ferat: quandoquidem nunc adsueuerit sustinere liuidorum dentes, iamq; aduersus istorum æmulationē duxerit callum, atq; adeò indurucrit. Metaphora est, à bubus sumpta: quorum si insueta aratro admoueantur iugo colla, facile cicurantur.

l ℭ Aduersus stimulum calcitrare.) πρὸς κέντρον λακτίζειν. *Adagium est, Actorum 9. etiam usurpatum: quo significatur, eum acrius incidere malum, qui potentiori reluctatur. Ductum à bubus aratro submissis, qui etiamsi primum immites sint, ut ægre iugum ferant, coguntur tamen. Quamuis enim & subsultent & calcitrent aduersus centrum, id est, stimulum aratoris: quo magis calcitrant, eo magis stimulo punguntur. Estq; ratio, quur debeat patienter morsum inuidorum ferre. Qui resistere uult inuidis, contra stimulum calcitrat, hoc est, magis læditur. Satius ergo est cōtemnere, quàm uel nauci inuidiam, detractionem & odium facere. Nam contempta hæc, minus officiunt.* κέντρον

m ℭ Faxit Deus.) *Cohæret uotum & huius odes conclusio cum præcedentibus. Quasi dicat: Vnicum remedium meum est, quo inuidiæ stimulos labefacto, ut minus sentiam, nempe conuersari bonis. Est igitur sententia:* Donet *mihi hoc* Deus Opt. Max. *ut bonis conuersari queam, meis studijs & hymnis. Quod si fiat, animus meus adeò candidorum cōmercio leuatur ac recreatur, ut ipsi inuidiæ laqueum, quod aiunt, mandem, medium'ue digitum ostendam.*

EIDEM HIERONI CELETE VICTORIAM ADSECUTO, ODE III.

STROPHE I. COLON XIII.

OPtarim ego [a]cōmuni linguæ nostræ precatione, si res ita ferat, Chironem [b]Phyllyriden, [c]Vranidæ lateq; moderantis Saturni prolem, [d]uita defunctū modo reuiuiscere, eumq; in [e]imis Pelij montis habitare locis: agrestem quidem hominem, [f]Centaurū nempe, sed amico erga mortaleis animo: qualis erat, dum [g]filium [h]perfecta sanitate desiderabilem educauit Aesculapium, heroëm illum quorumuis morborum propulsatorem.

ENARRATIO.

Argumentum. Hieronis 16. & 17. Pythiada uincentis in gratiã hanc oden conscripsit. Est autem tota paracletica. Consolatur enim Hieronem calculo laborantem, ut malum istud fortiter perferat. Quia uero decumbenti Hieroni hanc pangit paraclesin, ideo conuenienti exordio, à uoto nimirum medico auspicatur. Optat enim Chironem Aesculapij præceptorem optimum medicum superstitem esse, ut eum secum, ceu optimũ calculi propulsatorem, ad Hieronem usq; perducat, utq; per eum Hieron sanitatem recipere possit. a ℭ Cõmuni linguæ nostræ.) κοινὸν, hoc est, cõmune uotum appellat, id est, publicum, quod Hieronis salus toti reipublicæ conferat. b ℭ Phillyriden.) Chiron Centaurus Phillyræ unius Oceanidũ & Saturni filius esse dicitur: hinc Φιλλυρίδης patronymica forma Chiron appellatur. c ℭ Vranidæ.) οὐρανίδη, Saturnus Vranides. οὐρανοῦ ὑὸς, Cœli filius. d ℭ Vita defunctũ.) οἰχόμενον, & uita defunctũ & absentem significat. Homerus οἰχόμενον frequenter Vlyssem dicit. e ℭ Imis.) βάσσαισι pro βήσσαις dorice:

Βάσσαις. imis locis, uallibus seu antris. παλίου pro πηλίου δωρικῶς, Thessaliæ mõs est. f ℭ φῆρ.) Gigantem Centaurum signat. Chironem ergo & ferocis & proceræ staturæ hominẽ φῆρα nominat. Hinc & φῆρας seu φόρας, Thessaliæ sunt, ut est apud Homerum in catalogo nauium:

οἱ δὲ φῆρας νέμοντο, παρὰ Βοιβηίδα λίμνην.

Corpore planè efferum, sed mente in totum humana iuxtà ac benigna.

g ℭ Filium.) τέκνον non Chironis, sed Coronidis siue Arsinoës.

h ℭ Perfecta sanitate.) ἀνωδυνίας γυιαρκέος, hoc est, sanitatis membra corpusq; forte reddentis. Quo minus doloris & infirmitatis cuipiam inest, hoc est semper ualentior.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Quem præclari regis Phlegyæ filia Arsinoë protulit: quæ priusquam [a]Lucinæ ope à partu liberaretur, [b]ab aureis Dianæ telis in thalamo domita ad Ditis ædes descendit, Apollinis artibus & imperio. Neq; enim uana est Iouis filiorũ [c]ira: [d]siquidem ipso neglecto, ex quo nescio mentis errore, [e]alias nuptias probauit, quũ antea clàm patre, comoso admixta fuisset Apollini.

More

More suo poëta digreditur, idq; ante uoti completionem, ad Aesculapij & ortum & educationem: quomodo uidelicet mater eius Phlegyæ filia, telo sit Apollinis traiecta, priusquã Aesculapium pareret. Hanc alij Arsinoën, ut Asclepiades & Aristides, appellant: alij Coronida, ut Hesiodus in Theogonia & Homerus hymno in Aesculapium, & Ouid. 2. Metamorph. ubi lepide & eleganter hanc fabulam de Aesculapio & Coronide cõmemorat. Hesiodus:

τῷ μὲν ἄρ' ἦλθε κόραξ, φράσε δ' ἄρ' ἔργ' ἀΐδηλα
φοίβῳ ἀκερσεκόμῃ, ὅτ' ἄρ' ἴσχυς γῆμε κορωνίν,
εἰλατίδης φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα.

Homerus in hymnis:

ἰητῆρα νόσων, ἀσκληπιὸν ἄρχομ' ἀείδειν,
υἱὸν ἀπόλλωνος, ὃν ἐγείνατο δῖα κορωνὶς,
δωτίῳ ἐν πεδίῳ, κούρη φλεγύα βασιλῆος.

Aristides in Cõmentario de Cnido sic inquit: Aesculapius Apollinis filius & Arsinoës, quæ dum uirgo esset appellabatur Coronis, Leucippi filia erat, qui patrem Amyclam, auum Lacedæmona habuit. a ❡ *Lucinæ ope.)* εἰλείθυια, ἐλείθυια, ἐλεύθω, *Lucina est, cuius officium Septima Nemeorum ode depingit, dum inquit,*

ἐλείθυια πάρεδρος μοιρᾶν βαθυφρόνων. &c.

b ❡ *Ab aureis Dianæ telis.)* δαμεῖσα χρυσέοις τόξοισιν ὕπ' ἀρτέμιδος, εἰς ἀΐδαο δόμον ἐν θαλάμῳ κατέβα. *Domita aureis arcubus Dianæ, ad Plutonis domum in thalamo descendit. Signum* χ, *quod hic ab interpretibus apponitur, indicat hyperbaton, nec conuenientem admodum uocum collationem & œconomiam. Quidam* ἐν θαλάμῳ *pleonasmon hic esse uolunt: uerum non uideo, quî pleonasmus admitti debeat, si* ἐν θαλάμῳ *referatur ad locum regiæ eius, in qua est percussa à Diana: id quod faciendum per* χ, *subindicatur, ut sic fiat* σύνταξις:

1 *domita*	3 *ad Plutonis regiam descendit*
2 *aureis Dianæ arcubus*	4 *in thalamo.*

c ❡ *Ira.)* χόλος. γνώμη *est, qua Coronidi Apollinis timendam fuisse iram docet: generatim omneis ad timorem & reuerentiam Dei inuitans.*

d ❡ *Siquidem ipso neglecto.)* ἀμφλακοῖσα, *ubi posthabuisset uel neglexisset. Ratio est, quare Coronis Dianæ telo sit percussa.* e ❡ *Alias nuptias.)* *Videlicet,* ἴσχυος ἀρκαδικοῦ.

EPODOS, COLON XV.

Quumq; purum Dei semen gestaret, nõ per-

tulit accedere [a]nuptialem mensam: neq; ualde so nantium Epithalamiorum uociferationem sustinuit, perinde ac sociæ & [c]coætaneæ puellæ uespertinis [d]ludere cantionibus assolent: Atenim absentes deperijt, multorum aliorum exemplo.
» [e]Est autem uanissimum hominum genus, quod
» uicina, & ea quæ coràm cernuntur, cõtemnens,
» quæ procul uentosa & inania sunt, circumlustrat,
» eadem immodica spe affectans.

a ℂ *Nuptialem mensam.) Hoc est, nõ expectauit, donec Apollo eam sibi publicis nuptijs copularet.* *b* ℂ *Epithalamiorũ.)* παμφώνων ὑμεναίων. *Per hymenæos epithalamia intelligit, quo sponsum & sponsam puellæ laudant, & cõcinunt nuptiale carmen. Quemadmodũ Theocritus Epithalamio suo Helenam Menelai sponsam cõmendauit.* *c* ℂ *Coætaneæ.)* ἅλικες *pro* ἥλικες, δωρικῶς. *d* ℂ *Ludere.)* ὑποκουρίζεσθαι, *blandiri, adulari & ludere puerum cum pueris, puellam cum puellis significat: uel alternis canere, ut altera chori pars, alteri epithalamiũ cõcinendo respondeat.*

e ℂ *Est autem uanissimum hominum genus.)* γνωμὴ *est, qua hominũ curiositatem damnat, qui aliena & sibi incomprehensibilia sectantur: præsentibus, quorum tamen præcipua gerenda cura, neglectis. Sic Thales Milesius non obseruauit quæ ante pedes essent, dum in scrobem incideret, astra superna comtemplans.* φῦλον ὅστις. *à genere neutro ad masculinum descendit,* ἄνθρωπον *respiciens.*

STROPHE II. COLON XIII.

Ingens itaq; [a]incõmodum formosa [b]ipsa Coronis accepit, cũ hospite enim Ischyi arcadico cõcubuit. Nec ea quidem res latuit [c]speculatorem. Nam Pythone [d]sacrificiorum copiam suscipiens, sensit admissum hoc [e]Loxias rex, fidẽ adhibens æquissimo [f]familiari suo cũcta dijudicanti menti,
» quæ mendacijs nõ attemperat, nõ fallit, quamq;
» nec Deus nec homo, opere aut consilio [g]circum-
» uenit.

Incommodum.)

a ℭ Incommodum.) αὐάταν pro ἄτην, Aeolice. b ℭ Ipsa formosa Coronis.) καλλίπεπλον λῆμμα κορωνίδος, pulchrã uestem gerens Coronidis consilium. Periphrasis est, pro prudente & formosa Coronide.

c ℭ Speculatorem.) σκόπον. Apollinẽ hic simpliciter speculatorem dicit, quem in Olympijs Deli speculatorem uocauit. d ℭ Sacrificia recipienti.) μηλοδόκῳ, sacrificia recipienti: à μῆλον pecus, & δέχομαι capio, quod pecudes illic in uictimam cædantur. e ℭ λοξίας.) Apollo Loxias, id est, obliquus à poëtis dicitur: quod oblique petentibus oraculum respondeat, ac ænigmatice, ut utroq; uersum oraculum tandem uerti queat, ad eufortunium & infortunium. Aristophanes in Pluto: τῷ δὲ λοξίᾳ

ὃς θεσπιῳδεῖ τρίποδος ἐκ χρυσηλάτου
μέμψιν δικαίαν μέμφομαι ταύτην.

f ℭ Familiari suo.) κοινῶνι πὰρ εὐθυτάτῳ. Apollinis familiaris, & consiliorum eius particeps, mens est: quod nõ ut homines, per alios alia cognoscat, cæterũ ipse sua undiq; præsentia omnia uideat, omnia resciscat, iuxta illud Homericum:

ἠέλιός θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντ' ἐπακούεις.

Pulchre Pindarus ita fabulam de coruo, per quem resciuerit delictum Apollo, reiecit: rectius eius rei cognitionem Apollinis menti & prudentiæ attribuens.

g ℭ Circumuenit.) κλέπτει, furatur, defraudat, παραλογίζεται.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Agnoscens igitur Apollo peregrinũ Ischyis Elati filij thorum, nefariamq; fraudem, amandauit [a]sororem [b]Lacercam. Nam iuxta ripas [c]Bœbiadis uirgo Coronis cõmorabatur. Malus porrò genius ad malum educans, domuit ipsam: cuius internitionis pleriq; uicinorum [d]cõsortes fuere, "uti ex paruo semine exiliens ignis, [e]totam in " monte syluam [f]uastare consueuit.

Perseuerat in Narratione continuò, quomodo Coronis interierit edisserens.

a ℭ Sororem.) Apollinis soror Diana est. b ℭ Lacercam.) λακέρεια ciuitas Magnesiæ, autore Hellanico, apud Stephanum. c ℭ Bœbiadis.) Bœbias lacus est Lacereæ adiacens. τρέψαις pro τρέψας, Doricum participium. d ℭ Consortes fuere internitionis.) ἐπαῦρον pro

ἐπηνῦρον. Et bonæ & malæ significationis uerbum est ἐπαυρεῖν. germanicè gniessen, und endtgelten. Hesiodus, quemadmodum & hic Pindarus, in malam partem accipit, dum inquit:

πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ,
ὅστις ἀλιτραίνῃ, καὶ ἀτάσθαλα μηχανάαται.

Fuerunt ergo cōsortes culpæ Coronidis pleriq; mortaliū: pestē enim cū ipsam, tum alios plerosq; uicinorum Apollo & Diana confecerunt. ἁμᾶ, δωρικὸν ὄν, pro ὁμοῦ. alioqui ἅμα in priori acutum admittit. e ℂ Multam in monte syluam.) Comparatione pestis sæuitiam, ob Coronidis delictū immissæ explicat, posthabita applicatione. Estq; huius loci summa: Quemadmodum è paruula scintilla ingens ignis suboritur, qui multam ac totam quampiā syluam exurat: sic pestis è paruis nata principijs, confertam secum populorum stragem trahit: atq; adeò Coronis peste infecta, plerosq; uicinos suos intoxicauit.

f ℂ Vastauit.) ἀΐστωσε, ignobilem reddidit. ab ἀϊστόω uerbo, quod à nomine ἄϊστος descendit: quod ab α priuandi uocula, & ἴσημι scio, defluit. Homerus Odyß. α.

νῦν δ' ἑτέρως ἐβόλοντο θεοὶ κακὰ μητιόωντες,
οἳ κεῖνον μὲν ἄϊστον ἐποίησαν περὶ πάντων.

EPODOS, COLON XV.

At ubi [a] super murum posuere ligneū puellam cognati, radiusq; Vulcani tener circūcurrit, tum dixit Apollo: Non porrò in animo perferam, ut genus meū miserrimo interitu perdam, cum graui matris luctu. Sic fatus in primo gradu filium ex morte corripuit, cui pyra accensa in geminas findebat se partes. Quem & Magneti Centauro tradidit, ut doceret eum qua ratione noxios multum in hominibus depellere pharmacis suis morbos posset.

Vt Aesculapiū filium suum ex flammis, & ex aluo materna eripuerit, utq; instituendum Magnesio, hoc est, Thessalo Centauro Chironi, in arte medica tradiderit, hac epodo enumerat. a ℂ Super ligneum murum.) Struis lignorum uel rogi est metaphora: rogum enim quo cremanda mortua Coronis erat, intelligit. Qua de re Ouidius 2. Metamorph. ita canit:

Quæ

Quæ postquam frustra tentata, rogumq; parari
Vidit, & arsuros supremis ignibus artus,
Tum uero gemitus (neq; enim cœlestia tingi
Ora licet lachrymis) alto de corde petitos
Aedidit: haud aliter quàm cum spectante iuuenca
Lactentis uituli dextra libratus ab aure
Tempora discußit claro caua malleus ictu.
Vt tamen ingratos in pectora fudit odores,
Et dedit amplexus, iniustaq; busta peregit,
Non tulit in cineres labi sua Phœbus eosdem
Semina, sed natum flammis, uteroq; parentis
Eripuit, geminiq; tulit Chironis in antrum.

STROPHE III. COLON XIII.

Huiusmodi quidem igitur quotquot uenerũt, suapte sponte subnatis hulceribus infecti, aut fulgido ære membra uulnerati, aut lapide eminus iacto, aut æstiuo igni perditi corpus, aut frigore, alium ex aliјs mœroribus liberando eduxit: hos quidem [a] mollibus incantationibus medicinã adhibendo, illos autem decenti potione, aut membris undiq; adiungendo pharmaca, alios tandẽ sectionibus rectos constituit.

Quos propulsare morbos, qualem medicinam etiam Aesculapium Chiro docuerit, subtexit. Primo, ut hulcera sua sponte nata: secundo, ut uulnera uiolenter inflicta: ubi πολιῷ χαλκῷ, *pro* σιδήρῳ, *non solum pro ære* καταχρηστικῶς *accipit: postremo, ut febricitanteis curaret. Prioribus duobus malis Chirurgice ferè, posteriori medicorũ* θεώρησις καὶ πρᾶξις *continetur: quum hodie Clinice, atq; adeò nostrorum medicorum practice, à Chirurgica sit separata. Ex hoc Pindari loco, apud priscos Chirurgicen reliquæ medicinæ coniunctam fuisse appa et.* Fulgido ære. a ¶ *Mollibus incantationib.)* μαλακαῖς. *Qua ratione ægrotos curarit, explicat. Primo, alios, inquit, carmine sanitati restituit: carmine, inquam, hoc est, magia & incantamentis. Verum quum hæc magia nimirum superstitionem & impietatem spiret, à Christianis haud iniuria alienißima debet eße. Quomodo enim Christiani eße poßunt, qui suis carminibus*

uel equos uel iumenta, uel infantes suos custodiri rentur, suis cõiurationibus & opinionibus primum & summum Decalogi præceptum defœdantes? At ueteribus hoc medendi genus in usu fuisse, uel Homerus testatur, dum Autolyci filij. Vlyßis ab apro inter uenandum supra genu sauciati in monte Parnasso; sanguinem incantationibus à profluxu remorati sunt, & sisti fecerunt. Odyß. τ.

τὸν μὲν ἄρ' αὐτολύκου παῖδες φίλοι ἀμφ' ἐπεγίνοντο,
ὠτειλὴν δ' ὀδυσῆος ἀμύμονος ἀντιθέοιο
δῆσαν ἐπισταμένως ἐπ' ἀοιδῇ δ' αἷμα κελαινὸν ἔσχετον.

Secundo pharmaca adhibuit. Ad ultimum sectionem medendo admouit.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

[a]Sapientia uel lucro uincitur. Quod & hunc peruertit ingenti precio, aurum nimirum in manibus apparens, dum ab inferis ad uitam reuocaret [b]Hippolytũ, qui iam antea morte captiuus tenebatur. Deiecto itaq; [c]per amborum pectora fulmine, uitam eis manibus suis Iupiter ademit.
» Proinde urens fulmen infixit mortem. [d]Decet er
» go honesta à superis mortaliũ mentes inquirere:
» quippe quæ agnoscant quali perpetuò uel [e]iuxta
» pedes illis constitutæ sint obnoxiæ sorti.

EPODOS, COLON XV.

[f]Ne mihi dulcis animula uitam ad immorta-
» lem festines: [g]te uero, quæ uires tuas non supe-
» rat, arti adiungas.

a ℂ *Sapientia uel lucro.) Lucrum, quo uel ipsa sapientia ligatur, Aesculapio nocuisse innuit. Medicorum est uiuentes languidos in uita conseruare, nõ etiam perfunctos fato, uitæ restituere. Quare dum mortuum Hippolytum ad superos reuocauit & resuscitauit, quod humanæ naturæ modum excedit, impie egit. Hinc & in sese & à se suscitatum, irati Iouis fulmen torsit.* b ℂ *Hippolytum.) Hippolytum textus non exprimit. Fertur tamen, ut Scholia habent, defunctum uita Hippolytum Aesculapius auro inescatus uitæ reddidisse. Alij Tyndarum, alij Capanem, alij Glaucum, Orphici Hymenæum, Stesichorus*

rus Capanem & Lycurgum, alij Prœti filias. Sunt qui Orionem uitæ restitutum putent. Plutarchus quidem Phinei filias. Pherecydes deniq; sentit, quod Delphis morientes reuiuiscere fecerit. Atqui si tantus fuit medicus Aesculapius, quur sese à fulgetro non seruauit? quur sese iamolim ipse non resuscitauit?

c ℭ *Per amborum.)* δι' ἀμφοῖν, *per amborum, Aesculapij uidelicet & ab eo curati.* ῥίψαις *Dorice pro* ῥίψας: *sicut* λύσαις *suprà, & alia multa.* *d* ℭ *Decet ergo.)* χρὴ τὰ. *Damnat insigni gnome hominum peruersa studia, qui suis humeris uel imparem, uel indecentem prouinciã subeunt.*

e ℭ *Iuxta pedes.)* τὸ πὰρ ποδὸς, *ad pedem. Prouerbium est, quo monemur inquirere, quæ nostro pedi sunt accõmoda, quæ sunt præsentia, quæ nostram, nempe humanam decent naturam: sumpta à calciamentis metaphora.*

f ℭ *Ne mihi dulcis animula.)* μὴ φίλα ψυχά. *Hortatur suam ipse mentẽ, ut ne suis uiribus imparia, intolerabiliaq; attentet: per immortalẽ uitã, humanis humeris nõ ferenda indicãs. Nam si per immortalẽ uitã, futurũ hic seculum intelligamus, nemo non uidet Epicurum nobis hic fieri Pindarũ &* ἄθεον.

g ℭ *Te arti adiungas.)* ἄντλει, *hauri.* μεταφορικῶς *aggredere.*

[a]Vtinam sapiens ille Chiron antrũ Pelij montis inhabitaret adhuc: [b]quantum illi dulces hymni nostri uoluptatis præberent? Atqui medicum ipsum bonis uiris in acutis & acribus & calentibus ægritudinibus adhibere uellem: [c]aut quempiam Apollinis uel Iouis natum. Quin & naui [d]Ionium præterlegens mare, [e]apud Arethusam fontem, ad Aetnæum hospitem Hieronem appulissem,

STROPHE IIII. COLON XIII.

Syracusarum eximiũ regem, [f]ciuibus clementem, bonis fautorem, hospitibusq; admirandum parentem. Ad quem, [g]si geminam ego gratiam, auream nimirũ sanitatẽ adferens, hymnumq; Pythiorũ certaminũ, quæ suũ per coronas splendorem habent, quas præstantissimus olim [h]Pherenicus [i]Cirrhæ tulit, uenissem, alto [k]traiecto pon

to, [l]cœlesti stella fulgentius certe lumen fuissem?

a ℭ Vtinam sapiens ille Chiron.) εἰ δὲ σώφρων. Post longã tandẽ insertæ de Chirone & Aesculapio fabulæ digreßionem, redit ad institutum exordio cœptum. Et quia exordij uotum incompletum permansit, ideo tanquam hyperbaton plus æquo prolixius fuisset, repetit ex integro uotum & exoptationẽ illam. Appellat autem non simpliciter sapientem Chironem, sed σώφρονα, hoc est, sobrium, temperantem, ac ueluti mentem & affectus seruantem.

σώφρων.

b ℭ Quantum uoluptatis.) καί τι οἱ φίλτρον. Amatoria potio est philtrum apud Theocritum in Pharmaceutria, qua in amorem quisquam per ueneficas pertrahitur:

πᾶ μοι ταὶ δάφναι φέρε θέστυλι, πᾶ δὲ τὰ φίλτρα. Hinc Ouid. Philtra nocent animis, faciuntq; furoribus aptos.

Hic uero poëta μεταφορικῶς pro re grata, & iucunditatem adferente, siue pro uoluntate accepit. φίλτρον, ἀντὶ τῆς ἡδονῆς. c ℭ Aut quempiã Apollinis uel Iouis natum.) Apollinis natus, est Aesculapius, ut hactenus enarratum. Iouis filius est Apollo. Per patrem enim, quum ait, ἤ τινα λατοΐδα κεκλημένον, ἢ πατέρος, κατ᾽ ἀντονομασίαν Iouem intelligit. Iouis autem filius Apollo est medicus. Porrò treis uetustißimos medicinæ & repertores & autores, hic subintroducit, Chironem, Aesculapium, Apollinem. Nam ut Soranus Ephesinus ait, Medicinã Apollo reperit, Aesculapius amplificauit, Hippocrates perfecit. Quorum unum sibi adesse, κατ᾽ εὐχὴν precatur, ut Hieroni uel febricitanti, uel podagra, uel calculo laboranti subueniat. d ℭ Ionium mare.) ἰονίαν τέμνων θάλασσαν. Ioniũ mare uocat quod est apud Siciliam, à uicinis Ionibus insulam Siciliam indicans: ab Ione uel Ionio uiro Illyrio, ut Theopompus, uel ab illic pereuntibus Ionijs dictum mare, ut Archidamus in Scholijs. e ℭ Apud Arethusam fontẽ.) Arethusa fons est in Ortygia Siciliæ ciuitate. f ℭ Ciuibus clementem.) πραῢς ἀστοῖς. Per amplificationem obiter laudat Hieronem à clementia & mansuetudine erga ciues, à candore, à liberalitate. g ℭ Si uenissem.) εἰ κατέβαν, pro ἦλθον, itidem ut Homerus:

πρίν τινα κεκλημένον καταβήμεναι ἐκ δίφροιο. pro ἐλθεῖν.

h ℭ Pherenicus.) Prima Olympiorum equi Hieronis Pherenici facta est mentio: nomen equo à uictoria inditum est. i ℭ Cirrhæ.) Cirrha oppidum Locrorum est, non longe à Delphis & Pythone: unde periphrastice Pythonem, seu Pythios ludos per Cirrham intelligit poëta. k ℭ Traiecto.) περάσαις, pro περάσας, Pindarico & Dorico more. l ℭ Cœlesti stella.)

Plin. lib. 4. cap. 3.

la.) *Auxesis est hyperbolica: nullum enim neq; in terra, neq; firmamento lumen est Sole maius seu fulgidius. Per antonomasiā, per cœlestem stellam Solem intelligit, ut 1. Olympiorū eundem fulgidū astrū, sed per catachresin dixit. Hic recte* ἀστέρα *nominauit. Est enim* ὡς ἀληθῶς μέγιστον τῶν οὐρανῶν φῶς τε καὶ ἀστὴρ ἥλιος, οὕτως καὶ χρυσὸς ἀστὴρ κόσμου τηλαυγέστατος ὤν.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

At rogare pro te constitui mecum Rheam matrem, quam iuxta ædes meas unà cum Pane nocstu [a]puellæ iugiter celebrant, castā deā. [b]Quod si rectum sermonum cacumen intelligere nosti,
» uetera quidem discere potes: nimirum quod dij
» immortales ad unum bonum, duo mala imper-
» tiunt mortalibus. [c]Quæ quidē insipientibus in-
» tolerabilia sunt, neq; quicquā ornate ferre pos-
» sunt. At boni, quæ pulcha sunt foras uertunt.

Rheam deorum matrem pro Hieronis incolumitate se imploraturum spondet. Nō piget hic adscribere, quæ Aristodemus in Scholijs adfert. Ait enim ille, Olympichum tibicinem à Pindaro institutum in montem secessisse, ut illic sese canendo exerceret: atq; ibi multum strepitus & ignis densum apparuisse globum: quem & Pindarus animaduertens, lapideū Rheæ simulacrū pedibus incedere sensit. Hinc & Panis & matris deūm Rheæ simulacra ante domū suam statuit. Præterea ciues quosdam Delphos misit, qui sciscitarentur, quidnam sibi uisa uelint. Quibus oraculum respondit: μητρὸς θεῶν ἱερὸν ἱδρύσασθαι. *Hoc est, templum matris deorum extrue. Hinc ciues oraculo consternati, unà cum Pindaro Rheam colebant.* a ¶ *Quam puellæ.)* ταὶ κοῦραι. *Puellas nedum suas, sed alias item puellas, ac Thebanas uirgines & matronas intelligit, Rheam uenerantes, domui suæ contiguam & appositam. Nam & templum Rheæ prope ædes Pindari erat. Ideo autem Rheæ & Panis sese imploraturum opem spondet, quod eos sibi propitios sciret, utpote quorum simulacra ex oraculo & prodigio primum ipse extruxerit. Quin & Pana in montibus ad modum Pindaricorum hymnorum saltitasse autor est Philostratus. Tum & ob eam causam Pana Rheæ iungit, quod Pan ei adsideat, ut ipse uates noster ἐν τοῖς κεχωρισμένοις τῶν παρθενίων adserit: tum quod uterq; montanus. Pan enim Mænala, Rhea Idam incolit.* b ¶ *Quod si rectum sermonū.)*

Status huius hymni eſt. Conſolatur Hieronem, ut æquiore animo ægritudinem ſuam ferat, reputans humanæ ſecum naturæ imbecillitatē, infelicitatem & incōmoditatem, quam princeps poëtarū Homerus graphice Iliados ω depinxit: nimirum eam ſemper talem eſſe apud mortales, ut unum bonum perpetuò duo mala, uel ſimplex bonum duplex malum adnexum habeat. Verſus quorum hic Pindarus ſententiam refert, ſunt apud Homerum huiuſmodi:

δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει
δώρων, οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων,
ᾧ μὲν καμμίξας δώῃ Ζεὺς τερπικέραυνος,
ἄλλοτε μέν τε κακῷ ἐπιμίσγεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ.
ᾧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ, λωβητὸν ἔθηκε.
καί ἑ κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνει.
φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖς τετιμένος, οὔτε βροτοῖσι.

c ¶ *Quæ quidem inſipientibus.) Mali & inſipientes non fortiter poſſunt animo mala perferre. Boni uero & mala occultant, & bona uertunt foras: hoc eſt, bonis fruuntur læti, mala fortiter ſuſtinent & occultant. Metaphora ſumpta eſt ab iis, qui maculis deturpatum pallium geſtantes uel ueſtem, maculas quantum fieri poteſt, introrſum uertunt & celant, mundiciem forinſecus oſtendentes. Sic boni maculas malorum conſtantia ſua & inconcuſſo animo & abdunt & ſufferunt, aduerſus ea perdurant: ſecundis uero rebus modeſte lætantur. Quo ſimul monet, ut bonorum huiuſmodi mentem Hieron ſequatur.*

EPODOS, COLON XV.

[a]Te uero fatum felicitatis ſequitur. Siquidem populi ductorem regem, ſi quenquam alium, ma„ gna fortuna reſpicit. [b]Vitam ab omni incōmodo „ immunem neq; apud [c]Aeacidem Peleum, neq; „ apud æqualem deo Cadmum repereris: qui tamen & ipſi [d]mortalium feliciſsimi fuiſſe dicuntur: quiq; in monte Pelio, Thebisq; portarum ſeptenario conſpicuis, Muſas concinentes audiuerūt, quando Cadmus [e]Harmoniam [f]oculorum pulchritudine inſignem, Peleus uero Thetin, inclytam prudentis Nerei filiam, duxere.

a ¶ *Te uero fatum felicitatis.) A regio faſtigio ad patientiam hortatur.*

Etiamſi

Etiamsi calculo labores uel podagra, cogita interim te regem, te multorum populorum ductorem esse, id quod diuinitus accepisti, atque infortunium corporis tui & ualetudinis, flatus tui culmine cela. b ❡ *Vitam ab omni infortunio immunem.*) *Elegantissima gnome est, qua ut mitius ferat suam ægritudinem hortatur, ab exemplis consolans. Multi alij clarissimi reges non potuere ab omni infortunio liberi esse: quare & illorum exemplo disce sortem tuam æquius sustinere.* c ❡ *Aeacidem Peleum.*) *Aeacus ad Iouem stirpem suam refert: ergo & Peleus Aeaci filius beatus est uel eo nomine. Porrò clarissimorum regum Pelei & Cadmi exemplis probat, nemini absolutam ac nulli malo obnoxiam in hoc mundo felicitatem accidere. Felicissimus Cadmus fuit uel propter hanc causam, quod ipse cum uxore sua Harmonia tandem in deorum numerũ asciti, draconum curru ad campum Elysium migrarunt. Hinc reliqui commenti sunt fabulam de permutatione Cadmi & Harmoniæ in dracones, quæ apud Ouidium 4. Metamorph. extat.* d ❡ *Mortalium felicissimi.*) *Nam Cadmi auus Iupiter, Mars socer, Venus socrus, Thyone & Leucothea filiæ fuerunt, Bacchus & Palæmon generi. Hinc Cadmum* ἀντίθεον, *diuinũ ac deo similem appellat.* e ❡ *Harmoniam.*) *Harmonia Martis & Veneris filia est.* f ❡ *Oculorum pulchritudine.*) βοῶπιν, *quasi oculos bouis habentem: id est, magnos: ac deinde pulchros per* μετάληψιν, *ac per* συνεκδοχὴν *tota formosa significatur, perinde ac posthac Thyonen* λευκώλενον *uocat, quibus epithetis Homerus Iunonem etiam ornat.*

STROPHE V. COLON XIII.

Porrò dij superi, utriusque [d]conuiuæ esse uoluerunt. [b]Saturniique filios reges aureis insidẽtes thronis illi uiderunt, ac [c]munera acceperunt. [d]Iouis autem gratia è prioribus translati laboribus, rectũ statuerunt cor: [e]ac rursum alio tempore [f]tres Cadmi natæ, grauibus adflictionibus lætitiæ partẽ abstulerunt patri. Iupiter nanque [g]in desiderabilẽ formosæ Thyones lectum sese contulit.

Et summam felicitatem, quibus nuptiæ Cadmi & Pelei decoratæ sunt, & summam infelicitatem, quam postea in liberis perceperunt, subiungit: pulchra antithesi gnomen de humanæ fortunæ instabilitate paulò ante cõmemorata tractans. a ❡ *Conuiuæ esse uoluerunt.*) δαίσαντο, *conuiuati sunt.*

b ℂ *Saturni filios.)* *Deorum est periphrasis,* χρονοῦ παῖδας. *Ipsi Peleus & Cadmus deos in suis nuptijs, aureis insidere thronis conspexerunt.*

c ℂ *Munera acceperunt.)* ἕδνα *dotem significat, quæ sponso à sponsæ parentibus uel amicis datur: sicut* φέρναι *dos est, quæ sponsæ à sponso donatur. Improprie pro donis uel muneribus hic accepit. Nam Peleo ducenti Thetin, Neptunus equos dono dedit, Vulcanus gladium. Cadmo uero accipienti in uxorem Harmoniam, Venus aureum monile dedit muneri: quod accipiens Polynices, per successionem generis tradidit Eriphyle, ut Amphiarao ad bellum Thebanum proficisci persuaderet.* d ℂ *Iouis gratia.)* διὸς δὲ χάριν. *Iouis uoluntate è malis prioribus translati, fortes fuere & constantes & beati.*

e ℂ *Ac rursus alio tempore.)* ἐν δ' αὖτε χρόνῳ. *Alio mox tempore infelices uisi sunt. Quantum uterque mali sint perpessi, primo Cadmus, mox Peleus, subijcit.* f ℂ *Tres filiæ Cadmi.)* τρεῖς μὲν ὀξείαισι. *Quod tres filiæ Cadmi uarijs sint actæ malis, earumque nomine pater, satis ex poëtis constat. Semele enim, quæ & Thyone, fulmine icta perijt: Agaue & Ino in rabiem uersæ, filios suos lacerarunt: hæc Melicertem, illa Penthea: id quod Ouid. etiam tradit.* g ℂ *In lectum Thyones.)* *Thyonen à Ioue solummodo uiolatã introducit, omißis Agaue & Inone. Ratio est, quod hæc fuerit origo mali, & ex hac in reliquas sit transfusa culpa, ac in ipsos adeò parentes. Nam in dracones Cadmus & Harmonia permutati tandẽ leguntur. Thyonen appellat, quæ aliàs Semele (quam & Euripides in Antigone Dionen uocat) à* θύειν, *id est, sacrificare: uel quod sit* θυηλῆς, *id est sacrifica, hoc est bacchica, & ueluti furens, ignea, quod calens & ignea sit uini natura. Est enim mater Bacchi. Hinc Semele etiam dicta est, quasi* σείων τὰ μέλη, *hoc est, membra corporis sui cõcutiens: quod fit, dum in torculari botri calcantur. Tum enim uinũ ex uuis exprimentes membra sua cõmouent, ac uinum ex eo compressu, ueluti infans ex aluo matris nascitur.*

ANTISTROPHE, COLON XIII.

[a]Huius filius autem, quem unicum immortalis Thetis Phthiæ peperit, in bello (Iliaco) animam exhalãs cõcitauit accensa sui pyra Danais luctũ. [b]Sin quis uero mortalium in mente sua ueritatis uiam continet, decet illum à beatis accepto beneficio frui. Alij namque aliàs alte uolantiũ uentorum flatus. Felicitas uero nõ diu apud hominem perseuerat:

seuerat. [c]Quæ si copiosa & pondere suo grauis me sequuta fuerit,

EPODOS, COLON XV.

Modicus apud modicos, magnus apud magnos ero. Fortunam porrò me complectentem semper animo meditabor, meoq; in studio curabo. [d]Quod si mihi teneras diuitias porrexerit Deus, in spem uenio, posthac ingens me inuenturũ decus. [e]Nestorem, Lyciumq; Sarpedonem, hominum memoria, per sonoras odas, quas sapientes fabri poëtæ cõpegerunt retinet, [f]Virtus demum, quæ ex solis carminibus agnoscit, in secula durat, [g]quô non cuiuis aditus facile patet.

a ℂ *Huius filius.)* *Quum more suo paucis fatum Cadmi ostenderit, Pelei etiam infortunium subnectit: nempe ut ob filium eius Achillem in bello Iliaco cæsum, & Danai luxerint & parens.* *b* ℂ *Sin quis.)* εἰ δὲ νόῳ τις. *Gnome est, qua monet, ut præsentibus Dei donis grati utamur: quaq; à fastu dehortatur, postquam nulla sit homini in hac terra perpetua beatitudo. quod & Euripides sensit, dum ait:*

ὁ μέγας μὲν ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς. *hoc est,*

Non durat ingens perpetim felicitas.

c ℂ *Quæ si copiosa.)* *Quales esse deceat & Hieronem & alios quoscunq; diuites, sua persona tacite adumbrat. Ego, inquit, etiamsi dederint superi ut olim opulentus & beatus sim, attamen inter tenuis fortunæ homines tenuis etiam ero, meq; illis attemperabo. Inter magnos uero & potentes atq; adeò me clariores & opulentiores, magnus etiam ero, meq; illis æquiparabo. Ne tamen fortunæ meæ obliuiscar, minores me non contemnam: æquales mihi diligam: maioribus ita conuersabor, ne me illis anteferam. Præclaram sanè uirtutem, candido & syncero animo minime indignam, Reipublicæ salutarem, Christiano etiam homini accõmodam: qua ne ob dona diuinitus accepta efferamur, uel quemuis inferiorem nobis status humani ratione contemnamus, docemur: ne maioribus nobis suum honorẽ derogemus: ne uc ipsi rursum optimates se deos esse putent, inferioribus se ruderum instar æstimatis. Et quia ad Hieronem hanc odam scribit, ideo palàm non audens, sua interim persona, maiorem ipsum hu-*

manitatem induere & mansuetudinẽ cupit. Nam hoc solet esse peculiare principibus, regibus, aulicis, potentibus, uitium, ut sese admirentur, inanes glorias efflent, sese Ioues, & si qui sint dij Ioue maiores, arbitrantes: neminem ad se admittentes, nisi purpurã & ostrum: indutos: inopes & pauperes ciues suos (quorum tamen sudore, ut ille ait, Curios simulant & Bacchanalia uiuunt) fugientes haud secus atq; abominationem, draconem, & pestem. Qui Ioues, ne Veioues dicam, si se quoq; homines esse cogitarent, discerent, quid hoc sibi Pindaricum uellet, cum paruis paruus erò, cum magnis magnus. Quid enim magis decet principes, uel quoscunq; statu suo praeeminenteis, atq; candor & humanitas, clementia, benignitas? Quarum uirtutũ quum nulla tantumnon hodie in optimatibus reluceat, fit ut Echeti, cuius crudelitatem Homerus posteritati mandauit, habeantur. Tum etiam fit, ut nihil rerum cõmuniũ feliciter administretur: quando Ioues isti non dignantur consuetudinem habere cum genere sese minoribus, nec suas rebus manus & animum accõmodare. Hinc quanta malorũ deinde Lerna scaturiat, nõ est huius loci dicere. Quanto rectius Laërtes & Vlysses, stirpis suae fastigio seposito, hic cum bubulco Philaetio, & subulco Eumaeo, ille cum Dolio atq; Sicula anu cõmercium habet, ac sermones miscet: unde contingit, ut pastorum & uinitorum opera seruetur Vlysses: qui si aperta manu Ithacensibus heroibus se ingessisset, non suis fuisset restitutus sceptris, non suis redditus penatibus, non pudicam suam recepisset Penelopen. Quod si cui haec tanquã ficta minus arrideant, uertat animum ad ea quae de Traiano Plinius iunior in Panegyrico cõmemorat. Inter innumera enim humanitatis τεκμήρια, etiam hoc de eo memoriae prodidit: Quod quũ caeteri sublimia semper spectarint, ac ueluti dij essent, terram non sint ausi pedibus contingere (Lectica enim ac sexta ceruice, ut Satyricus ait, ferebantur) ipse primus ciuium suorum se similem esse ostenderit, inter suos & ipse incedens, terrã pedibus contingendo. Atq; hic demiror diui Maximiliani Ro. imperatoris prudentiam, qui quoties in aedibus colonorum delituit, ut illorum experiretur fortunam, uitam, statum? Qui ut Ro. Imperij, sic literatorum pater et benefactor, ex literis proculdubio tantã est clementiam & mansuetudinem cõsequutus (Nam literae & humanitatẽ & alias uirtutes alumnorum suorum mentibus instillant) & infimis & summis sese attemperare potuit. Quod si prophana parũ istis curae sint, quid aliud, quaeso, sacra, praeter ταπεινοφροσύνην, spiritum demissum, & Christo conformẽ docent, hortantur, monent? Nõne CHRISTVS seruator noster, quũ in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, serui accepta forma? Nõne pastoribus imae conditionis hominibus denunciatus est? Nõne is ὡς ἀληθῶς πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς βασιλεύς, uniuersa in terris consuetudine

dine sua aliud nihil docuit, nihil præstitit, atq; candidi ac minime superbi spiritus exemplum? Proinde discant optimates & prophanorũ regum, & omniũ solius supremi regis Christi paradigmatis, alios præ sese non contemnere, clementiam, liberalitatem, & alias id genus regias uirtutes adsumant, adsuescant & ipsi suis ciuibus & subditis attemperare sese. Nec est quod suum ideo stemma obscuratum iri putent: imò tanto potius futurum est illustrius, quanto præclarius est, pium, mitem, suauem, comem, clementem deprædicari regem, principem, & optimatem, quàm ἄθεον, quàm crudelem Echetum, impium ue Neronem, sæuum Phalarin, atrocem Dionysium. At principis familiaritas autoritatem eius leuabit, contemptum gignet, maiestatem eius imminuet. Non repugno equidem, modũ excedere, ut in omnibus rebus, sic hic perniciosum quoq; fore. Atqui nemo quasquam, ut hic nimij sint, efflagitat. Attamen satius est in hanc, quàm in alteram delinquere partem, ut amiciores, quàm crudeliores diuulgentur. Quantumuis enim ad ima sese demittant, propterea sui non possunt obliuisci fastigij. Perinde ac Pindarus, qui cum dicat se cum magnis, tum præcellentioribus conuersaturum: addit statim, sed meam interim fortunam non posthabebo: cauebo etiam ne me uel illis parem omnino reputem, sed Polypi mentẽ habens, quantum res tulerit, me illis addam socium. Hunc ad modum optimates in minorum se cœtu, sui non esse cacuminis immemores licet. Sed enim cesso surdis fabulam canere. Huc enim optima, optimi autoris gnome rapuit, & uel inuitum pertraxit, eam potißimum ob causam, ut & hunc & similes huius locos altius studiosis perpendendos, nec leuiter transeundos indicarem.

d ¶ Quod si mihi Plutum subministrauerit.) Sua rursum persona κατ' ἠθοποιίαν Hieronem monet, ut in suorum præconiorum concentores poëtas liberalior sit. e ¶ Nestorem.) Principes, eorumq; res gestas, poëtarum opera æternitatem consequi tradit. f ¶ Virtus.) γινοσκωμένα δ' ἀρετά. Virtus poëtis prædicata sempiterna est, ut in 1. Pythiorum demonstratum. g ¶ Quô non cuiuis.) παύροις. Non omnibus peræque facile est, res insigniũ heroum gestas, immortales facere. Qua breui sententia Hieronẽ monet, ut se liberaliorem ei exhibeat, ut magnificentius etiam ab ipso Pindaro prædicetur.

ARCESILAO CYRENAEO CVRRV, ODE IIII.

STROPHE I. COLON XIIII.

H[a]Odie quidem oportet prope charũ uirum,[b]diuitis Cyrenæ regem, te ſtare ô Muſa,ut cum ducente chorũ Arceſilao,& [c]Latonæ ſoboli,& Pythoni augeas ſequundum ac debitũ hymnorũ uentum. [d]Vbi quondam aurearum Iouis aquilarum aſſeſtrix [e]Pythià ſacerdos, [f]haud abſente Apolline [g]Battũ, ut frugiferæ colonus Libyæ fieret, oraculo deſignauit:utq́ꝫ [h]ſacra relicta inſula, & curribus & equis potentiſsimam urbem [i]in albicante mamma condat,

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

[k]Theræumq́ꝫ Medeæ carmen aſportet, cum decimaſeptima generatione, quod olim [l]iracunda nimis Aeëtæ filia [m]ex immortali ore prædixerat,regina Colchorum. Porrò ſic retulit ſemideis Iaſonis robuſti nautis: [n]Audite filij magnanimorum hominumq́ꝫ deorũq́ꝫ: Aio enim,ex hac [o]mari cincta terra, [p]Epaphi filiam, [q]urbiũ radicem, necnon [r]curatricem mortaliũ, tranſplantandam eſſe [s]in Iouis Ammonis ſolo.

ENARRATIO.

Primum Arceſilaum Cyrenæum à Cyrene dici animaduertendum, quæ Libyæ urbs eſt, à Cyrene Hypſei filia,uel ab indigete fonte Cyre, Stephano autore. De origine Cyrenes eſt etiam in 9. Pythiorum.

Argumentum. *Supplicat Arceſilao Cyrenæorũ regi,ut transfugæ Demophilo, qui ex urbe ob ſeditionem quandam exciderat,ignoſcat, eumq́; ad priorem ſuam conſuetudinem & functionem uel ſedulitatem admittat. Ac priuſquam ad eum ſtatum perueniat,*

perueniat, primum Arcesilaum ab urbe Cyrene, à maioribus, à Thera insula, ad quam Argonautæ appulerant, unde Arcesilai progenitorum origo: deinde à Pythia uictoria effert. Quibus omnibus ceu insinuatione poëtice magis quàm rhetorice, ipsum sibi conciliat, quo facilius Demophilo placatiorem reddat. Et quia hic hymnus omnium epiniciorum est prolixissimus, quum certa quadam breuitate Lyrica gaudeant, modum excedit: eo rursus nomine omnium præclarissima ode censenda est, quod quæ uel Orpheus uel Apollonius Rhodius in suis Argonauticis cõplexi sunt, hic in unum ueluti fascem congesserit. a ¶ Hodie quidem.) σάμερον, pro σήμερον. Musam Clio alloquitur, ut hymnũ hunc Arcesilao offerat. Hodie, id est, eo tempore, quo ad ipsum perferretur. præsenti pro futuro usus. Non enim eo die quo cœpit hanc oden pangere, è Thebis Cyrenen usq; perferri potuit. b ¶ Diuitis.) εὐίππω, hoc est, equis decoræ, strenuos equos alentis: hoc est, diuitis, potentis & bellicosæ. Nec temere Cyrenen εὔιππον, equestrem uocat: uerum ideo quod Neptunus primum Afros currus iungere docuerit: tum quod equestris dea Minerua, in Libya feratur nata. c ¶ Latonæ soboli.) λατοΐδαισιν. Enallage numeri est. Siquidem unus est Apollo, qui Pythiæ uictoriæ autor est, certaminisq; tutor & præses, Latonæ filius. Orditur aũt propositione tali: O Musa, hodie necessum est, ut oden meam uictori Pythio Arcesilao Cyrenes regi offeras, quo eum à corona & uictoria prædices, quam ex Pythone retulit. Ab hac propositione, Pythonis occasione, digreditur, perinde ac statim indicabimus. d ¶ Vbi quondam.) ὅθι ποτέ. Iupiter totius uniuersi medium emetiri uolens, aquilas celeritate pares & ab ortu & ab occasu dimisit, quæ peruolantes ad Pythonem urbem prope Delphos tandem sibi mutuò obuiarunt. Quare ex illo aquilarum concursu, ibidem totius etiam orbis machinæ medium esse definiuit. Postea in eius rei memoriam duas aureas aquilas conficiens, Apollinis delubro dicauit: quarum imagines in Phocico bello, ab Eumelo illato, sublatæ sunt. Hæc Scholia. Per aureas ergo aquilas Pythij Apollinis templum hic significat συνεκδοχικῶς. ἀετώματα templorum huiusmodi insigne Græci appellauerunt, de quo 13. Olympiorũ nonnihil suprà indicatum. Atque hic statim prolixam digressionem inchoat, donec ad huius odæ perueniat σκοπόν. e ¶ Pythia sacerdos.) ἱέρεα pro ἱέρεια, per syncopen. Hinc apparet sacerdotes Apollinis mulierculas & puellas fuisse, non uiros. Sic in rebus gestis Apostolorum, quandam Pythonico spiritu perfusam uaticinatã esse, hoc est, sacerdotem Apollineam fuisse, memoriæ proditum est. f ¶ Non absente.) οὐκ ἀποδάμου, pro ἀποδήμου, Dorice. Non peregre profecto, nõ absente, sed præsente, & domi agente Apolline. g ¶ Battum.) Quomodo ex oraculo

Quàm charus Cyreneis fuerit hic Battus, aperit quod est Aristophan. Pluto prouerbiũ, Batti σίλφιον.

Delphico maiores Arcesilai ex Thera insula in Cyrenen Libyæ coloniam dedu xerint primum narrat. Sunt qui Battum hunc Theræ insulæ regem primum Aristotelem uocatum tradant: inter quos est Herodotus: & ab oraculo Pythio Battum, quod Libyorum lingua regem sonat, appellatum. Alij, quia impeditæ suæ linguæ nomine Pythonem accesserat, βάττον, ἀ βαττάριζειν, quod est balbutire, dictũ. Alij Coccyga, quod non posset integra sonare uerba. Acesander non ob linguæ balbutiem, quod τραυλὸς esset, uerum quod sua sponte linguam inflexerit, pronunciationi aptando: quandoquidem eloquentia & consilio floruerit, nominatum existimat. Hæc de nomine. De profectione Batti Delphos uersus discors est autorũ apud Interpretem sententia. Qui propter uocis siue intricationẽ oracula scitatũ iuisse putãt, tale oraculũ illi datũ adscuerãt.

βάττ' ἐπὶ φωνὴν ἦλθες, ἄναξ δέ σε φοῖβος ἀπόλλων
ἐς λιβύην πέμπει, μηλοτρόφον οἰκιστῆρα.
Nomine uenisti huc uocis pie Batte: sed ipse
Fœcundam ad Libyam purus te mittit Apollo.

Menecles, quod & uerisimilius, autor est, orta Theræ seditione, Battum unà cum suarum partium hominibus è patria excidisse. Atq; cum non liceret redire Theram, Delphis consuluisse Apollinẽ, num sibi armis esset patria repetenda. Tum Pythiam sacerdotem eiusmodi responsum dedisse:

βάττε πρόσθε κακῶν, τὸ δὲ δεύτερον ἐσθλὸν ὄρθυνα.
ἔρχεο λεῖφ' ἁλίαν χώραν, ἤπειρος ἀμείνων
ἠῶς. πρότερον δοῦλον ἔκβαλε πείθει πείθων.
στέρρον γλῶν ὁσίως, ἣν μισεῖ πολλ' ἀθέμιστος.
οἷα τ' ἀνὴρ ἔρξῃ, τοῖον τέλος αὐτὸν ἱκάνει. hoc est,
Antè malum passus, nunc prospera Batte require.
Vade ac linque domum pelago cinctam, meliorem
Terra dabit sortem (responsis fidito nostris)
Auroram aspiciens, celer hinc patriam fuge fraudem.
Tellurem sancte colito, quam perfidus odit.
Quilibet ut uitam duxit, sic ultima cludit
Vitalis flatus, meritis & postera primis
Aequiparant se fata. Adeò bene uiuere pulchrum.

h ¶ Sacra relicta insula.) Therã intelligit, quæ una Sporadũ est, à Mesmaliare Cadmi nepotũ quodã condita, in qua pueros octo uel septem annos natos nõ deplorabant, si uita defungerentur: autore Stephano. Porrò sacrã hanc ideo appellat, quod templũ illic Neptuni & Mineruæ fuerit, ut memoriæ prodidit Theophrastus. i ¶ In albicante mamma.) ἀργινόεντι μαστῷ, in splen-

in splendida uel albicante mamma. Quia Cyrene Libyæ in colle albæ terræ, mammæ simili, sita est, ideo poëta in albicante mamma ait, teste Hierocle *in Scholijs. Aristarchus ob fertilitatem distentæ mammæ cōparari testatur:* ἀργινόεντα *enim* μαςὸν, *lacte distentam mammam sonat.* k ℭ *Theræ umq; Medeæ carmen asportet.*) *Quum in Syrtin incidissent Argonautæ, per Libyam humeris suis Argo nauim ferebāt, postea in mare rursum demittentes. Ibi quum hospitalis muneris uice glebam præbuisset Eurypylus Neptuni filius Cyrenes rex, Euphemus accepit. Deinde ubi ad Theram insulam fluctibus gleba solueretur, Medea in Theram iam receptis uaticinata est, posteros Euphemi 17. generatione coloniam deducturos in Libyam. Iam Battus decimusseptimus erat ab Euphemo, qui Delphis responsum, ut paulò ante auditum, tulit, de migratione sua in Libyam:* θήραιον *de Thera dictum.* ἀγκομίσαι *pro* ἀνακομίσαι. l ℭ *Iracunda.*) ζαμενὴς, ἄγαν ὀργίλος, *ualde irata: à* ζα *augendi particula, quod robur & mentem uel indignationem ualet. Irata ergo dicitur, quod filios suos mactarit, ut historia eius habet, quos ex Iasone genuerat, quia ab eo repudiaretur.* m ℭ *Ex immortali ore.*) ἀθανάτου στόματος. *Medeæ os, ut Charis tradit, immortale appellat, ex parte: quandoquidem & Hesiodus in Theogonia immmortalem ipsam uocet, quod, ut Asclepiades adfirmat, nihil ab ea dictum, quod non simul sit factum.*

n ℭ *Audite filij.*) *Hæc Medea in reditu à Colchis Iasonem secuta, uaticinatur. Vt uero Argonautæ Colchos petiuerint, posthac subijciet. Ex Argonauticis uero Apollonij, historia est petenda.* o ℭ *Mari cincta.*) ἐξ ἁλιπλάγκτου γαίας, *è terra in mari errante: hoc est, mari cincta uel ambita insula Thera.* p ℭ *Epaphi filiam.*) *Epaphus filius est Iûs & Iouis. Porrò ex Epapho Libya Nympha progenita est, ut Isocrates in Busiride testatur, & Ouidius in Transfor.* 1.

Nunc dea linigera colitur celeberrima turba,
Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem,
Creditur esse Iouis, perq; urbes iuncta parenti
Templa tenet. *Per puellam ergo Epaphi, Cyrenē intelligit, quæ urbs & regio, est filia Libyæ, filiæ Epaphi.* q ℭ *Vrbium radicem.*) ἀστέων ῥίζαν. *Cyrenen ideo urbium radicem appellat, siquidem ex ea Apollonia & Teuchēra transplantatæ sunt.* r ℭ *Curatricem.*) μελησίμβροτον, *curantē homines:* παρὰ τὸ μέλω *curo, &* βροτὸς *mortalis, cui sit respub. futura curæ.* s ℭ *In Iouis Ammonis solo.*) ἐν ἄμμωνος θεμέθλοις. *Libyes Iouem Ammona appellāt, Aegyptiaca, ut quidam uolunt, lingua. Alij ab* ἄμμος, *id est arena, quasi arenariū: cuius χρηστήριον, id est,*

oraculum, & templum oraculo Iouis Ammonis destinatum, in Libya fuit. Vnde Phæstus sic inquit:

ζεῦ λιβύης ἄμμων, κερατηφόρε κέκλυθι μάντι. hoc est,

Corniger ô Libyes Ammon me Iuppiter audi Vates.

Cornigerum illic Phæstus dicit, quod arietis specie Iupiter ille Ammon coleretur. Plin. lib. 2. cap. 106. Ammonis Iouis fontem interdiu frigidum, noctu feruere, autor est.

EPODOS, COLON XIII.

Iam & pro[a]Delphinibus, branchijs & pinnis alarum instar insignibus, insulares Theræi celeres permutabunt equas, & remorum uice habenas & lora apprehendent, currusque cursu nõ impigros uertent. Id sanè [b]symbolum efficiet, ut ingens fiat urbiũ Thera[c]metropolis, [d]quod in [e]Tritonidis lacus quidem fluentis, [f]Euphemus è prora descendens, à deo in hominem transformato, pro munere suscepit: ad cuius xenij susceptionẽ, Iupiter pater fatali tonitru insonuit:

Tritone in personã regis Cyrenæorum transmutato.

Vaticinationem Medeæ continuat. a (Delphinibus.) *De Delphinibus Plin. lib. 4. cap. 8. Velocissimum omniũ animalium non solum marinorum Delphinus, sed ocyor uolucre, acrior telo, ac nisi multum infra os rostrum foret, medio penè in uentre, nullus piscium celeritatem eius euaderet.*

Delphines.

b (Symbolum.) *ὄρνις, augurium, diuinatio. τὴν ὄρνιθα, pro μαντοσύνη accipit.* c (Metropolis.) *ματρόπολις, primariam & præcipuam urbem ualet. Sic Thera fit metropolis Cyrenæ.* d (Quod accepit.) *Symbolũ quod accepit, periphrasis est glebæ terræ quam Triton fluuialis deus, uel Eurypylus Euphemo Argonautæ dedit.* e (Tritonidis.) *Est Tritonis Libyæ amnis, de quo Pomp. Mela lib. 1. Sup hũc ingens palus amnem Tritona recipit ipsa Tritonis. Vnde & Mineruæ cognomen est inditũ, ut incolæ arbitrantur ibi genitæ: faciuntque ei fabulæ aliquã fidem, quod quem natalem eius putant, ludicris uirginũ inter se decertantiũ celebrant.* f (Euphemus è prora.) *Duplici prodigio Medeæ uaticinium confirmatum adserit: primo Eurypyli munusculo, nimirum gleba: deinde tonitru, quo ueluti Iupiter Medeæ dictis annuerit.*

Tritonia Pallas.

STRO-

STROPHE II. COLON XIIII.

Quando anchoram æreas genas habentem, celeris Argi frenum, ad nauim pendentium adsecutus est. [a]Duodecim antehac dies ex Oceano tulimus marinam hastam, super deserta terræ iuga: [b]mea trahentes solicitudine. Tum & solus inambulans [c]deus aduenit, [d]honestam uenerandi uiri personam induens. Is [e]amica primum uerba faciebat, perinde ac uenientibus hospitibus benefactores conuiuium principio & lætitiam denunciant.

ἐπέτοσε, idem quod ἐπεκύρησε. Quando incidit in anchoram æream uel ferream, scilicet Triton uel Eurypylus: pendentium ad nauim, hoc est, Argonautarum. ἐπέτοσε. *a* ☾ Duodecim.) *In persona Medeæ poëta, quæ suprà adumbrauit, repetit, quo ordine, & quo singula modo peracta sint narrando: ita tamen ut Medeæ uaticinio cuncta quidem attribuat. Recitat autem Medea quo modo Argonautæ ad Syrtim Libyæ Argo suam super humeros per Libyæ solitudinem portauerint, super terræ deserta terga. Metaphora est, pro superficie terræ.* *b* ☾ Meis.) *ἀμοῖς Doricum est, pro ἡμετέροις, hoc est, nostris curis, nostro cõsilio. Enallage numeri est, pro mea cura, mea prudentia.*
c ☾ Deus.) *Triton deus, est Neptuni filius. οἰοπόλος, solus prodeambulans. τουτάκι pro τηνικαῦτα, tunc.* *d* ☾ Honestam.) *ἀνδρὸς αἰδοῦς πρόσοψιν θηκάμενος, facta & assumpta facie seu uultu uenerandi uiri, hoc est quod paulò ante dixit, Euphemus munus accepit à deo in hominem transmutato.* *e* ☾ Amica uerba faciebat.) *ἄρχετο. Quemadmodum ξενοδόχοι blande solent inuitare aduenas, ut ad sese diuertant: sic Eurypylus suauibus incitamentis alliciebat prærternauigantes Tritonem paludem Argonautas.*

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Sed enim dulcis reditus opportunitas [a]permanere uetuit: [b]dicebat enim Eurypylus, se incorruptibilis terræ concussoris Neptuni filium. Cognoscens nos urgentes, protinus dextra tellurẽ prehendens, [c]fortè oblatũ dare munus quæsiuit,

neq; ad recipiendum quidem [d]immorigerum reperit. Siquidem heros ad littora prodeambulās, manu manū firmās ac donum attingens, felicem suscepit [e]glebā. [f]Experior deinde ipsam [g]è naui delapsam, atq; submersam marino [h]liquari fluctu

EPODOS, COLON XIII.

[i]Absorptamq; [i]occiduo udo pelago.

a ℭ *Permanere uetuit.*) κώλυε μεῖναι. *Reditus occasio non sinebat adeò blandi hospitis beneficijs frui.* *b* ℭ *Dicebat enim Eurypylus.*) φάτο δ' Εὐρύπυλος. *Apollonius Rhodius hunc aliàs Eurypylum, aliàs Tritonem fuisse testatur. Acesander Eurypylum Tritonis esse fratrē adfirmat, hunc ad modum scribens: Eurypylus Neptuni & Celænūs Atlantidis filius, in uxorem ducit Steropen Solis gnatā & Pasiphaës sororem, duos ex ea liberos procreans, Lycaonem & Leucippū.* *c* ℭ *Fortè oblatū.*) προτυχὸν, *fortè oblatum, quod forte fortuna arripuisset: idem quod* παρατυχὸν, *à* παρὰ τυγχάνω. *d* ℭ *Immorigerum.*) οὐδ' ἀπίθησέ νιν, *neq; immorigerum eum fecit.* αὐτὰρ χείρεσσι, ἐνθορμώσας, *ubi manum manu confirmasset & suffulcijsset, hoc est, dextra dextræ iuncta.* *e* ℭ *Glebam.*) βώλακα, βῶλον. *f* ℭ *Experior.*) πεύθομαι, *scrutor, rescisco, experior. In persona Medeæ hæc quoq; dicuntur.* *g* ℭ *E naui.*) ἐκ δούρατος, *ex robore, id est, firma & roboribus compacta naui. Materia pro forma.*

h ℭ *Liquari.*) βάμεν σὺν, *anastrophe est, pro* συμβῆμεναι.

i ℭ *Occiduo pelago.*) ἀμφιβολία *hic est sententiæ,* ἑσπέρας ὑγρῷ πελάγει σπομέναν. *Potest enim* ἑσπέρας *uel ad tempus, uel ad maris sitū referri: ut sit sententia, glebam uespertino tempore secutam udum pelagus: uel, in occiduo mari, glebam solutam esse.*

[a]Atqui laboriosis ego famulis præcipiebam, ut sedulò eam adseruarent glebā, enimuero mentes illorum obliuiosę fuerunt. Proinde [b]in hac insula, immortale spatiosæ Libyæ [c]semen effusum est [d]citra occasionē. Sin ipsum iuxta Ditis terrestrem hiatū, ad sacram nempe [e]Tænarum reuersus deiecisset Euphemus, Neptuni equis præfe-

ctifilius,

cti filius, rex: (quem olim Europe Tityi filia ad ripam [f]Cephisi peperit)

STROPHE III. COLON XIIII.

Quatuor filijs prognatis, [g]ceu genere quodã, cum Danais sibi accepisset latã illam terrã. [h]Tum enim è magna Lacedæmone, Argiuoq́ sinu, atq; Mycenis [i]migraturi erant. [k]Nunc uero selectum exterarũ matronarũ genus in lectis [l]inueniet, qui simulac ad hanc diuinã insulam appulsi fuerint, uirum parient, [m]nubium obfuscatione obscurorũ camporum dominum; cuius quidem multo auro fulgente olim in tecto, suis Apollo reminiscetur oraculis,

Qui, genus respiciens, enallagē generis facit.

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Ad Pythium ubi templum descenderit, multosq́ posthac ad splendidum [n]Iouialis Nili templum per naues duxerit. [o]Atq; ĳ quidẽ Medeæ carminum ordines.

Mandato suo seruos non obsequutos Medea conqueritur. a ℂ *Atqui laboriosis.)* λυσιπόνοι, *serui dicuntur Græcis, quod herorum & dominorũ suorum labores persequantur, quodq́; dominos suos labore liberent, ut ex hoc Euripidis liquet:*

δουλοῖσι γάρτι ζῶμεν οἱ ἐλεύθεροι. *hoc est,*
Seruûm labore uiuimus nos liberi. παρὰ τὸ λύω καὶ πόνον.

b ℂ *In hac insula.)* ἐν τᾷ νάσῳ, *in hac insula Thera.* c ℂ *Semen.) Glebam spatiosæ Libyæ semen appellat, siue quod Libyca, uel ex Libya sit accepta, siue quod migrationis in Libyam causa sit.* d ℂ *Ante occasionem.)* πρὶν ὥρας, *ante tempus, priusquam opportunum esset.*

e ℂ *Tænarum.) Tænarus Laconicæ ciuitas, ubi porta est ad inferos. Tænarum ergo os Plutonis, id est, portam ac ueluti uestibulum inferorum dicit.*

f ℂ *Cephisi.) Cephisus Bœotiæ amnis.* g ℂ *Ceu genere quodã.)* αἷμά οἱ. *Sanguinem pro genere accipit. Sensus est: Si non apud Theram in-*

sulam gleba submersa fuisset, sed ad Tænarum usq; conseruata, tum quarta generatione Euphemi posteri ex Lacedæmone in Libyam migrassent. Nunc uero quia gleba resoluta est prope Theram decimaseptima primum generatione, Theræi primum Cyrenen Libyæ coloniam deducent. h ℂ Tunc enim.) τότε γάρ, *scilicet post quartam generationem.* i ℂ Migraturi erant.) ἐξανίστανται. *Præsens pro futuro. hoc est, si gleba ad Tænarum primum deiecta fuisset, Lacedæmonij, Argiui &c. post quartam generationem, Libyam obtinuissent.* ἐξανίσταμαι *est excio, migrationē facio, migro. Ab Euphemo quarti ex Lacedæmone in Libyam coloniam deduxissent, si ad Tænarum primum deiecta fuisset gleba.* k ℂ Nunc uero.) νῦν γε μάν. *Argonautæ in Scythiā nauigantes, in Lemnias inciderunt mulieres, quæ icto fœdere maritos suos (à quibus propter uirosum odorem seu graueolentiam eorum repulsæ erant) occiderant: itaq; cum ipsis congressi Argonautæ recesserunt. Inde progeniti liberi Lacedæmona patres suos quæsitum uenerunt: accepti illic & ciuitate donati, Spartam inuadere clanculum conspirarunt: uerum scelere patefacto in carcerem sunt protrusi. Ad quos ubi matres peruenissent, uestes filiorum suorū habitu permutarunt. Filij itaq; muliebri matrum suarum uestitu fallentes custodes, exiere carcerem incolumes, & aufugerunt. Quos deprehensos denuò quū Lacedæmonij iam supplicio afficere uellent, Theras Antesionis filius coloniam fortè deducturus Lacones rogauit, uti captiuos illos sibi donarent: impetratos ergo in Theram insulam transfert. Inter illos & Samus extitit, cuius filius est Battus, qui primus è Thera Cyrenen coloniam deduxit.* l ℂ Inueniet.) εὑρήσει, *inueniet, scilicet Libya.* m ℂ Nubiū obfuscatione obscurorū.) κελαινεφέων, *propter frequentes cum tempestates tum imbres, quorum gratia fertilia arua Libya possidet.* Virum.) *Battum intelligit, cuius & Catullus ad Lesbiam meminit, dum inquit:*

Quæris quot mihi basiationes
Tuæ Lesbia sint satis superq;:
Quàm magnus numerus Libycæ arenæ
Laser piciferis iacet Cyrenis,
Oraclum Iouis inter æstuosi,
Et Batti ueteris sepulchrum,
Aut quàm sydera multa, cum tacet nox,
Furtiuos hominum uident amores,
Tam te basia multa basiare
Væsano satis & super Catullo est.

n ℂ Iouialis Nili.) νεῖλοιο πρὸς πῖον τέμενος κρονίδα. *Libyam per*

per Iouialis uel Saturnij Nili templum intelligit: uel ipsum Nilum, qui ceu deus apud Aegyptios colebatur. Vnde Parmenon, αἰγύπτιε Ζεῦ νεῖλε, inquit. o ℂ *Atq; ij quidem.)* *Epilogus uaticinij Medeæ.*

Porrò obstupuerunt præ silentio immobiles diuini heroës prolixam animaduertentes uaticinationem. [a]O felicem Polymnesti filium, te hoc sermone, [b]oraculũ Melissæ, [c]ultroneo sonitu designauit, quæ ubi ter gaudere tibi dixisset, fato cõstitutum te Cyrenes regem demonstrauit,

EPODOS, COLON XIII.

Quum de turbida tamen & impedita tantum uoce [d]interrogares, nempe quanam in re adiutare & emendare eam posses.

a ℂ *O felicem.)* *Circuitio est, qua Aristotelẽ, qui ob linguæ impedimentum etiam* Βάττος*, id est, balbus dicebatur, intelligit: pulchre ad institutum Medeæ uaticinationem adferens, & ad Arcesilai uictoris Cyrenæ regis laudem mox traducens.* b ℂ *Oraculum Melissæ.)* *Id est, oraculum Pythiæ sacerdotis.* μέλισσα *quidem apis est. Cæterũ ut hypomnemata habent, Cereris sacerdotes proprie Melissæ dicebantur. Per Catachresin tamen qualescunq; sacris præfectæ Nymphæ* μέλισσαι*, ob insecti puritatẽ uocabantur. Mnaseas Patarensis, Nymphas primum mellis reperisse usum autor est: quum enim antea homines mutua sui cæde & gauderent, & sua uescerentur carne, Nymphæ persuaserunt eis ut tam fœda relicta & impia feritate, arborum fructibus uterentur. Ibi quædam Nympharum, cui nomen Melissæ, reperto fauo pro cibo usa, ac admixta aqua pro potu, suis coæqualibus idem cibi subministrans, mellificantibus insectis suum nomen cõmunicauit,* μελίσσας *eas appellans, plurimum illis custodiæ adhibendo. Hæc in Peloponneso primũ contigisse Patarensis adfirmat.* c ℂ *Vltroneo sonitu.)* αὐτομάτῳ κελάδῳ*, id est, spontaneo & ultroneo, diuinitus inspirato Delphicæ sacerdoti responso, neq; à Batto desiderato. Quum enim Aristoteles non eo nomine Delphos petisset, ut migrationem aliorsum sciscitaretur, enimuero ut uocis suæ agilitatem adsequeretur, sua sponte, nemine hoc rogante uel expectante, Delphica Melissa, siue sacerdos, uolentibus ita fatis, regem Cyrenes fore Battum, qui aliàs Aristoteles, respondit.* d ℂ *Interrogares.)* ἀνακρινόμενον, ἀνερωτῶντα*, intera*

rogantem. ποινά τις, *quæ solutio, liberatio ue. Pœna enim mißionis & absolutionis causa fit: efficiens pro effectu.*

[a]Et nunc igitur, [b]ceu purpurei floridiq; ueris iucundissimo tempore, cũ [c]hisce pueris octauus, Arcesilaus germinat. Cui quidem cum Apollo, tum Pytho[d]celebritatem, quam ex equestri cursu adsecutus est, [e]per Amphictyones tradidit. Quẽ & ego sanè [f]Musis impendam, [g]unà cum aureo arietis uellere. [h]Quum enim pro eo ferendo Minyi Argonautæ soluissent oram, diuinos Cyrenæis honores plantauere.

a ℂ *Et nunc igitur.) Redit hic ad cœptam in Arcesilai gratiam oden, ostendens Arcesilaum regem iam octauum esse à Batto illo primo ex oraculo Apollinis Cyrenes rege. Deinde laudat eundẽ à Pythia uictoria.* *b* ℂ *Ceu pupurei floridiq; ueris.)* φοινικανθέμου, *id est, purpureos flores habentis.* ἦρος *contractum est, ex* ἔαρος. τὸ ἔαρ, τοῦ ἔαρος, *&* κατὰ συναίρεσιν ἦρος. *c* ℂ *Hisce pueris.)* παισὶ τούτοις, *hisce pueris uel filijs. Ciues Cyrenæos intelligit, qui sunt filij & pueri regis sui & patris patriæ, nempe Arcesilai.* *d* ℂ *Celebritatem.)* κλέος, *celebritatem, id est uictoriã. Metaphora.* *e* ℂ *Per Amphictyones tradidit.) Amphictyones Pythijs ludis præfecti fuere. Fuit autem Græciæ concilium celebre ex duodecim gentibus constitutum, ad Thermopylas, ut Arpocration habet: ad quod cõcilium qui ex ciuitatibus Græciæ mittebantur,* ἱερομνήμονες, *hoc est, sacri scribæ dicebantur, ut Aristophanicus Nebularũ interpres habet, quum dicit Chorus,* κἆτα γελᾶτ' ἀνθ' ὧν ὑπ' ὄρβολος λαχὼν τῆτες ἱερομνημονεῖν. *His Amphictyonibus & alia, & ludi Pythij curæ erant. Amphictyonum ergo decreto Arcesilaum uictorem Pythium pronunciatũ ait: unde rursum Pythiorum ludorũ claritas quanta fuerit, est cognoscere: quandoquidem è duodecim gentibus collectum concilium ijs quoq; præfuerint. Coactum autem illud concilium fuit ex Ionibus, Doriensibus, Perrhebis, Bœotis, Magnetibus, Achæis, Phthiotis, Meliensibus, Dolopibus, Aenianibus, Delphis, & Phocensibus. Sed de ijs in 6. Nemeorum etiam nonnihil annotabitur. A Pythia igitur uictoria, obiter interspergendo regem euehit.* *f* ℂ *Musis illum impendam.) Hoc est, laudabo eũ.* ἀνὰ δ' αὐτὸν ἐγὼ μοίσαις δώσω. *Tmesis est, pro* ἀναδώσω, ἀνὰ *cum* δώσω συντακτέον. *g* ℂ *Vnà cum aureo arietis uellere.) Propositio est.*

tio est,quo Argonautarum nomine sese laudaturum Arcesilaum pollicetur: digressioni, quam subiungit,prolixæ uiam ita præmuniens. h ℂ Quū enim pro eo.) Ratio est,quur uelit Argonautas etiam cōmendare,uel Argonautarū res gestas referre. Quia,inquit,ex Argonautis ea gloria ad Cyrenæos deriuata est,quod ex Thera reges acceperint,primo Battum, & hunc à Batto octauum Arcesilaum. Atq; hæc propter Euphemum dicit,qui accepta ab Eurypylo uel Tritone gleba, apud Theram in pelagus demersa,in causa fuit quur primū uel ex oraculo Delphico migrarint in Libyam,ut è superioribus etiamnum liquet.

i ℂ Minyi.) Minyas Argonautas appellat,quod plurimi ipsorum genus suum ad Minyam Neptuni filium, & Tritogeniam Aeoli gnatam transtulere: id quod & Apollonius tradit,quum inquit:

-ἐπεὶ μινύαο θυγατρῶν
οἱ πλεῖστοι καὶ ἄριστοι ἀφ᾽ αἵματος εὐχετόωντο.&c.

STROPHE IIII. COLON XIIII.

ᵃQuis primum nauigationem eam orsus est? qualenam periculum fortibus imò adamantinis clauis Argonautas colligauit? ᵇFato destinatum erat,Peliamᶜex illustribus Aeolidis,uel manu uel consilio inflexibilibus, moriturū. Redditū hinc est horrendum animo eius prudenti uaticinium, ᵈprope medium arborosæ matris umbilicū pronunciatum: ᵉAltero pede calciatum in custodia omnino cōseruandum esse, quando uidelicetᶠab altis statiuis ᵍad occiduam terram ʰinclytæ Iolci peruenerit,

a ℂ Quis primum.) Poëticum Argonautarū expeditioni ingressum facit:primo interrogans Musam Clionem, quæ necessitas Argonautas pro aureo asferendo uellere impulerit:ac statim per subiectionē sibi ipse respondet, θέσφατον ἦν &c. Sic Homerus principio operis sui Musam inuocat,

μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος
οὐλομένην. Ac postea interrogat:

τίς τ᾽ ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι. Cui erotemati statim subijciendo ipse respondet, λητοῦς καὶ διὸς υἱός. Tanquā ergo ingens perscripturus sit argumentum,& arduam planè historiam,hanc interrogationem

ueluti inuocationis loco præmittit. b ℭ Fato destinatũ erat.) Argonautarũ historiã à prima hic origine pandit, eam ad calcem usq; dehinc pducendo.

DE ARGONAVTARVM EXPEDITIONE.

Tyro Salmonis filia, è Neptuno Nelea & Peliam peperit. Deinde Crethei Aeoli filio nubit, ex quo Aesonẽ, Pheretẽ & Amythaonẽ generat. Porrò ex Aesone Iason, è Pherete Admetus nascitur: ab Amythaone uero Melampus. Iason dehinc educandus Chironi traditur, ut ab eo medendi artem disceret. Interim pater eius Aeson fratri suo Peliæ regnum cedit, iubetq; Thessaliæ eum præesse, donec Iason à Chirone reuertatur. Iam ab Apolline Pelias oraculum acceperat, ut obseruaret eum, qui altero tantum pede calciatus ipsum accederet: à tali enim imminere sibi mortem. Vbi Iason adoleuit, ad fratres patris sui redit, & ipse regni futurus consors. Anaurum ergo Thessaliæ fluuium transiturus, Iunonem in specie anuis reperit ad ripam, quæ & ipsa traijcere flumen uolebat, quanquam subtimida esset, nec flumini sese credere auderet: unde ipsam Iason humeris suis transfert: atq; illic altero calciamento in luto fluminis defixo & relicto, patriam suam altero pede nudus ingreditur. Hunc proinde Iasonem altero pede discalciatum Pelias animaduertens, oraculi reminiscitur, ipsumq; occidere timens, persuadet ei ut in Scythiam abeat, aureum inde arietis uellus allaturus. Putabat enim ita fore ut in Scythia, uel hostiũ uel Aeëtæ manu interiret, uel naufragio occumberet. Hæc ex Liuillio Tyrræo in Scholijs Apollonij ἀργοναυτικῶν. c ℭ Ex illustribus Aeolidis.) Per Aeolidas, κατ᾽ ἐναλλαγὴν numeri, Iasonem, cuius auus Aeolus, pater Cretheus, mater Tyro, intelligit. Argo nauis ab Argo fabro suo dicta: hinc Argonautæ, qui naui illa, pro aureo arietis uellere in Scythiam sunt profecti. Cicero ab Argo regione & urbe Peloponnesi, dictam eam nauim opinatur, dum ait: Etenim si nunc assequi aliquid se putant, qui ostium Ponti uiderunt, & eas angustias per quas penetrauit ea quæ est nominata

In primo Tuscul. quæst.

Argo, quia Argiui in ea delecti uiri
Vecti petebant pellem inauratam arietis.

d ℭ Prope medium arborosæ matris:) παρὰ μέσον ὀμφαλὸν εὐδένδροιο. &c. hoc est, iuxta Delphicum templum in medio nemorosæ terræ situm. Nam suprà è duarum aquilarum concursu, monstratum est Delphos in medio terrarum orbis collocatas esse. Matrem igitur nemorosam, terram arboribus luxuriantem dicit. Periphrasis Delphorum uel Delphicæ cortinæ, quæ est in medio nemorosæ terræ. e ℭ Altero pede calciatũ.) μονοκρηπὶς, qui altero tantum pede sandalia habet. à μόνον solum, & κρηπὶς, quod gradum uel incessum, uel crepidam, uel sandaliũ ualet. f ℭ Ab altis statiuis.)

Hoc

Hoc est, à Chirone ad Peliam. σταθμοὺς ueteres in agris mapalia & stabula dixere, & εὐδείελον δύδηλον. g ℂ Ad occiduā terrā.) εὐδείελον ad uesperā sitā, uel celebrē, perinde ac Ithaca εὐδείελος apud Hom. dicitur. h ℂ Inclytæ Iolci.) Iolcus Thessaliæ ciuitas. Homerus catalogo nauiū: φοίβην καὶ γλαφυρὰς καὶ ἐϋκτιμένην ἰωλκόν. Stephanus.

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

[a]Hospes quidem uel ciuis existens. [b]Suo itaq; ille tempore geminis hastis admirandus apparuit, duplicíq; uestimento conspicuus. Altera uestis, quæ Magnetibus peculiaris erat, eius membra tegebat: altera [c]pardalea, qua horridos imbres arcebat: neq; splendidi [d]comæ capilli deradebantur, uerum totum conquassabant dorsum. Protinus ergo rectà perrexit, intrepidi cōsilij sui, in abundantis turbæ cōcione, periculū facturus.

a ℂ Hospes.) Hæc particula, Hospes seu peregrinus quidē uel ciuis, ad uaticiniū adhuc præcedens pertinet. Hospes est Iason, quia à Chirone aduenit: ciuis, ex natiuitate. b ℂ Suo itaq; tempore.) ὅδ᾽ ἄρα χρόνῳ ἵκετο. Vaticinij Delphici completionem statim nunc subijcit, quomodo adultus Iason patrium regnū inuiserit. c ℂ Pardalea.) παρδαλέη, Pardi pellis est, seu uestis è pelle Pardi. De Pardis uero est apud Plinium lib. 8. cap. 17. & Aristotelem in historia animalium. d ℂ Comæ.) Comam nutrire libertatis apud ueteres symbolum erat. Hinc Homerus honesto epitheto καρηκομόωντας ἀχαιοὺς dicit. Nec piget hic adscribere, quod Scholia hic adijciunt: quod ueteres primitias comæ apud flumina detonderint, ijsq; dicarint, omnia ex aquis primum orta significantes.

EPODOS, COLON XIII.

[a]Quem non agnoscebant Magnesij. Piorum tamen eum intuentium aliquis hoc dixit: [b]Num is est Apollo? neq; enim est Veneris, [c]æreo qui curru uehit̄, maritus. Porrò [d]in præclara Naxo Iphimedeæ aiunt obijsse diē filios, [e]Otum puta, teq; fortissimum Ephialtam regem. Quinetiam

[f]Tityum, Dianæ uelox telum confecit, ex inuicta celeriter correptũ pharetra: [g]uti discat quispiam, quomodo potentiorũ amicitiam & amorem debeat affectare.

ἱπποφώνημα.

STROPHE V. COLON XIIII.

Illi quidem hæc inter sese uicissim garriebãt. Mulabus dein & polito curru festinans cum admiratione Pelias aduenit. Obstupescebat autem continuò, collustrans insigne calciamentum, dextro duntaxat pedi obductũ. Suffurans tandem animo pauorem, sic eum conuenit: Qualem terrã ô hospes, gloriaris patriã tuam esse? [h]Quæ è terra genitarũ hominum è cano uentre te in lucem produxit? ab inuisis mendacijs te purũ seruans, edissere genus.

a ℂ *Quem non agnoscebant piorum.*) *Vt ignotus fuerit patriæ suæ ciuibus explicat.* ὀπιζεμθύων *participium à uerbo* ὀπίζομαι, *quod Deum præ oculis pono, pius sum, & intueor, ualet. ab* ὄψ ὀπὸς *uultus, aspectus.*

b ℂ *Num is est Apollo.*) *Quo modo intuentes in Iasonem ciues secum disceptarint, ostendit: admirantes enim eius heroicam proceritatem, personam augustam, uultum liberalem, dubitabant an'ne Apollo, uel Mars, uel Otus, aut Ephialtes, aut Tityus esset.* *c* ℂ *Aereo curru.*) χρυσάρματος *Martis epitheton, quod curribus gaudeat, quibus in bellis utebantur ueteres.*

d ℂ *In præclara Naxo.*) *Naxus insula una Cycladum est, à Naxo Carum duce nominata.* *e* ℂ *Otum, Ephialtes.*) *Otus & Ephialtes fratres in Dianam impij fuere, unde in specie cerui eis apparens, tela quibus petebatur, in ipsos reflexit. Chæridi monstrosa hæc paradigmata nõ probantur. Meminit enim & Homerus horum, quod nouem annis in nouem ulnarum longitudinem excreuerint. Verum Pindarus non tam ob formam, quàm proceritatem Iasonis cõmendandã adduxit. Etsi enim adeò formosus Iason fuerit, ut Iuno in eius pulchritudinẽ exarserit, magnitudinẽ tamen & robur corporis præ forma euehit.*

f ℂ *Tityũ.*) *Tityũ ab Apoll. & Diana transfixũ Pherecydes autor est.*

g ℂ *Vti discat.*) ὄφρα, *id est, ut discant se sibi similibus sociare, nõ dijs,*

non

non Dianæ uel Apollini. His uero paradigmatis nihil aliud agit poëta, quàm tantū: Iste uel Apollo uel Mars est, siue Otus, siue Ephialtes, Tityus'ue. Et hæc secum loquentes impense mirantur: quandoquidem sciant Otum & Ephialtem res mortalium iam olim deseruisse, Tityum item Dianæ confectum telo. Hinc suspensis animis responsum & genus eius expectant. b ¶ Ecquæ hominum.) ἀνθρωπος hic necessariò fœmininū est: siquidem ex hominis masculi aluo non poßit egredi fœtus. Sic Isocrates in Paragraphico utitur fœminino genere, dum inquit, de ancilla loquens: ἐκ δὲ τοῦ τραύματος φάσκοντες τὴν ἄνθρωπον ἀποθανεῖν. καί τις ἀνθρώπων.

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Cui, confidenti animo, præclaris uerbis hunc in modū respondit: [a] Aio Chironis me doctrinā ferre. Proinde ex antro [b] à Chariclone & Philyra, ubi castæ Centauri filię me educarunt, redeo: ac uiginti illic transactis annis, necp factum, necp dictum [c] turpe apud illos proloquutus, abij, [d] antiquam patris mei domum [e] curans, quæ nō pro fato, necp feliciter administratur, [f] quamq́ Iupiter populorum ductor olim Aeolo, illiusq́ pueris, preciosæ rei loco tribuit. *Vel † domū redij, antiquū patris mei regnum recepturus, quod &c.*

EPODOS, COLON XIII.

Porrò auribus meis increbescit nephandum Peliam, [g] stulta mente sua fretū, uiolenter nostrorum deprædari parentū [h] regnum. Qui, [i] ubi primam uidi lucem, [k] superbi principis formidantes iniuriam, me, ceu uita defunctus ac triste funus essem in domo positū, muliebri luctu planxerūt, ac noctu clanculum purpureis fascijs inuolutum, uia communicata, Saturnio Chironi educandum tradiderunt.

a ¶ Aio Chiro.) φαμὶ, pro φημί. Chironis institutione, se ueracem fore innuit: utpote qui sit ita liberaliter à Chirone edoctus, ut mentiri planè pia-

culum ducat. b ℭ *A Chariclone & Philyra.*) *Philyra mater est Chironis, ut è tertia Pythiorum ode innotuit. Chariclo uero, genitiuo* τῆς χαρικλόῳ, & κατὰ συνκρισιν χαρικλοῦς, *latine Chariclonis, sicut Dido Didonis, uxor est Chironis, filia Apollinis: è qua & Chirone Carystus est genitus.* c ℭ *Turpe.*) ἐντράπελον, *id est,* ἀπαίδευτον, *hoc est, illiberale, inhonestum, quod liberalem institutionem dedeceat.* d ℭ *Antiquã patris mei domum.*) οἴκαδ' ἀρχαίαν. *Potest* οἴκαδ' *aduerbialiter referri ad uerbum* ἱκόμην: *ut sit sensus: Domum in patriam redij, regnum paternũ recepturus.* ἀρχαίαν *enim substantiue est pro* ἀρχὴν, *per extensionem: sicut Homer.* ἀναγκαίην *ex* ἀνάγκη *facit.* e ℭ *Curans.*) κομίζων, *curãs. Si simplex pro cõposito accipiatur, ut sit per* ἀφαίρεσιν, ἀγκομίζων *uel* ἀνακομίζων, *tum recipere sonat. Significat autem* κομίζω, & *fero & curo, ut apud Homerum, quum Telemachus ad matrem ait,* τὰ σὰ ἔργα κόμιζε, *tuas res cura.* f ℭ *Quam Iupiter.*) *Diuino iure, & Ioue ita digerente, regnum ad sese pertinere arguit. Genealogia sic habet: Promethei filius est Deucalion, cuius Hellen, cuius Aeolus, cuius Cretheus & Athamas & Salmoneus: Crethei filius Aeson, Aesonis Iason, Salmonei Tyro, è qua & Neptuno est Pelias & Neleus.* g ℭ *Stulta mente fretum.*) λευκαῖς φρασίν, *albas mentes. Metaphora est ab aque superficie. Vt illa in summa sui facie est perspicua & clara, in imo & profundo nigra, ob quam etiam causam apud Homerum* μέλαν ὕδωρ *dicitur: sic mentem Peliæ albam dicit, ut forinsecus apparet: cæterum per metalepsin relinquit cogitandum auditori, nequaquã esse talem, qualis foris appareat, sed longe alium internum eius esse animũ, hoc est, minus candidum.* h ℭ *Regnum.*) ἀρχεδίκαν, *hoc est, regnum quod iure parentes mei tenuerunt. Siue* ἀρχεδικᾶν, *ut sit* α *pro* ω, *id est, regnũ quod est parentum meorum iuste imperantium, audio Peliam spoliare.*

i ℭ *Vbi primã uidi lucem.*) *Metu Peliæ sese recens natum, ceu funus efferendum, in domum collocatum fuisse, & eo interim dolo ad Chironem Centaurum deportatum dicit: Verebantur enim, ne si Pelias resciisceret filium Aesoni natum uiuentem, ipsum occideret, ne uidelicet regni æmulum uel inuasorem uel repetitorem olim nancisceretur.* k ℭ *Superbi principis.*) ὑπερφιάλου ἀγεμόνος, *pro* ἡγεμόνος, *Dorice, hoc est, Peliæ.*

STROPHE VI. COLON XIIII.

Atqui horum quidem sermonũ [a]capita cognoscite. Primũ inclyti ciues aperte mihi ędes [b]equestrium parentũ meorũ indicate. Aesonis nanq; filius

lius indigena, non ad exteram alienorum terram ueni. [c]Diuinus uero Centaurus nomen [d]Iasoni mihi indidit. Sic fatus est. Hunc ubi ingressus esset, patris oculi cognouerũt: ex ipsius enim senio confectis [e]palpebris, [f]instar bullarum lachrymæ stillabant: adeò ex animo, & impense gauisus est, longe mortalium pulcherrima [g]cõspecta prole.

a ℭ Capita.) *κεφάλαια, capita, hoc est, summã. Audite, inquit, quid & quô uelim.* Patris meas Aesonis ædes accedere uolo, eas quæso inclyti ciues mihi cõmonstrate, eas mihi indicate. *b* ℭ Equestrium.) *ἐπιθετικῶς parentes suos λευκίππους, quasi ἱππικοὺς, hoc est equestres, albis & splendidis equis insigneis uocat.* *c* ℭ Diuinus Centaurus.) *Chiron Centaurus φὴρ, id est fera, propter naturæ corporis sui similitudinem (unde & semiuiri biformes διφυεῖς Græcis) appellatur. φὴρ ergo & θὴρ idem sunt, nisi quod φὴρ Thessalum etiam significet, & φῆρες uel φέρες sint Thessali uel Centauri: θὴρ uero semper substantiuũ sit.* Diuinus ideo, quod uel à Saturno nascatur, uel quod iustitiæ suæ nomine tantũ mereatur laudis. *d* ℭ Iasoni.) *ἴασις sanitatem significat. Et quia Chiron medicus, in medendi arte primum instituit à sese susceptam Aesonis geniturã, ideo ab ea facultate ἰάσωνα, ueluti sanatorem, nominauit.* *e* ℭ Palpebris.) *γλέφαρον, idem quod βλέφαρον: hoc ἀπὸ τοῦ βλέπω καὶ φᾶρος, illud παρὰ τὴν γλήνην καὶ φᾶρος: quod palpebræ, siue uisus, siue pupillæ, adeoq; συνεκδοχικῶς oculorum sunt ueluti uestes, atq; tegumenta.* *f* ℭ Instar bullarum lachrymæ stillabant.) *πομφόλυξαν, pro ἐπομφόλυσαν. Dores σ in ξ mutant. à uerbo πομφολύζειν, quod est ebullire, bullas producere. Deducitur porrò hoc uerbum à nomine πομφόλυξ, quod bullã sonat, ut in prouerbio, ἄνθρωπος πομφόλυξ, planum est.* *g* ℭ Conspecta prole.) *γόνον ἰδὼν κάλλιστον ἀνδρῶν, pulcherrima conspecta prole, scilicet sua, Iasone.*

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

[a]Fratres eô uenerunt ambo, prope quidẽ Pheres, fonte [b]Hypereide relicto: dein & ex Messena Amythã, mox Admetus atq; Melampus affuere, consobrinũ suum Iasona beneuolum sibi red-

dentes eiq; congratulantes, cõuiuij ſubinde tempore manſuetis eos Iaſon colloquijs ſuſcipiens, munera digna parans, omni eos tripudio replebat, quinq; noctibus integris totidemq; diebus, bonæ uitæ decerpto fructu.

a ℭ *Fratres.) Pheres & Amythaon fratres ſunt Aeſonis, ut ſuprà patuit. Admetus filius eſt Pheretis, Melampus Amythaonis. Ergo conſobrini ſunt inter ſeſe, uel fratres patrueles, Iaſon, Admetus & Melampus. Amythan poëta hic dixit, perinde ac ἀλκμὰν: aliàs ἀμυθάων ſcribitur. quod ſi ἀμυθᾶν cum circunflexo legeretur, Dorica eſſet contractio ex άων. uerum quia ὀξύτονον eſt ἀμυθὰν, συγκοπὴ magis eſt quàm συναίρεσις.*

b ℭ *Hypereide.) Hyperia fons eſt Theſſaliæ in urbe Pheris, ut Sophocles apud interpretem teſtatur:*

ὦ γῆ φεραία χαῖρε, σύγγονόν θ' ὕδωρ
ὑπέρεια κρήνη, νᾶμα θεοφιλέστατον. *hoc eſt,*

Tellus Pheræa gaude, congenita hinc aqua,
Fons Hyperia, gratiſsimis ſiphonibus
Deo ſcatens. *Huius fontis mentio etiam eſt apud Homerum in Catalogo nauium. Sunt qui huic fonti nomen ab Hyperete inditum uelint, ut Pherecydes: qui, Melas, inquit, Phryxi filius ducit in uxorem Eurycleam, ex his naſcitur Hyperes, qui proxime fontẽ morabatur, ab eius nomine dictũ Hyperiã. Pindarus ueluti patronymica forma fœminina effert ὑπερηΐς, quaſi indicare uelit Hyperetis fontem eſſe, uel ab Hyperete hoc nominis ſortitum eſſe.*

c ℭ *Meſſene.) Meſsene Laconicæ ciuitas, cuius frequens apud Iſocratẽ mentio. Quod uero Pheres & Amythaon Aeſonis fratres ſint, uel Homerus teſtatur, dum hunc in modum canit:*

τοὺς δ' ἑτέρους κρηθῆϊ τέκε βασίλεια γυναικῶν
αἴσονά τ' ἠδὲ φέρητ' ἀμυθάονά θ' ἱππιοχάρμην.

EPODOS, COLON XIII.

Verum ſexta omnem ab initio repetens, & in ſummam colligens ſermonẽ Iaſon, omnibus cum cognatis ſuis cõmunicabat: qui in eius ſententiã pedibus ibant. Continuò relictis ſedibus cum illis ſurgebat. Ad ædes igitur Peliæ peruenerunt,

ubi

ubi uniuersi steterunt intus. Quos audiens Tyronis formosæ proles, ilicet eis occurrit. Cui subinde molli uoce instillans amicum colloquiũ Iason, eruditorum sermonum exordium & fundamentum iecit. [a]Fili, inquit, petræi Neptuni,

Tyronis formosæ proles, est periphrasis Peliæ.

STROPHE VII. COLON XIIII.

Sunt quidem uelociores mortaliũ mentes ad »
laudandum dolosum lucrum præ iustitia, quum »
tamen [b]asperum inde fructum cõsequantur. Cæ- »
terum & me & te semota iracundia decet reliquã felicitatem texere. Cognoscenti hæc dico. [c]Vna bucula Cretheo, prudentiq́ꝫ Salmoni erat mater. In [d]tertia uero genitura nos ex illis plantati, aureum solis robur uidemus. Quod si qua inimicitia cognatis nobis intercesserit, quæ pudorem ac reuerentiam contegat, [e]felicitas certe nostra cassaretur.

a ℭ *Fili petræi Neptuni.)* *Periphrastice rursus Peliam ita uocat. Rogat autem Iason oratiuncula hac, ut amicè secum regnũ diuidat, neq; sit futuri belli causa, magnæ'ue perniciei faces accendat: futurum enim si renuat, ut cogatur, quum iure naturali ad sese, patris Aesonis nomine, regnum pertineat.* πετραῖος ποσειδῶν. *Petræus appellatur Neptunus, qui hoc nomine in Tessalia colitur, quod dormiens ipse, super petra quadam, è semine quod dormienti exciderat, equum è terra illic produxerit, cui Scyphio fuerit nomen. Alij eam causam adferunt, quod dissectis Thessaliæ montibus, dico autem Tempe, per ipsos Penéum deduxerit, quum antea per urbem flueret, & agros plerosq; uastaret, ut Callimachus tradit:*

φεῦγε δὲ καὶ πηνειὸς ἑλισσόμενος διὰ τέμπεων. *id est,*
Peneus fugit flexus per Thessala Tempe.

b ℭ *Asperum fructum.)* τραχεῖαν ἐπίβδαν. *Dies festiuitatem sequentes proprie* ἐπίβδαι *dicuntur, quæ festo accensentur. Asperum ergo fructum consequuntur,* τραχεῖαν ἐπίβδαν. *hoc est, post Pythia, uel post festum ueniunt, ut prouerbium habet: id est, uani sunt, & nequicquam laborant.*

c ℭ *Vna bucula.*) μία βοῦς, *una bos. βοῦν metaphorice pro matre usurpat. quasi dicat: Aui nostri unā matrem* Enareā *habuerunt: fratres fuerunt nempe* Cretheus *&* Salmoneus, *ut apud* Hesiodum *est. Quia ergo sanguine inter nos iuncti sumus, decet eo inter nos maiorē uigere amicitiā.* d ℭ *Tertia genitura.*) τρίτοισι δ' ἐν γοναῖς, *tertio gradu. Genealogia sic habet: Salmonei filia est Tyro, è qua Pelias. Tertius igitur à Salmone Pelias. Nō dissimilem ad rationem* Iason *tertius est:* Cretheus *Salmonis frater,* Crethei *porrò filius est* Aeson, Aesonis Iason. *Tertius igitur à* Cretheo Iason *est.* e ℭ *Felicitas nostra.*) μοῖραι δ' ἀφίσταιντ'. *hoc est, feliciore secundioreq́; fortuna destitueremur. Summa huius loci est: Concordia paruæ res crescunt, discordia maximæ dilabuntur.*

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Nō decet nos ambos ferro uulnerantibus gladijs, neq; telis magnum progenitorum precium diuidere. [a]Siquidem pecudes ego, armentorūq; flauos greges dimitto, agrosq; omneis, quos à parentibus meis auferens occupas & [b]regis, diuitias quidem cumulans. Nec me tuas ædes amplificantia fatigant hæc adeò, sed sceptrū & solius imperij tui thronus: cui solio Crethei filius Aeson, insidens olim, equestribus populis iura dabat. Hæc itaq; citra communem inuidiam & mœrorem

EPODOS.

Dissolue nobis, ne quod recentius ex ipsis malum suscites. Sic dixit Iason.

a ℭ *Siquidē pecudes.*) μῆλά τε. ἀρχαϊσμός ἐστι. *Veteribus enim* μῆλα *nedum oues, sed totam quadrupedum possessionem significauere: perinde ac Latinis pecudes & pecora. Per* μῆλα *ergo nedum oues, sed & iumenta alia, equos, asinos, præterea sues, capras, & id genus alia significat. Boues seiunctim propria uoce explicat, alioqui & sub* μήλοις *comprehenderentur, per archaismon & catachresin.* b ℭ Regis.) νύμεις *est pro* νέμεις, *uel medio* νέμῃ. *Thema hic adfingendum est* νύμω, *tum in secunda persona*

νύμεις.

ſona barytona νύμφς faciet, & per ἔκθλιψιν & συγκοπὴν διφθόγγου, excluſo ι, fit νύμες.

Pelias uero [a]quieto animo reſpondit: [b]Talis equidē ero. Atqui me iamnūc ſenilis ætatis pars circunſepit, tuo pubertatis [c]flore adhuc fluctuante. Potes autem [d]terreſtrium amoliri indignationem. [e]Iubet enim animā ſuam ferre Phrixus, ad Aeëtæ uos thalamos profectos, uellusq́ arietis lanificio inſigne, abducere, quo è ponto quondam conſeruatus eſt

STROPHE VIII. COLON XIIII.

A nouercæ impijs telis. Hæc mihi per admirandum inſomnium denunciata ſunt. Petij itaq́ Delphos ſcitatum oracula, num quid horū, quæ uiderim per inſomnium, indaganda ſint. Atenim Apollo quamcelerrime nauim ad profectionem te apparare excitat: proinde uoluntarius hoc certaminis perfice. Quod ad me attinet, te ſolū rerum habenis moderari, regnareq́, ſancte deiero me permiſſurū. [f]Ratum iuſiurandum Iupiter teſtis nobis eſto, qui [g]utriq́ noſtrûm cognatus eſt. Hoc fœdere laudato inter ſe mutuò, diſceſſerunt.

a ℭ Quieto animo.) ἀκᾶ, id eſt, quiete, placide. b ℭ Talis ero.) τοιοῦτος ἔσσομαι, talis ero, ſcilicet, qualē deſideras mi Iaſon: ego tecum nō digladiabor huius imperij nomine, ſed amicè inter nos rem componemus.

c ℭ Flore adhuc fluctuante.) ἄνθος ἥβας κυμαίνει. Metaphora eſt à marinis fluctibus, qui ut ingenti tempeſtate moti ſolent eſſe cōcitatiores, ſic ætas iuuentutis, ceu tempeſtate mouetur, hoc eſt, ipſo flore ſuo, ut ſit ardentior, uiridior, uiuacior ſenectute. Iuuentus æſtuat, tumet, fluctuat: ſenectus friget, ſiſtitur, languet. d ℭ Terreſtriū iram.) μᾶνιν pro μῆνιν, iram, ut apud Homerum, μῆνιν ἄειδε &c. Per iram terreſtrium, Interpres terreſtres deos intelligi putat, quos male habeat, nondum in patriam Phrixi animam reductā.

Vt sit sententia: Tu potes deorum sedare iram, potes & animam Phryxi & aureum uellus, non sine sempiterno nominis tui ornamento adferre. Potest etiam ad aureum arietis uellus referri haud equidem inepte, ut propter quod pleriq; mortalium Aeëtæ inuiderint. e ¶ *Iubet enim animã suam.) Moris erat apud ueteres, si quis apud exteros uita defunctus esset, ut si corpora non superessent, animæ tamen quibusdam in patriam ceremonijs reuocarentur, easq; ceu unà nauigantes ad patrios penates reducere consuetudo tenebat.*

HISTORIA DE PHRYXO ET AVREO VELLERE.

Athamas Aeoli filius, frater Crethei, primũ uxorem habuit Nephelen, è qua duos liberos Hellen sustulit & Phryxum. Defuncta Nephela, alterã, cui nomẽ Ino, duxit: quæ cum, pro more nouercarum, priuignorũ uitæ insidiaretur, persuadebat Aeolicis fœminis, uti semina terræ mandanda torrerent. Terra ergo tosta sementis grana suscipiens, infœcunda permansit. Aeolus Delphos, qui ex Apolline causam inquirant, destinat. Quod animaduertens Ino, legatis muneribus corruptis persuasit, ut reuersi Delphis dicerent, Apollinẽ Hellen & Phryxum sibi in uictimas poscere. Eos enim esse sterilitatis causam. Athamas tali legatorum responso fidem habens, aræ utrunq; filium consecrat. Dij uero ambos miserati, aureo uellere insigni ariete ex ara per aurã sustulerunt. Hic dum Helle uirgo sese in dorso arietis sustentare nõ posset, in mare decidit: ex eo casu Hellespontum dictum aiunt. Phryxus autem in Scythiam profugit, seruatus tandẽ in terra Colchica, ubi Ioui fugitiuo, hoc est, fugæ autori, arietem immolat, quod à nouercæ dolo Iouis ope liberatus esset: ducta illic in uxorẽ Chalciope Aeëtæ regis filia: ubi & diem suum, quatuor liberis progeneratis, obijt. Hæc ex Scholijs in Apolloniũ. f ¶ *Ratum iusiurandum.) Hoc est, Iupiter firmi huius & haudquaquam fallacis pacti testis esto.* g ¶ *Vtriq; nostrum cognatus.) γνήσιος. Vterq; enim generis sui stirpem ad Iouem refert, & Salmoneus & Cretheus.*

[a]At Iason ipse iam

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Ciebat præcones, naui sanè undiq; existente & apparente. Protinus aũt [b]Saturnij Iouis tres filij bello inuicti aduenerunt, Alcmenæq; palpebras uersantis, Ledæq;: duo præterea uiri coma conspicui, [c]Neptuni de stirpe, insignes robore, cum ex Pylo, tum ex alta Tænaro, quibus clarũ

ἑλικοβλεφάρου, nigropalpebræ.

decus

decus apparatũ est perfectumq́: te puto Eupheme, teq́ dehinc ô uiribus præstans Periclymene. Ex Apolline tandẽ citharœdorum parens [d] multum laudandus Orpheus aduenit.

EPODOS, COLON XIII.

Misit autem Mercurius, aureum caduceum, formosam'ue gerens uirgam, geminos filios ad difficillimum laborem: [e] alterum quidem Echiona, alterũ uero Eurytum, pubertate plenos. Continuò, [f] qui circa Pancæi montis fundamenta morantur, uenerũt. Etenim uoluntarius ridenti animo uelociter [g] uentorũ rex pater Boreas, Zeten, Calainq́, uiros ambos, qui alis in tergo purpureis [h] mouebantur.

a ℂ *Iason ciebat præcones.*) ὄρνυεν *pro* ὤρνυεν, *excitabat nomenclatores suos, ut socios expeditionis confœderatos cõuocarent.* *b* ℂ *Saturnij Iouis tres filij.*) υἱοὶ τρεῖς Ζηνὸς ἀλκμαιάνας τε. *Alcmenen* ἑλικοβλέφαρον, *hoc est, nigripalpebram, ut ita dicam, uocat, & per* συνεκδοχὴν *ab oculorum nigredine commendat. Hercules est filius Iouis & Alcmenæ: qui ab Argonautis relictus est, eo quod esset ignarus remigandi artis, adeoq́; nimio manuũ suarũ robore cõfringeret remos, ut Apollonius tradit. Relictus est aũt in Mysia. Porrò præcipuos hic heroes & semideos qui Iasonẽ sint secuti, enumerat. Catalogũ Argonautarũ Interpres apud Sophoclẽ in Lemniadibus esse dicit, & Aeschylum* ἐν κιβήροις. *Tres ergo Iouis filij sunt: primus Hercules ex Alcmena, reliqui duo Castor & Pollux ex Leda.* *c* ℂ *Neptuni de stirpe duo.*) *Euphemus Neptuni filius est ex Tænaro Laconicæ promontorio. Periclymenus Nelei filius, est nepos Neptuni: siquidem pater Nelei Neptunus est.* *d* ℂ *Multum laudatus Orpheus.*) ὀναίνητος, *ab omnibus collaudandus, uel multum cõmendandus. Orpheus Apollinis filius cum Hymenæo & Ialemo, autore Asclepiade in Tragodumenis, profectus est: & hic Orpheus postea & eam expeditionẽ conscripsit.* *e* ℂ *Alterum quidem Echiona.*) *Græca talem œconomian habent: Alterum quidem Echiona, plenos pubertate, alterum uero Eurytum. Participium inter duo propria, Alcmanico more, inser*

tum eſt, inquit Interpres. κεχλαδόντας, id eſt, πλήθοντας: pro κεχλη-δόντας. Eſtq́; χλῆδος proprie aquarum cum ſtrepitu ſeu murmure fluxus: ſicut βρόμος ignis ſtridor uel fragor. Sunt autem Mercurij filij Echion & Eurytus. f ☾ *Qui circa Pangæum.) Pangæus mons eſt Thraciæ in ſeptentrione, ut Plinius lib. 4. cap. 11. habet. Venerunt, inquit, Boreadæ, commorantes circa Pangæum montem.* g ☾ *Boreas uentorum rex.) Boreā uentorum regem & patrem facit. Ventus eſt uehemens, à ſeptentrione ſpirans: cuius filij ſint Zetes & Calais. Ficta ſunt fortaſſe nomina: καλάϊς enim, uelut καλῶς ἄων, id eſt, belle & iucunde flans. ζήτης quaſi ζαήτης, id eſt, ἄγαν ἄων, nimium flans. Græci ſeptentrionales Boreadas uocant. Hinc ſunt qui hanc fabulam id ueri cōplecti uelint, quod per Boream ſeptentrionales Scythæ intelligantur, qui ſe heroibus Argonautis adiunxerint, quiq́; ob uelocitatē alati dicantur.* h ☾ *Mouebantur.) πεφρίκοντας, pro διακινοῦντας. φρὶξ proprie tranquilla eſt fluctuum cōmotio. hinc φρίττω placide commoueo. Poëta dicit πεφρίκοντας, perinde ac uerbi thema præſens ſit πεφρίκω: nam ſi à φρίττω deducatur, tum oportebat eſſe πεφρικότας.*

Cæterum & omnia perſuadens, dulce deſiderium ſemideis accendebat [a]Iuno

STROPHE IX. COLON XIIII.

Nauis Argi, ne quis nulli periculo expoſitus apud matrem remaneret ætatem ſuam coquens, ſed ut uel morte pulcherrimum uirtutis ſuæ remedium offenderet. Poſtquā igitur Iolcum [b]peruenit [c]nautarum flos, omneis collaudans [d]recenſuit Iaſon. At ei ſanè [e]Mopſus uates augurijs & ſacris uaticiniorum [f]ſortibus, exercitū in nauim prudenter induxit. Anchoris porrò ad embolū ſuſpenſis

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Auream manibus apprehendens phialā princeps in puppi, [g]patrem cœleſtium fulmine tonantem Iouem, ac meatu celeres fluctuum ictus, uentorumq́;

torumq́ inuocabat, noctesq́ & ponti semitas, diesq́ lætos, amicam item reditus fortunam. Cui è nubibus fatalis tonitru sonitus insonuit, splendidi etiam coruscationis radij uenerunt prorumpentes. Vt uero respirauerunt heroës, fidem diuinis adhibebant signis.

a ℂ *Iuno.) Quia Iuno in Argo colitur, & nauis heroum ab Argo nomē habet ab Argiuis principibus, ut est apud Ciceronem in Tusculanis, ideo Iuno principes illos suos ad uirtutem, ad heroica facta inflammat, instigatq́;, ut Argo nauim conscendant.* *b* ℂ Peruenit.) *κατέβα pro κατῆλθε, deuenit.*

c ℂ Nautarum flos.) *ναυτᾶν ἄωτος, nautarum flos: hoc est, delecta manus, selectæ copiæ.* *d* ℂ Recensuit.) *λέξατο pro κατελέξατο, per ἀφαίρεσιν, id est, ordine recensuit, numerauit, censum fecit.*

e ℂ Mopsus.) *Secundum alios, tribus sunt usi uatibus Argonautæ, Mopso Ampycis filio, Idmone Atlantis, & Amphiarao Oiclei.* *f* ℂ *Sortibus.) Sortibus primum uaticinari consuerunt, fueruntq́; in sacris mensis tali, quorum iactu diuinabant: ueluti si me iactante, hoc quod dixero perueniat, fiet quod uolo; sin signum à me nominatum non cadat talo, nec me compotem fore uoti, arguit.* *g* ℂ Patrem cœlestium fulmine tonantem.) *Ioui primum libat, non autem Neptuno, ob eam causam, quod ut Aratus ait,*

– μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαί,
πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί, μεστὴ δὲ θάλασσα
καὶ λιμένες.

ἐγχεικέραυνον, quod fulmine pro hasta utatur, ut iam antea auditū, nominat. ἀμπνοὰν ἔστασαν, pro ἀνέπνευσαν, respirarunt. Quo indicat, uehementer Argonautas tonitru et fulmine Iouis territos, & ferè exanimatos fuisse.

[a] Acclamauit ergo eis

EPODOS, COLON XIII.

Vt remos agerent, prodigiorum [b] interpres, dulceis spes [c] subindicans. Remorū actio uero ab [d] argumentosis manibus cita pergebat: cumq́ austri flatu [e] ad inhospitalis ponti oram transmissi uenerunt, illic castum marini Neptuni delubrū

ſubiere : purpureus Thracenſium grex aderat, necnon diuinitus lapide extructa [f] aræ latitudo, ac dum ingens in periculum incidiſſent, domino nauium ſupplicabant,

STROPHE X. COLON XIIII.

Vt effugere daret [g] ineluctabilem [h] collidentiũ ſe mutuò petrarũ impetum. Geminæ autem uitæ erant, uoluebanturq́ celerius, quàm grauiter ſtridentium uentorum acies.

a ℭ Acclamauit.) κάρυξε pro ἐκάρυξε, proclamauit, diuulgauit. ἀμφιβολία hic eſt. b ℭ Vates.) τερασκόπος Nominatiuus eſſe poteſt : tum ad Mopſum uatem referendum eſt : prodigiorũ enim ſpeculatorem ſonat. Vates Mopſus Argonautis demandauit, ut remis manus ſuas admouerẽt. Vel acuſatiuus eſſe Doricus poteſt, multitudinis numer, inominatiuo ſingulari ſimilis : tum ad Iaſonem transferenda eſt oratio : ut ſit ſenſus : Iaſon Argonautis ſuis per præconem promulgauit, ipſos uates (Nam tres habebant, ut ſuprà demonſtratũ) debere remos uerſare. Verum prior ſententia melior eſt.

c ℭ Subindicans.) ἐνίπτων, ὑπεμφαίνων, ſubindicãs. ἁδείας ἐλπίδας, ſuaueis ſpes, de potiunda ſcilicet aurea arietis lana. ἁδείας pro ἡδείας. d ℭ Argumentoſis manibus.) τραχειᾶν παλαμᾶν. α pro ω Dorice, fortibus manibus. e ℭ Ad inhoſpitalis ponti oram.) Ponti Euxini eſt circuitio, de quo Plinius lib. 6. cap. 1. Pontus Euxinus, inquit, antea ab inhoſpitali feritate ἄξενος appellatus, peculiari inuidia naturæ ſine ullo fine indulgentis auiditati maris. Et ipſe in Europam Aſiamq́; funditur. &c.

f ℭ Aræ latitudo.) θέναρ uola manus proprie eſt. Metaphorice hic poeta pro latitudine uſus eſt : ἀ θένειν, quod eſt ferire. unde apud Euclidem ὑποθένουσα, ſubſecans uel ſuccidens linea dicitur. Hic ergo θέναρ βωμοῖο, latitudo aræ, pro lata ara accipitur περιφραστικῶς. δεσπότης ναῶν, epithetõ Neptuni. g ℭ Ineluctabilẽ.) ἀμαιμάκετον pro ἀκαταμάχητον, inſuperabilem, inexpugnabilem. h ℭ Collidentiũ ſe mutuò.) Per concurrentes hic petras Cyaneas intelligit, quæ ſunt inſulæ Ponti, ab alijs Symplegades appellatæ, traditæq́; fabulis inter ſe cõcurriſſe, quum paruo diſcretæ interuallo, ex aduerſo intrantibus geminæ cernebantur, paulumq́; deflexa acie, coëuntium ſpeciem præbebant. Plinius lib. 4. cap. 13. Pindarus has duas uitas,

hoc

hoc est, uiuas petras appellat, propter motum, quo concurrere uidentur, ſuum. Recordatur has petras Odyſſ. μ Homerus:

ἔνθεν μὲν γὰρ πέτραι ἐπηρεφέες, προτὶ δ' αὐτὰς,
κῦμα μέγα ῥοχθεῖ κυανώπιδος ἀμφιτρίτης.
πλαγκτὰς δή τοι τάς γε θεοὶ μάκαρες καλέουσι. &c.

[a] At mortem iam Argonautarum nauis ſcopulis illis, uentorũq; luctæ attulit. Ad [b] Phaſin enim deinceps redierunt, inde [c] ad nigros uultu Colchos appulſi uim eis fecerũt, apud ipſum Aeëtã. [d] Venerabilis porrò Venus celerrimis telis conſpicua, uariegatam motacillam, Bacchi auem, ex Olympo in [e] indiſſolubilem [f] quatuor radijs interſtinctum circulum iungens

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Ad homines primum detulit. Carmina præterea magica ſapientem [g] Aeſonidem docuit, ut Medeæ parentibus [h] reuerentiã adimat, utq; [i] deſiderabilis Hellas ipſam iam tum animo flagrantem flagro credulitatis ac ſuadelæ mutet. Atqui Medea ſanè protinus [k] fines & extrema paternorum certaminum demonſtrauit, oleoq; medicinã uehementium dolorum expultricem admiſcens, Iaſoni ut ſeſe perungeret dedit, [l] quum iam uiſum eſſet illis aliquod operæprecium, ut nuptijs mutuò complexu dulcibus conſocientur.

a ❨ *At mortem.) Metaphora eſt. hoc eſt, Argonauis è Cyaneis petris, uel Symplegadibus erepta eſt.* *b* ❨ *Phaſin.) Europæ fluuium, iuxta Mæotin lacum & Tanain, cuius & Apollonius meminit:*

φᾶσις δινήεις εὐρὺν ῥόον εἰς ἅλα βάλλει.
Impete cum uaſto Phaſis latum in mare trudit
Fluxum. *c* ❨ *Ad nigros uultu Colchos.) ἔνθα κελαινώπεσσι κόλχοισι, ad uultu nigros Colchos. Quidam κελαινὸν pro κατα-*

πλακτικὸν, hoc est, horrendum, ueluti facie & uultu horrendos uel consternanteis, ut ex ipso Colchorum uultu truculentia & saeuitia appareat. Alij dicunt quod Scythae sint Aegyptioru coloni, unde & eos nigricolores esse aiunt.

d ℂ *Venerabilis Venus.)* Quomodo Venus adiuuerit per iyngā Iasonē, *narrat.* Iynx *auicula est, ut Scholia tradunt, maculosis plumis, oblongo collo, lingua admodū protensa, frequenter sese uertens, ceruicē uolutans suam.* Hanc *sibi ueneficae accōmodam ad amatoria incantamenta rentur: unde accipientes, eam rotae cuipiam alligant, ac sua cantantes carmina circumuoluunt.*

e ℂ Indissolubilem circulū.) *Indissolubilis circulus, rotae est periphrasis.*

f ℂ Quatuor radijs.) τετράκναμον. κνήμη *radius est rotae.* Non *simpliciter ergo rotam quatuor habere radios dicit, uerum ideo, quod ad duos radios alae, & ad alios duos pedes iyngis adnexi sint.* Theocritus *in Pharmaceutria huius auiculae meminit, & posthac ode 4.* Nemeorum *hanc ipsam repetit* Pindarus. *Vnde prouerbiū est,* Iyngi trahi. *Sed hac de plura in* Nemeis. *Latini motacillā iynga uocant.* *g* ℂ *Aesonidē.) Aesonidē, Iasonē Aesonis filiū.*

h ℂ *Reuerentiam adimat.)* ἀφέλοιτ' αἰδῶ, *ut Medeae parentibus reuerentiam adimat: id est, Venus edocuit Iasonem, & eam illi gratiam adfudit, qua ita Medeae placeret, eiusq; amore inflammaretur, ut Medea huius amorem patris honori praeferret, ut mallet conseruatum iri Iasonem potius, quàm parentes suos, quum tamen diuino & naturali instinctu, parentibus honorem & obedientiam & gratitudinem deberet Medea.* *i* ℂ Desiderabilis Hellas.) *Hellas, id est Graecia. & continens pro contento* κατ' ὑπαλλαγὴν, *ut Cicero appellat huiusmodi schema. Ipsa Graecorum manus, cuius princeps erat Iason, ea inquam delecta Graecorum principum manus adeò suffurata est animū Medeae, uti mallet in Graecia quàm in Colchide habitare.* *k* ℂ *Fines paternorum certaminum.)* πείρατ' ἀέθλων, *fines paternorū certaminum demonstrauit. Hoc est, indicauit Medea Iasoni, qui labores essent exantlandi ei, à patre propositi. Vel sic intelligi potest: Monstrauit Medea (* ἄεθλον *enim & praemium & certamen ualet) quibus rationibus posset fines certaminum, uel praemiorū adipisci: hoc est, qua ope instructus, fieri posset uoti sui compos, & omneis exhaurire & superare labores, quos pater Aeëtes propositurus erat, & aureum uellus pro mercede referre.* *l* ℂ *Quū iam uisum esset eis.) Hoc est, ea ratione Medea pharmacum apparauit, quo posset in certaminibus superior euadere, ut se duceret in uxorem, alioqui tam fidam ei sese non exhibuisset.*

EPODOS, COLON XIII.

At quum Aeëtes [d]adamantinū aratrū in me-

dium

dium proferendo telluri infixisset, unà cum bubus flammam [b]è flauis naribus ardentis ignis spirantibus, qui æreis ungulis per uicem terram [c]incidebant, solus [d]ad iuga adducens, Iason appropinquabat: rectas autem sectiones intendens trahebat, [e]terræ dorsum [f]ad orgyæ longitudinem in profundum aratro uersæ, dissecans. Dixitq́ Aeëtes: Hoc operis nauis istius rex, quisquis est, ubi mihi perfecerit, [g]immarcescibilem stratũ tollat,

STROPHE XI. COLON XIIII.

Pellem [h]aureã, lana splendidam. [i]Hæc ubi memorasset ille, croceum suum indumentum projiciens Iason, dea fretus, opere tenebatur arandi: Ignis itaque ipsum non [k]turbat, iuxta pharmacorum peritissimæ amicæ incantamenta. Apprehenso ergo aratro, [l]bubulis colligauit necessitatis uasis, colla boum: quũq́ [m]lateribus ualenti naturæ acrem stimulũ iniecisset fortis Iason, [n]præfixum laboris pensum absoluit. Gemebat hoc uidens, tametsi clanculum hominis uirtutes uehementer admiratus Aeëtes.

a ¶ *Adamantinum aratrum.) Metaphorice durum, uel reuera ex Adamante factum. Quomodo uero Aeëtes primũ, deinde Iason aratro terrã prosciderit, est apud Apollonium, Orphea, Sophoclem, & Ouid. 7. Metamorph.*
b ¶ *E flauis naribus.)* ἀπὸ ξανθᾶν γενύων, *pro* ξανθῶν. & γενύων, *pro* ῥινῶν. *Nares flauæ sunt, propter igneũ quẽ efflãt colorẽ.* *c* ¶ *Incidebant.)* ἀράσσεσκον *pro* ἤρασσον, *sculpebant, deradebant, incidebant,* ἐχάρασσον. *d* ¶ *Ad iuga adducẽs.)* ἀγαγὼν, *ubi ad iuga perduxisset.* ζεῦγλα, ζυγά, ἢ ζεῦγα. γενικῶς ζεῦγλον, ζυγόν, ζεῦγον & ζεῦγος *dicitur.* αὖλαξ *sulcus, ab* αὐλὸν, *id est, longum: omne enim longum Græcis dicitur* αὐλόν. *e* ¶ *Terræ aratro uersæ.)* ἀναβωλακία γῆ, *terra in proscißione uel aratione glebã sursum reijciens remittens'ue. Ergo* ἀνα-

βωλακία hic est ἐπίθετον. f ℭ Ad orgyæ longitudinem.) Orgya longitudo est trium cubitorum, uel ambarum manuum extensio, ut Hesychius autor est. Germanicè klafter. g ℭ Immarcessibilem stratum tollat.) Incorruptibilem stratum, μεταφορικῶς pellem arietis auream uocat, prisco more. Veteres enim passim apud Homerum stragulis lectorum è pellibus factis usi esse leguntur. Scholia ueteres pelles substrauisse tradunt: hinc à κωδίοις κῶμα, id est, somnũ dici, eo quod super pellibus dormirẽt, uolunt: unde Aristoph.

ἣν σε μὴ μισῶ, γενοίμην ἐν κρατίνου κώδιον.

Incorruptibilem ideo dicit, quod aureum esset uellus, aurumq; non sit corruptioni obnoxium. h ℭ Aurea lana.) κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ, pellem aurea fimbria splendidam. θύσανος propriè fimbria est, dicta παρὰ τὸ θυσανοῦσθαι, hoc est, κινῆσαι, ut est apud Homerũ Iliad. β & ξ in Scholijs: uel παρὰ τὸ θύεσθαι, hoc est, παραιωρεῖσθαι, ut Pindarica hypomnemata habent: id est, à iuxta attollendo. Hinc metaphorice hic fimbria pro lana usus est, quod & ipsa instar fimbriæ sese attollat, propter bonam alimoniam, uel teneritudinem. i ℭ Hæc ubi memorasset.) Vt sit Iason Aeëtæ cum exemplum tum promissum secutus, memorat. k ℭ Turbat.) αἰόλλει pro ταράσσει. Ignis eum non turbat, non cõmouet, non retrahit. l ℭ Bubulis necessitatis uasis.) Βοέοις δήσαις ἀνάγκας ἔντεσιν αὐχένας, colla boum bubulis necessitatis uasis ligauit, id est loris, περιφραστικῶς.

m ℭ Lateribus ualenti naturæ.) εὐρυπλεύρων φυᾶ. Circuitio est boum, natura magnorũ laterũ: id est, boues quibus natura sunt grandia latera: unde et fortes sunt. n ℭ Præfixum laboris pensum absoluit.) Quæstio hic uersari solet, inquit Interpres, quomodo ignis non læserit Iasonem: & quia Pindarus non exposuit, discutienda est. Historia ergo sic habet: Medea Iasoni præcepit, ne boueis aduersus uenti flatum ageret, ne retroacta ignis flamma damnum acciperet, sed auras uentorum sequeretur: sic futurum, ut flatus boum ignei ad anteriora rapiantur. Iussit etiam, ut postquam sulcorum unum ordinem perfecisset, ne à fine isto colonorum more denuò inciperet, uerum ut retrorsum actis ab eo fine bubus, ab eodem semper loco ordiretur.

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Proinde forti uiro, socij amicas manus porrigebant, coronisq; herbaceis ipsum [a]redimibant, ac mansuetis sermonibus amicum conueniebant suum. Continuò [b]Solis admiranda proles Aeë-

tes, collucens ostendebat uellus, quod illic [c] Phrixi gladius extendebat. Arbitrabatur enim nihil porrò moliri posse Iasonem pro tollendo uellere: siquidem repositũ erat in saltu, [d] ubi impetuosissimis draconis genis custodiebatur, qui cum latitudine, tum longitudine, [e] quinquaginta remorum nauim occuparet, [f] quam ferri plagæ perfecerunt.

λόχμα, hoc est, denso arborib. uepribus'ue loco.

a ❡ *Redimibant.*) *θρέπτειν proprie ad animantia bruta refertur, ὅτι ἐπὶ τῆς ἔρας βόσκοιεν. hoc est, quod è terra pabula & pascua carpant. Hic pro στρέφειν, hoc est, cingere & coronare usus est. Coronis herbaceis eum ornarunt ueterum more, qui terræ uirentibus folijs uel herbis uictores suos decorabant, ut in quatuor celebrium Græciæ ludorum circulo liquet: uirtutis enim rationem, non pecuniarum seu quæstus habentes, uirentem uirtute & animum & caput, uirentibus omnium parentis terræ germinibus testabantur.*

b ❡ *Proles Solis.*) *περίφρασις est Aeëtæ, Solis admiranda proles: filius enim Solis est.* *c* ❡ *Phryxi gladius extendebat.*) *Nam Phryxus Ioui, fugæ autori, arietem illum immolarat, ut suprà narratũ. Proponit autem alterum laborem, uel monstrum potius, Iasoni uincendum.* *d* ❡ *Vbi impetuosissimis draconis genis.*) *Quur genis draconis, & non potius oculis custodiri uellus ait? An ideo, quod per Synecdochen & oculos & totum caput per genas significet? quod dentibus ori infixis pugnet? quodq; ueluti præcipua corporis sui parte & munimento sigillatim uellus illud custodiat? ore nanq; dentibus & lingua serpens potissimum dimicat. Et quanquam non letalem, ut alij serpentes, morsum infligat, ut Nicander est autor in Theriacis, attamen triplex est illi dentium utrinq; in ore ordo, qui illi os certe & caput omnino armant, ut uel solo illo dentium spectaculo horrendus appareat draco. Præterea & hoc memorabile est, quod cum aquila certamen ineat, ouis eius insidietur, leporem si quem ceperit eripere ei conetur. Tumq; aquila rursum pugnam init cum genis eius. Vbi Nicander sigillatim genarum mentionẽ facit, quod aquila bellum cieat cum genis draconis: quasi indicare poëta uelit, nusquã terribiliorem esse draconem, atq; in genis, uel ore, dentibus & capite. Versus Nicandri sunt:*

τῷ μὲν τ' ἐκπαγλον κοτέων βασιλήϊ@ ὄρνις,
αἰετὸς ἐκ παλάχης ἐπαΐξεται, αὐτίκα δ' ἔχθρην
δῆριν ἀγεὶ γενύεσσιν, ὅταν βλώσκοντα καθ' ὕλην
δέρκηται.

Proinde cum emphasi & synecdoche dicit Pindarus, impetuosissimis draconis genis custodiebatur. e ❡ *Quinquaginta remorum nauim.) Quod uero draconem istum longitudine & latitudine naui, quæ quinquaginta remorū ordines habeat, æquet, mehercle ingentem serpentis magnitudinem explicat. Multum erat si triremem longitudine æquaret. Iam quum* πεντηκόντορον ναῦν *uincat proceritate & craßitie sua, quid monstrosius, quid admirabilius dici potest? Talis enim draco exuperabit magnitudine sua portentosæ uastitatis anguem, quem primo bello Punico apud Bagradam flumen Attilius Regulus COS. acri prælio, magna suorum militum pernicie, balistis & catapultis ægre tandem interemit: cuius detracta pellis Romam missa, centum & uiginti pedes cōtinere inuenta est, ut Florus in 18. libri Liuij Epitome, & Gellius lib. 6. cap. 3. confirmant. Hic lubens omitto, quod draco à* δέρκω, *id est uideo, dicatur, quia acutū cernat. Prætereo etiam quod Aesculapio dicatus sit, utpote quem, ut Nicander ait, ipse in comosa fago, in monte Pelio, iuxta uallem Pelethronium educauerit: eoq; nomine, quod draconis sit plurimus in medicina usus, ut Plinius lib. 29. cap. 4. Vel, ut alij uolunt, ideo, quod eos qui medicinæ sese dedere uelint, oporteat esse & uigilantes draconis instar, & perspicaces. Verum quum hæc non huc pertineant, missa faciam.* f ❡ *Quam ferri plagæ confecerunt.) Periphrasis est structuræ nauis. Id est, quam ferrea fabri nautici instrumenta confecerunt. Ouidius in Transformatis, uipereos dentes in terram aratro proscissam satos autor est, unde armati subnati sint, qui ueluti in Iasonem facto agmine ruituri uidebantur, ac mutuis tamen uulneribus tandem conciderint.* [Viperei dentes sati.] *De hoc dracone 7. Metamorph. sic inquit:*

Peruigilem superest herbis sopire draconem,
Qui crista, linguisq; tribus præsignis, & uncis
Dentibus horrendus, custos erat arboris aureæ.
Hunc postquam sparsit Lethæi gramine succi,
Verbaq; ter dixit placidos facientia somnos,
Quæ mare turbatum, quæ concita flumina sistunt:
Somnus in ignotos oculos ubi uenit, & auro
Heros Aesonius potitur, spolioq; superbus
Muneris autorem secum spolia ampla reportans.

EPODOS, COLON XIII.

[a]Sed enim in uiam redeo tardius: reuertendū tamen, nam urget hora: quanquam & ego compendiariā rationem nouerim, dum & multis alijs

sapientibus,

ſapientibus, in breuiloquentia, ſi res ferret,[b] præceſſerim. Occîdit quidem arte cæſijs oculis, uaricoloreq; tergo ſerpentem Iaſon, ô Arceſilaë, furatusq; eſt tandem [c]Medeã, quæ Peliæ cædem intulit: inq; Oceani profunda, rubrumq; peruenerunt mare, [d]deinde ad gentem Lemniarum mulierum, [e]quæ maritos ſuos orco demiſerant, illic & corporum ſuorum uiribus, [f]uictoriæ præmiũ ueſtimentum acceperunt,

Redit ad Argonautas.

STROPHE XII. COLON XIIII.

Concubueruntq́.

a ℭ *Sed enim in orbitam redeo tardius.)* *Poſt longam hactenus Argonautarum interſertam hiſtoriã necdum abſolutam, ſemet ipſe corrigens, ad inſtitutum ſeſe reuocat, ſuijpſius caſtigatione.* *b* ℭ *Præceſſerim.)* ἄγκμαι *pro* ἥγκμαι. ἀμφίβολον *eſt: poteſt enim & ἀφαίρεσις pro* καθήγημαι *eſſe: tum ſonat, præceptor fuerim.* *c* ℭ *Medeam quæ Peliam occidit.)* *Furatus eſt Medeam, inquit,* καὶ σὺν αὐτῇ φόνον πελίαο, *& cum ipſa ſimul Peliæ cædem. Medea cædes & internitio fuit Pelei patrui Iaſonis: hic poſtquam in Theſſaliam reuerſus eſt, Peliam, à quo tantis periculis, adeoq; ipſißimæ morti obiectus erat, regno uiduauit. Vel ideo Peliæ necem attuliſſe Medeam ait, quod quum precibus filiarum Peliæ permota eſſet, iuuenili ætate ipſum donare (ſic enim Ouidius habet:*

Spes eſt uirginibus Peliã ſubiecta creatis,
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem.)

perinde ac Aeſonem iuuentutis ætate rurſum florere fecerat, fidem nõ ſeruarit filiabus, cæterum eas perſuaſerit ferrum in parentis uiſcera ſtringere, ut ueteri ſanguine emiſſo, ipſa herbarum ſucco & uiribus, nouum & recentem infunderet: atq; ea ratione ipſa tandem reſecuerit iugulũ Peliæ, fugaq́; ſibi conſuluerit.

d ℭ *Deinde ad gentem Lemniarum mulierum.)* *Hæc noue Pindarũ dicere Interpres aſſeuerat: non enim in reditu, ſed in abitu ad Colchos in Lemnias inciderunt. Gentem pro multitudine,* ἔθνος ἀντὶ πλῆθος.

e ℭ *Quæ maritos ſuos orco demiſerant.)* *Lemniorũ uxores in Venerẽ impie ſe gerentes, adſidue ei indignabantur, propterea quod odium ſui, maritis iniecerat. Mariti aduerſum Thracas belligerãtes, uictis ipſis uxores abſtulerũt,*

rem cum eis habentes. Quod animaduertentes Lemniæ, unanimiter inter ſeſe decreuerunt, reuertentes uiros occidere: atq; hoc decretũ ſuum opere ſunt perſecutæ. Hinc poëta eaſdem ἀνδροφόνους *appellat.* f ℂ *Victoriæ præmium ueſtem.) Argonautas pro ueſte apud Lemnias certaſſe, Simonides etiã autor eſt. Et Pindarus huius agonis ode 4. Olympiorum mentionem habuit.*

[a]Quin & in exteris terris [b]tunc ueſtros ſplendores fatalis planè felicitas, diu noctuq; comprehendit. Illic enim Euphemi genus proſeminatũ, in poſterum ſemper augebatur: [c]Et qui moribus Lacedæmoniorum cõmiſti ſunt, qui olim in Calliſtam inſulam migrarunt. Vnde & Apollo Libyæ agrum, [d]diuinã urbem Cyrenen, in qua aureus regis thronus eſt, ueſtræ adminiſtrationi cõmiſit, uti deorum honoribus eam excolatis

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Qui recta conſulendi mentem adepti eſtis.

a ℂ Quin & in exteris terris.) Orationem ad Arceſilaum transfert: quoniam Ariſtoteles progenitor eius à Lemniadibus ortum duxerat. Nam quũ Argonautæ cum Lemniadibus rem haberent, Euphemus è Malacha Leucophanen genuit, à quibus Ariſtoteles, qui & Battus, ad maiores Arceſilai pertinens. b ℂ *Tunc.)* τοτάκις, *tunc, quũ maiores ueſtri aureum uellus ſequundo uento auferunt, & à Lemniadibus tandẽ hoſpitio recipiuntur. Noctu & interdiu, apud Lemnias ſcilicet.* c ℂ *Et qui moribus.) Oratio ellipᵗica eſt, uel zeugma. Eſt enim ſententia: Et qui moribus Lacedæmoniorũ miſti ſunt, etiam proſeminati ſunt ex Argonautis apud Lemnias. Lacedæmonem enim uenerunt, ut antehac oſtenſum, ex Argonautis progenerati, quæſitum patres ſuos, quos matres poſtea ſunt ſecutæ. Deinde in inſulam Calliſten primum appellatam, duce Thera, unde Thera etiam dicta, migrarunt. Callimachus:*

καλλίςη το πάροιθε, τόδ᾽ ὕστερον ὄνομα θήρη.

Quæ primum Calliſto fuit, nunc nomine Thera eſt.

d ℂ Diuinam urbem Cyrenen.) Græce ad uerbum ſic uertitur: Vobis Apollo Libyæ campum dedit, ut eum deûm honoribus augeatis, utq; gubernetis diuinam, aureum thronum obtinentis, Cyrenes urbem. More ſuo urbem Cyrenes poëta uocat, Cyrenen faciens Nympham, ac tutelarem deam urbi cognominem.

minem. Cyrene aureum solium obtinet, quia in ea regia sceptra conspiciuntur. Verum quæ paulò ante præcedenti Epodo reddidi, nõ abhorrent ab his uerbis: idem enim utrinq; sensus.

[a]Agnosce nunc Arcesilaë Oedipodicam sapientiam. Si quisquã præacuta securi magnæ quercus ramos excidat, eiusq; admirandam speciem deformet, adhuc ipsa tamen incorrupta cõmoditate specimen sui præbere queat, si quando in hybernum tandem ignem peruenerit, aut cum rectis præcipuis columnis fulta, difficilem in muris laborem ministrat, suum ubi locũ deseruerit.

EPODOS, COLON XIII.

Atqui [b]medicus es mihi opportunissi. [c]quandoquidem & ipse uitam tibi tuam Apollo honore afficit. [d]Opus est clementem te adhibere ma-
» num, [e]hulcerisq; uulnus curare. [f]Facile enim uel
» cum imbecillioribus urbem concusseris: at pri-
» stino restituere integritati seu statui, hoc opus, hic
» certe labor est, nisi Deus principiũ, gubernator,
» ipsis etiam astiterit. [g]Tibi uero hęc Charites subornant & perficiunt [h]: quare patere circa felicem Cyrenen omnem admouere curam.

STROPHE XIII. COLON XIIII.

[i]Illud porrò Homeri in animo tuo reputans,
» quæso mihi dones: Nuncius, inquit, bonus, qua-
» uis in re maximũ precium fert. [k]Iam & Musæ bona fama & rectis denunciationibus crescunt. [l]Agnouit profectò Cyrene, celeberrimaq; Batti domus iustas Demophili solicitudines. Est quidem ætate iuuenis, consilio uero canus, quo uel ei qui

Batti, hoc est Arcesilai qui originẽ à Batto duxit.

h

dem in argumento Oedipodis tyranni:

ἔστι δίπουν, ἐπὶ γὰρ καὶ τέτραπον, οὗ μία φωνή
καὶ τρίπον, ἀλλάσσει δὲ βολὴν μόνον, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν
ἑρπετὰ, κινεῖται, ἀνά τ' αἰθέρα, καὶ κατὰ πόντον,
ἀλλ' ὁπόταν πλείστοισιν ἐπιγόμενον ποσὶ βαίνῃ
ἔνθα τάχος γυίοισιν ἀφαυρότατον πέλει αὐτοῦ.

αἴνιγμα est ἀμφίβολον, uel ad Arcesilaum, uel ad Demophilum referendum. Ad regem hoc modo. Per quercum, quæ tametsi ramis priuetur, specimen sui præbet, adeoq; fortitudinis insigne, ipse Arcesilaus intelligitur: qui licet seditione petitus ciuium, fortissime tamen restiterit, ac inuictus permanens ostenderit, quantum eximium regiæ uirtutis decus possit. Ad Demophilum uero hac ratione: Vt quercus loco mota, uel etiam excisa, siue ad gradũ peruenerit, siue in ignem, roboris sui argumentum præstat: consimili uia Demophilus, quamuis è patria exciderit, profugus & extorris sit, infracto tamen animo manet, nec cõuicia in te regem Arcesilaum iactat, sed candide, egregie & magnifice de te sentit. Est ergo ænigmatica insinuatio, qua irrepit in animum regis, cõmendans ei Demophilum à candore. Suscitarant autem quidam seditionem aduersus Arcesilaum, cupientes eum è regno eijcere. Atqui rex superior factus, in fugam adegit istos: quos inter Demophilus etiam erat: qui quum Thebas ad Pindarũ profugisset, impetrauit ab eo, ut hymnũ pro se ad regem placandũ pangeret: quod & iamnunc conficit. b ❡ Medicus es mihi opportunissimus.) In tropologia cœpta perseuerat. Medicum uocat, nõ quod sit re uera, cæterum quod laboranti exilio Demophilo, ceu medicus ægro subuenire possit opportunissimus, qui norit quo tempore, quibus horis, quibus ex rebus medicina impertiri debeat: hoc est, quomodo Demophilo auxiliandum sit: in eius enim arbitratu erat huius uiri salus & internitio. Summa, medicus es cõuenientissimus: non habemus hic opus Aesculapio, uel Chirone, uel Hippocrate: te uolumus.

c ❡ Quandoquidem & ipse Apollo.) Ipse Apollo tibi uitam tuam honorat: hoc est, ipse Apollo, tanquam medicorum præses, lumen uitæ conseruat, ut & regio te honore dotat, ut & tibi & alijs prodesse ualeas. Apollinẽ autem & medicum esse Epigramma græcum testatur, cuius hæc sententia est:

Pean cum Chirone, Asclepius Hippocratesq;. &c.

Vbi Pæan, hoc est, Apollo, primum locum obtinet. d ❡ Opus est.) Ad clementiam hortatur. Decere principem clementiorem, quàm crudeliorem nominari. e ❡ Vulnus hulceris.) Hoc est, quicquid habes uel erga urbẽ, uel Demophilum, decorum est ut prætermittas, eorumq; obliuiscaris.

f ❡ Facile enim uel cum imbecillioribus.) Gnome est, qua difficilius esse

dicit integrare urbem, quàm uastare: turbare ciues, quàm placare. Atq; his indi catur, quasi aliquid incendij & infortunij ipse Arcesilaus rex in urbe suscitauerit. g ℂ Tibi uero hæc Charites.) *Charites, humanitatis & amicitiæ & mutuæ beneuolentiæ deæ, studiorum & bonarum literarum sociæ, hæc tibi parant: id est, hunc hymnum & supplicationem. Ipsæ Charites & Musæ te pro Demophilo interpellant: hoc est, egoipse Pindarus apud tuam clementiam, hac oda pro exule amico meo intercedo.* h ℂ Quare patere.) *Hoc est, ne ægro animo feras, quod ego solicitem te pro Demophilo, idq; propter curam, qua erga rempublicam & ciuitatem tuam tangor. Ego quum uideam cõmodum fore uirum regno tuo Demophilum, ideo tibi eius nomine supplico.*

i ℂ Illud porrò Homeri.) *Sine, inquit, ut bonus fuerim uel angelus, uel legatus, uel nuncius eius nomine apud te rex. Sine ut preces meæ apud te aliquid ualuisse uideantur.* k ℂ Iam & Musæ.) *Is honos, & ea uis bonorum nunciorum est, ut & Musæ, literæ & poëmata per ea augescant. Bona & fortunata rei denunciatio, honesta item legatio, & ijs à quibus missa est, & ijs ad quos legatur, cõmodat. Angelus, nuncius, uel Talthybius bonam rem nunciat. Sic fit ut ipse euangelion καὶ μλωυτρον pro re nunciata recipiat. Ita tu Arcesilaë sic precor, ut reuertar auctus euangelio & præmio ad Demophilũ. Erit autem hoc præmij, si impetrauero, ut ei liceat redire. Sic Musæ meæ crescent: poëtica mea pluribus te posthac argumentis cõmendabit.* l ℂ Agnouit profectò Cyrene.) *Ad laudes & uirtutem Demophili descendit, à beneficijs in rempublicam per eum collatis, laudans: à sapientia item iuuenilis ætatis.*

m ℂ Separat.) *A summa uirtute, modestia nimirum & candore cõmendat extorrem Pindarus. Parcæ enim linguæ maximus thesaurus, ut Hesiodus ait. Quid sanctius, quid antiquius, quid Christianius, quàm de nemine male loqui, neminem facile iudicare, cõdemnare'ue?* n ℂ Didicit iniuriã odisse.) *A iustitia & synceritate.* o ℂ Nihil diu protrahens.) *Quasi à consilijs Arcesilai fuerit, hæc dicit: ac talis, qui ad regem causas detulerit, & qui ciuium negocia in curia regia pertractauerit: qui actiones & causas non, ut nunc fit in foro iudicij, in longam moram, imò in multos annos protraxerit.* p ℂ Siquidem breuis apud homines mensura occasio est.) *αἴτιον est, quur nõ possit rem aliquam diu suspendere aut differre. Rationem, inquit, temporis habet. atq; hic rursum eum à prudentia cõmendat. Quid enim prudentius, quàm uel occasionis uel temporis habere respectum, iuxta parœmiam γνῶθι καιρόν? Vt enim temporis iactura, multorum bonorum ruinam secum trahit: sic rursus, temporis cõmodus usus, innumerorũ malorum est ἀλεξιφάρμακον, plurimorumq; bonorum fons & causa. Atq; ut semel dicam, strenuus minister est, nouit quæ*

uis quæ sint opportuna: quæ sunt cōmoda & opportuna haud negligit. Hinc à sedulo cum officio & ministerio regi cōmendat. q ¶ Hoc enim omnium tristissimum.) Gnome est, qua eum ab usu & iudicio prædicat. Quorum bonorum expertus est, iis etiam fruitur, ea item perficit. Multi sunt, qui tametsi pleraq; mente teneant & cōtemplentur & agnoscant, nec ea tamen perducere in opus, neq; frui iis possint: hic uero huiusmodi dotibus est præditus, ut & quæ agnoscit bona, opere aggrediatur. Vel, Miserū est bona cognoscere, & ab illorum fructu necessariò excludi. ad fortunam Demophili refertur. Quæ pulchra & commoda sunt reipub. tuæ, ô Arcesilaë, nouit ille: cæterum cogitur ἐκτὸς ἔχειν πόδα, id est, extra habere pedem: hoc est, excluditur à patria, non potest ei, etiamsi maxime uelit, prodesse. r ¶ Enimuero Atlas etiamnū cum cœlo.) καὶ μὰν κεῖνος ἄτλας. Insignis est cōparatio, quæ ut breuis est uerbis, ita sententia & sensu Pindarico more prolixa. Hac enim ueluti per occupationē uel cōfutationē utitur. Confert aūt Demophilū Atlanti, Arcesilaum cœlo. Perinde ac si opponat ita Arcesilaus: Quid mihi adeò istum prædicas Pindare? Putas'ne solum esse Demophilum, qui ista nunc primum patiatur? Atlanta consideret, qui cum longe illo & felicior & potentior esset, attamen & patria & bonis uel regno suo orbatus est, hodieq; cum cœlo luctatur. Emphasis autem in COELO est. quasi dicat: Frustra adhuc hodie pugnat Atlas cum Dei uoluntate, uel cum superis: non potest restitui: (ita fabulam hic de cœlifero Atlante interpretatur) Sic ille ne frustra Demophilus apud me instet precibus, cum cœlo enim dimicat: hoc est, haud impetrabit quod uolet, Atlantis in modum.

s ¶ At immortalis Iupiter.) Oppositioni statim λύσιν, hoc est dilutionem subnectit: perinde ac si dicat: Verum est de Atlante paradigma, sed interim Iupiter Gigantes, qui aduersus eum belligerati sunt, liberauit. Summus deorum rex clementiam uictis tandem impertiit. Sic te par est huic abs te uicto & supplici cōmunicare mansuetudinem & beneficentiā & condonationē tuam.

t ¶ Sic in tempore.) ἐν δὲ χρόνῳ. Alia similitudine ad clementiam erga profugum hortatur. Vt uela pro tempore & pro uentorum & auræ permutatione mutantur, ita docet regis animū, seposita indignatione, erga uictos mitescere. Tēpestas resedit: uictus ille iam supplex est: ergo conuenit ut ei parcas. Superbi enim debellandi, subiectis parcendum. u ¶ Pernicioso labore.) Aerumnosa defatigatione exilii hactenus adflictus, precatur ut in patriam ad sodales & æquales suos redire possit. x ¶ Postremo ut narrare.) Per fontem carminum intelligit hunc hymnum, quem apud Pindarū Thebis agens Demophilus, adeptus est. Vel rectius, per fontem seipsum uates intelligit, clàm se talem uatem esse indicans, è quo, ceu fonte semper scaturiente, multi hymno-

rum riuuli profluant, quibus heroum & principum uirtutes adspergat, ac iuxtà quantus fuerit apud Arcesilaum, lectoribus cogitandum relinquit.

EIDEM ARCESILAO CVRRV, ODE V.

STROPHE I. COLON XIIII.

» M[a]Agnarum sunt uirium diuitiæ, quũ
» eas pura uirtute mixtas, mortalium
» quisquam, fortuna dante, [b]amicorum
» frequentiæ comites, protulerit: ô [c]diuinitus ad regnum adscite Arcesilaë. Tu uero à [d]summis celebris uitæ tuæ gradibus, bono cum nomine diuitias [e]accedis, [f]Castoris aureo curru inuecti gratia, qui post hybernũ imbrẽ circa tuũ beatum Larem [g]serenitatem [h]spirat & apparat.

ENARRATIO.

Argumentum. *Quoniam priori ode res à Iasone gestas potius per digreßionem & supplicationem pro Demophilo, quàm epinicion Arcesilai scripsit, iamnunc Lyricũ suo more, Pythiæ Arcesilai uictoriæ encomium canit: à natalium splendore, fœlicitate, Pythio certamine, Carrotho auriga, à maioribus, diuina ope, claris maiorum facinoribus, eum tollens.* a ℂ *Magnarũ sunt uirium.)* ὁ πλοῦτος εὐρυσθενής. *Ab haud uulgari gnome orditur: unde ad generis Arcesilai claritudinẽ progreditur. Pertinet huc suprà Callimachi audita sententia in Olymp.*

οὔτ᾽ ἀρετῆς ἄτερ ὄλβος ἐπίσταται ἄνδρας ἀέξειν.

b ℂ *Amicorum frequentiæ comites.)* πολύφιλον ἑπέταν, *diuitias appellat: quod multi diuitias sectentur, quodq́; multos opulenti amicos habeãt, iuxta illud poëtæ:*

Tempore fœlici multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

Vel ideo ἑπέταν πολύφιλον, *quod egenis & in necesßitate constitutis impertiatur.* c ℂ *Diuinitus ad regnum.)* θεόμοιρε, *deorum beneficio regnũ tenens.* d ℂ *Summis grad.)* ἄκρων βαθμίδων ἄπο.) *Anastrophe.*

e ℂ *Accedis.)* μετέρχῃ, *accedis, scilicet diuitias, nõ segniter illis utens,*

sed

ſed ad alendum equitatum, ſed ad patriæ defenſionem. Hoc enim eſt quod ait, ἕκατι χρυσαρμάτου κάστορος. f ℂ *Caſtoris aureo curru inuecti gratia.) Caſtor primus currui equos aptaſſe traditur à quibuſdam. Vel ideo Caſtoris cauſa inquit, quod ſit equeſtris deus, uel Homero teſte: uel quod maiores Arceſilai Lacones fuerint, unde etiam Tyndaridæ orti: ſiue quod Cyrenæi Caſtorem & Pollucem pro inſignibus habuerint.* g ℂ *Serenitatem.) Alludit ad ſeditionem Cyrenæorum, qua, ut priori hymno perceptum, aduerſus regem inſurrexerant, in qua Caſtoris ope ſeruatū ereptumq́; Arceſilaum adſerit. Comparat autem eleganter ſeditionem tempeſtati, tranquillitatem & pacem ſerenitati.* h ℂ *Spirat.)* καταιθύσσει, *hoc eſt, apparat,* κατασκευάζει, *uel* καταλάμπει. *Arceſilaum ergo ſtatim ab exordio huius hymni laudat, à ſplendore & opibus regijs, natum eum in regnū & ad regias opes adſeuerans: Caſtoriſq́; præcipue beneficio eum regijs opibus & potentia florere dicit.*

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

» [a]Sapientes à Deo ſibi cōmunicatam uirtutem » meliorem reddunt. [b]Te uero iuſte uiuentem multa felicitas complectitur, [c]nimirum quod ſis magnarum urbium rector. [d]Sic congenitus tibi oculus precioſiſsimū hoc regni tui munus animo tuo admixtum habet. Imò & nunc beatus es, quod ex ſplendido Pythio certamine, iam uoti tui per equos cōpos factus ſis, hymnumq́ præclarè abs te geſtarum ſuſcipias rerum,

EPODOS, COLON XIIII.

Apollinei ludi nomine. [e]Quare ne te Cyrene lateat, circa hortum Veneris iucundum ac cele» brem. [f]Cuiuslibet autem rei Deum autorem pone. Deinceps Carrhotū prę cæteris amicis amore proſequitor, [g]qui non Epimethei tardam mentem gerentis, filiam Prophaſin ducens, [h]Cyrenæorum æquitate inſignium ædes acceſsit: cæterum [i]præſtantiſsimo curru [k]circa fontem Caſta-

liam [l]hospes, munus capiti tuo imposuit.

STROPHE II. COLON XIIII.

[m]Incorruptibilibus loris adiutus, [n]iuxta delubrum curruũ, duodecies cursum complentium, [o]pedibus ualens.

a ℭ *Sapientes.)* σοφοί. *Gnome est generalis, quam speciatim ad Arcesilaum etiam refert, à sapientia iuxtà eum efferens. quasi dicat: Magna sunt bona quæ diuinitus possides, sed ea per sapientiam tuam ampliora facis. Vel: Diuitiæ & uirtutes tuæ magnæ sunt, sed sapientium poëtarum scriptis clariores fiunt.* *b* ℭ *Te uero iuste niuentem.)* σὲ δὲ πολὺς ὄλϐλος. *A felicitate & regio fastigio. Duo sunt, inquit, quæ te faciunt beatiorem. Alterũ, quod rex es: alterum, quod Pythiæ uictoriæ nomine celebraris.* *c* ℭ *Nimirum quod sis.)* τὸ μὲν, *partiendi nota: cui postea pro* τόδε, μάκαρ καὶ νῦν *subiungitur.* *d* ℭ *Sic congenitus tibi oculus.)* *Oculus tuus proprius eum maximum honorem menti tuæ coniunctum perspicit, nempe, quod sis insignium urbiũ rex. ut ita* ὅτι βασιλεὺς ἐσσὶ μεγάλαν πολίων, *per* ὑστερολογίαν *posteriori loco accipiatur. Pulchre autem menti honorem regium coniunctum dicit, uolens ipsum prudentia, grauitate, magnanimitate, & id genus regem exornantibus uirtutibus clarum esse. Porrò* συνεκδοχικῶς *oculus pro toto corpore accipi potest.* *e* ℭ *Quare ne te Cyrene lateat.)* τῶ. *Parænesis ad Arcesilaum, ut Cyrenes cura tangatur, quandoquidem Veneris hortũ habeat: hoc est, eo quod sit frugifera, eaq; de re amabilis, amœna & iucunda.*

f ℭ *Cuiuslibet rei.)* παντὶ μὲν. *Parænesis est pientissima, qua cuncta Deo accepta referenda docet: statimq; Carrothi aurigatoris beneficium subdit, ut cui post Deum Pythiam uictoriam debeat. Theotimus historicus,* ἐν πρώτῳ περὶ κυρήνης, *referentibus Scholijs, Carrhotum fratrem uxoris Arcesilai fuisse tradit: & ad Euphemum pertinere, quæ hic Carrhoto, Euphemi sanè successori, tribuat.* *g* ℭ *Qui non Epimethei.)* ὃς οὐ τὰν ἐπιμηθέος ἄγων. *Prometheus & Epimetheus fratres finguntur apud poëtas. Ac priori quidem, prouidentia & rerum agendarum præmeditatio adumbratur: posteriori uero, consilij ante actionum initia, negligentia significatur.* προμηθέως *filia est* προμήθεια, *hoc est, præmeditatio:* ἐπιμηθέως *filia est* μεταμέλεια, *id est, negligentia: uel, ut Pindarus ait,* πρόφασις, *id est, excusatio, uel logi, uerba. Hic speciatim obseruandum, quod* ὀψινόου αἰτίας *Epimethea* ὀψινόον *uocet. Recte enim* ὀψινόοι *sunt, qui post rem gestam, postq; acceptum*

ptum iamprimum damnum, consultant. Prophasin etiam pulchre uxorem ducunt: nituntur enim, sed ignaue prorsum, suam excusare ignominiam. Hoc est, Carrhotus non sine præexercitamentis, adeoq; uigilanti studio, ac strenua uirtute, uictoriam tibi Arcesilaë peperit. Fratrum horum apud Hesiodum mentio est, & crebrò apud Lucianū. b ¶ *Cyrenæorum.*) Βαττιαδᾶν. Per Battiades Cyrenæos intelligit, à Batto Battiades dictos. i ¶ *Præstantissimi currus munus.*) ἀεισάρματον γέρας. *Periphrasis est uictoriæ curru partæ.* k ¶ *Circa fontem Castaliā.*) *Castalia fons est Pythonis.* κατὰ σωνικόδικον Pytho intelligitur. l ¶ *Hospes.*) ξενωθεὶς, *hospitio receptus, uidelicet in Pythio spectaculo, seu certamine.* m ¶ *Incorruptibilibus loris.*) ἀκηράτοις ἡνίαις, *integris loris, non fractis.* n ¶ *Circa delubrum.*) κατὰ *præpositio subaudienda est, inquit Interpres, ut sit* κατὰ τὸ τέμενος. o ¶ *Pedibus.*) ποδαρκέων, *pedibus ualens & suis & equorum, quibus uictoriam retulit. In Olympijs autem nō semel auditum, currus in eiusmodi certamine duodecies rotari solere.*

[a]Nullum enim instrumentum confregit, sed pendet nunc, quemadmodū qui [b]fabrefactas artificum excellentium operas, pro uictoriæ argumento ducens, in concauo Apollinis saltu ad [c]Crisæum collem permutauit: [d]currū illum cupressina trabs habet prope statuam, quam Cretenses arcum ferentes in monte Parnaso posuerunt, [e]ex una natam arbore.

a ¶ *Nullum instrumentum.*) οὐδὲν ἔντεων, *nihil in curru confregit. Verum idem currus, inquit, quo uictoriam obtinuit Arcesilaus, iam Apollinis (cuius beneficio Pythiam uictoriam adeptus est) templo affixus & dicatus est, & anathema factus.* b ¶ χειριαρᾶν.) χειριαρᾶν τεκτόνων, ἃ χεὶρ καὶ ἁρμόζω. *Varia artificum arte & opera currum apparatum fuisse ait.*

c ¶ *Crisæum collem.*) κρισαῖον λόφον. *Crisam urbem, quā alij Cirrham, Crisæum collem appellat.* ἄλλος. *Carrhotus uarie ornatū artificiosoq; apparatū currū secū ducens, Crisæū collē, hoc est, Crisæ urbis montē Pythio certamine permutauit, id est percurrit. Hoc est, Carrhotus egregie currū suum in Pythio certamine circūegit, & ita circūegit ut palmā alijs praeriperet.*

d ¶ *Currum illum cypressina trabs.*) τὸ σφ'. *Locū ubi currus pendeat, ubi'ue in Apollinis gratiam fixus sit, commemorat.* τὸ σφι. *Pronomen illud*

σφί, respicit & Arcesilaū & Carrhotū. Curtum habet nunc σφί, id est, eis: hoc est, in gratiā tam Carrhoti quàm Arcesilai. e ℭ *Ex una arbore natā.)* μονόδροπον φυτὸν, *statuam ex uno aliquo robore, trabe' ue natam uel factam:* ἀ μόνον & δρέπεσθαι, *quod est* ἑλέσθαι, ἢ λαμβάνειν. *germen ex uno ligno decerptum, ex uno robore factum simulacrum.*

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

[a]Tua itaq; sponte benefactori te gratiam reddere cōuenit. Formosæ uero Charites te[b] Alexibiada depereunt.[c] Beatus es, qui & post insignē laborem, eximiorum sermonū memoriam tenes: [d]quum enim quadraginta aurigæ caderent, cursum tu solummodo intrepida mēte ferens, ad Libyæ campum peruenisti, paternamq; ciuitatem, [e]à claris certaminibus.

a ℭ *Tua itaq; sponte.)* Hortatur Arcesilaum, ut benefactori suo Carrhoto gratum se præstet. b ℭ *Alexibiada.)* ἀλεξιβιάδης. *Alexibij filius Carrhotus est. Laudat Carrhotū ab humanitate & clementia, & affectu, qualis est Charitum. Charites te* φλέγοντι, *id est, ardent, depereunt, amplectuntur: es Gratijs in delicijs, teq; ob tuam uirtutē Charites, & humanæ literæ euehunt.* c ℭ *Beatus es, qui.)* μακάριος ὅς. *Quia Gratijs in delicijs esse Carrhotum proposuerat, qua ratione id fiat statim subijcit. Ita te Charites, inquit, amant, ut felicem te, felici hoc hymno suo, post labores certaminis, quos sustinuisti, iamnunc prædicent.* d ℭ *Quum enim quadraginta.)* ἐν τεσσαράκοντα γάρ. *Inter quadraginta aurigas, solum Carrhotum superiorem fuisse ostendit. Hinc paulò ante etiam nihil in curru huius confractum adseuerabat, quadraginta reliquorū concertantium currus fractos esse subindicans.* e ℭ *A claris certaminibus.)* Hoc est, à uictoria Pythia.

EPODOS, COLON XIIII.

[a]Nemo autem laborū expers est, aut erit.[b] Battum uetus felicitas sequitur,[c] præter alia hæc simul tribuens, ut sit ipse[d] turris urbis,[e] oculusq; [f]hospitibus lucidissimus: Nam & illū[g] fastu gra-

ues leones præ timore fugerunt, ubi transmarinam eius uocem sentirent. Ad hæc præcipuus eius dux Apollo, uehementẽ feris timorem incussit, ut ne [h]promptuariũ Cyrenes imperfectũ aut non cõsummatũ fieret, cassato eius uaticinio.

a ¶ *Nemo laborum.) Amplificat gnome. Nemo mortalium laboris est expers. Nemo in hac uita calamitate perpetuò caret. Nemo uirtutem etiam citra sudorem, ut Hesiodus inquit, nanciscitur.* *b* ¶ *Battum uetus.) Redit ad Arcesilaum, à maioribus eum laudans.* *c* ¶ *Præter alia hæc.)* τὰ καὶ τὰ, *bona & mala. Felicitatem humanam non semper stabilem adserit, ut est & apud Homerum in 24. Iliad. de duobus dolijs.* *d* ¶ *Turris urbis.)* πύργος ἄστεος. *A fortitudine.* *e* ¶ *Oculusq́.)* ὄμμα φαεννότατον. *A prudentia.* *f* ¶ *Hospitibus.)* ξένοις, *hospitibus: id est, aduenis & externis.* *g* ¶ *Fastu graues leones.) Leones Africam inhabitantes, & ea loca ubi Cyrene postea est cõdita, fugati sunt aduentu Batti, eiusq́ Theræorum, Cyrenen illic occupantium, uel ædificantiũ etiam, ut Aristarchus. Quam uaria sit felicitate præditus, enumerat. Pietas ingens, & miraculum est, quod feræ sub aduentum Theræorum fugati sint.* *h* ¶ *Promptuariũ Cyrenes.) Ratio quur Apollo bestias abegerit: ut oraculum eius, quod de migratione Batti & Theræorum in Libyam, non cassaretur. Promptuarium Libyæ, periphrasis est fertilitatis.*

STROPHE III. COLON XIIII.

[a]Qui & funestorum morborũ pharmaca, uiris & mulieribus tribuit, præbuitq́ citharisticen, datq́ Musicen quibus uoluerit, qui [b]pacatum humanis mentibus legum moderamen inducit, & [c]fatidicum locum gubernat. [d]Vnde & Lacedæmoni, Argi, [e]diuinaq́ Pylo fortes Herculis liberos habitare fecit, Aegimijq́. [f]Meæ autem uocis amabilis gloria à Sparta est,

a ¶ *Qui & funestorum.)* ὃς καὶ βαρειᾶν νόσων. παρεμβολὴ, *uel amplificatio est, qua ad Apollinis artes digreditur, quas & Homerus in hymno in Apollinẽ numerat. Primo, Apollo est medicus: quod indicat, dum inquit,* ὃς

καὶ βαρειᾶν νόσων ἀκέσματ' ἄνδρεσσι καὶ γυναιξὶ νέμει. Secundo, Citharœdus, quod ostendit dum ait, πόρεν τε κίθαριν &c. Tertio, arte iaculandi ualet, quod Homerus exprimit, ipsum χρυσότοξον, ἀργυρότοξον, καὶ τοξοφόρον appellans. Quarto, uates est: id Pindarus innuit dum ita dicit, μυχόν τ' ἀμφέπει μαντήιον. *b* ℂ Pacatum legum moderamen.) ἀπόλεμον εὐνομίαν. Bona legum constitutio, pacis & concordiæ nutrix est: ideo recte εὐνομίαν uacare ait bello, pacatum esse eam rempublicam in qua εὐνομία uigeat. Iam Apollinem esse autorē quoq; τῆς εὐνομίας, è Musica & bonis literis nascitur. *c* ℂ Fatidicum locum.) Periphrasis est tripodis Delphici, uel Delphorum, ac ipsius oraculi Delphici. *d* ℂ Vnde & Lacedæmoni.) Vnde, τῷ est pro ὦ. refertur ad oraculum cuius meminit. Est alia ab oraculo Apollineo dilatatio. Volens ostendere Arcesilai generis stirpem ab Heraclidis propagari, Apollinis etiam oraculo Herculis posteritatem Lacedæmone, Argi, & Pyli habitasse dicit. Tripartita Heraclidarum diuisio est: siquidem Aristodemi filij Procles & Eurysthenes tenuere Laconicen, Temenus Argos, Cresphontes Messenā: atq; ij Apollinis sunt reuersi imperio. Neque obscurum est Aegimij liberos, Dymantem & Pamphilum, unà cum Heraclidis profectos esse. Insuper Thebani Lacedæmonijs cohabitarunt.

e ℂ Diuina Pylo.) ζαθέᾳ πύλῳ. Per Pylum Messenā accipit. Nam recentiores Pylum, cuius rex fuit Nestor, non circa Triphyliam Arcadiæ, sed iuxta Messenā constituunt. *f* ℂ Meæ aūt uocis.) Hæc in persona chori Libyci poëta dicit, uel in persona Arcesilai. ἠθοποιία ἢ προσωποποιία.

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

a Vnde nati uenerunt Theram uiri Aegidæ patres mei, *b* non citra deorū consilium & operam: sed enim *c* fatum quoddam ad lautum duxit conuiuium. Hinc suscipientes ô Apollo Carnéa tua, per symposium celebramus mirifice conditā urbem Cyrenen, *d* quam ferro gaudentes hospites Troiani *e* Antenoris filij habitant. *f* Cum Helena enim uenerunt, ubi fumantem atq; euersam patriam uidere,

EPODOS, COLON XIIII.

Martia ui.

a ❡ *Vnde nati uenerunt.)* *Poëta uel in Arcesilai uel sua persona hæc dicens, uel Arcesilaum abusq; Heraclidis genus ducere, uel sese ipsum esse cognatum Arcesilao, ostendere cupit. Ex Lacedæmone igitur Thebani qui illic cum ipsis habitarant, coloniam deduxerunt in Theram, ex Thera uero in Cyrenen. Nam Lacedæmonij cum ijs qui à Lemniadibus & Argonautis descenderant, migrarunt primo Therã, deinde Cyrenen. Aegidas ergo Lacedæmonios appellat ab Aegeo, non Thesei quidem patre, sed enim Thebano quopiam, unde Aegidarum familia Thebis. Migrarunt uero Thebani Lacedæmona primum cum Doriensibus & Aristodemo, ut Ephorus autor est in Scholijs. secundo, sub Timomacho. Proinde hæc est sententia: Maiores mei Aegidæ, hoc est Thebani, ab Aegeo, unde Aegidarum tribus est Thebis, Lacedæmoni progeniti, hoc est, ex posteritate propagati, Theram uenerunt per coloniam, per migrationẽ. Sese ipsum Pindarus ita ad genus ferè Arcesilai pertinere ostendit. Sed ad Arcesilaũ si quis referat, ei per me rursum liberum erit.* b ❡ *Non sine Deorũ opera.)* *Diuino Apollinis oraculo has maiorum demigrationes factas adserit.*

c ❡ *Fatum quoddam ad lautum conuiuiũ.)* *Diuina prouidentia & oraculo Delphico Theræos in Libyam migrasse præcedenti ode, in expeditione Argonautarum abunde satisq; explicatum est. Lautum uero conuiuium, est* περίφρασις *Libyæ Cyrenes, propter soli fertilitatem, eiusq; regni amplitudinem ac potentiam.* πολύθυτον ἔρανον, *ad cõuiuium multis uictimis celebre.* ἔρανον *hic habet, quæ uox non simpliciter conuiuium sonat, sed tale ubi suum quisq; cibum & symbolum adfert, ut ex Homeri Odyß.* α. *antea indicatum. Quanquã per Catachresin poëtis familiarem pro* εἰλαπίνη *usurpare potuit. Ideo autem multis uictimis conspicuam lætitiam uocat, ipsam Libyæ Cyrenen, propter Carnẽa festa. Nam Panegyris est Apollini dicata, quam* τὰ κάρνεια *nominãt, à* Καρνείῳ *Apolline dicta. Hesychius,* κάρνειος, *inquit, Apollinis epitheton est, fortasse à Carno Iouis & Europæ filio. Hinc ego auguror Carnum illum instituisse primum festiuitatem quandam, & solennem in Apollinis gratiam conuentũ, ubi uictimas illi ceciderunt, ac postea, ut moris erat, sint cõuiuati. Hinc ergo, hoc est, à Thera uel Thebis suscipientes Carnea tua: Aegidæ enim patriam religionem & panegyrin Carneorum, secum usq; Cyrenen transtulerunt. De Carneis est apud Athenæum 4.* δειπνοσοφιστῶν. Δημήτριος ὁ σκήψιος τὴν τῶν καρνείων φησὶ ἑορτὴν μίμημα εἶναι στρατιωτικῆς ἀγωγῆς. τόπους γὰρ εἶναι ἐννέα μὲν τῷ ἀριθμῷ, σκιάδες δὲ οὗτοι καλοῦνται. σκηναῖς ἔχοντες παραπλήσιόν τι, καὶ ἐννέα καθ' ἕκαστον ἄνδρες δειπνοῦσι. πάντα δὲ ἀπὸ προστάγματος κηρύσσεται, ἔχειν ἑκάστη σκιὰ φρατρίας τρεῖς, καὶ γίνεται ἡ τῶν καρνείων παρὰ

Carnea

λακεδαιμονίοις ἑορτὴ ἐπὶ ἡμέραι γνὕεα. d ℂ Quam habitant.) *ἔχοντι τάν.* Anastrophe est, pro *ἣν ἔχουσι*, Doricùs, quã habent ferro gaudentes *χαλκοχάρμαι*: à *χαλκὸς* æs, & *χάρμη* bellum: hoc est, fortes bellatores. *χαλκὸς* hic poëtica catachresi pro *σιδήρῳ*, id est, ferro accipi potest: & *χάρμη* à *χαίρομαι* lætor, pro lætitia. Nam per antiphrasin bellum significat, quod illic minimum sit uoluptatis: uel simpliciter, à gaudio, sed uictoris: uictoria enim plurimum exhilarat, lætosq; reddit. e ℂ Antenoris filij.) *ἀντανορίδαι.* In deuastatione Ilij, Græci pardaleo Antenoris domo pepercerunt, signo dato militibus, ut neminem ex Antenoris familia læderent: unde confecto excidio, Menelaum cum suis unà Antenor est sequutus. Menelaus uentis non adeò sequundis in Libyam est perlatus, ubi Antenoridæ, longo errore defatigati resederunt. f ℂ Cum Helena enim.) Excisa uidelicet & diruta Troia, ut iam narratum. g ℂ Martia ui.) Hoc est, belli potentia & acerbitate.

[a]Equestrem uero gentem diligenter [b]suscipiũt sacrificijs, uiri, [c]quos Aristoteles uelocioribus nauibus duxit, sali altam semitã aperiens, muneribus eos uestigantes. [d]Præterea maiora deorum nemora cõdidit, rectaq; protensam ac [e]leuem uiam Apollineis sacris, [f]quibus propulsantur mala, fecit, ut [g]lapidibus strata equinis ungulis calcata sonantiorẽ strepitũ cieret, quæ difficilis antea duraq; fuerat. [h]Illic in ultimo foro, [k]seorsim ab alijs regibus in monumentũ Battus est repositus

a ℂ Equestrem.) Ab honore fato perfunctos Antenorides sequuto, hic laudat. *τόδ' ἐλάσιππον ἔθνος*, equos agentem, equestrem, bellicosam gentem, ipsos nimirum Antenorides Troianos. b ℂ Sacrificijs suscipiunt.) *δέχονται θυσίαισιν*, hoc est, defunctos etiamnũ ueluti deos colunt. *ἰχνέοντές σφε*, inquirentes illos, monumenta illorum uisitantes. *δωροφόροι*, munera & uictimas adferentes. c ℂ Quos Aristoteles.) *τοὺς ἀριστοτέλης.* Periphrasis Cyrenæorum. Antenoridarũ ergo hic tanquam piorum meminit, certe mirifice, quod etiam ex fato in Libyam peruenerint, ad eosq; rursum oraculo Apollinis maiores Arcesilai sunt deducti: sanctos & pios & bonos fuisse Libyæ eos principes adseuerans, quibus Battus uel Aristoteles se socium fecit.

fecit. d ℭ *Præterea maiora deorum.*) *A rebus gestis Battum laudat. Cyrenen condidit, & ampliorem reddidit: plateam antea asperam lapidibus strauit, ut esset plana sacris & pompis, quæ in templum Apollinis illò ferebantur.* e ℭ *Leuem.*) πεδιάδα *leuem, planam.* f ℭ *Quibus propulsantur mala.*) ἀλεξιμβρότους, *mala ab hominibus propulsantes, uel oblationes, uel supplicationes.* g ℭ σκυρωτάν.) *Plateã scyroten uocat, quod idem ualet cum dictione* λιθόστρωτος, *uernacula lingua die steynstraß: à* σκῦρος, *quod lapidum, uel decidentem in lapidum cælatura uel incisione puluerem significat. In hoc uico Castoris etiam & Pollucis templum fuit.*

h ℭ *Illic.*) ἔνθα. *Alia ueneratio Batti, fatum eius insecuta.* i ℭ *In ultimo foro.*) πρυμνοῖς ἀγορᾶς, *hoc est, extrema fori parte. Metaphora dicta à* πρύμνη, *quæ dictio puppim, nauis posteriorem illam partem ualet.*

k ℭ ἀπίδιχα. *Ad alteram partem, uel seorsim ab alijs.*

STROPHE IIII. COLON XIIII.

[a]Beatus quidem apud suos erat, ac rempublicam suam colens augustus heros uiuebat, ideoq; in foro humatũ uoluere, quum cæteri reges ante portam ciuitatis sepulturã nacti sint. [b]Ingentem itaq; uirtutem molli rore conspersam, [c]unàcum hymnorum perfusionibus, [d]terrestri mente alicubi audiunt maiores tui, suam nimirum felicitatẽ, ac filio tibi suo [e]cõmunem iustamq; gratiam ô Arcesilaë: [f]quem in cœtu iuuenum decet, [g]aureùm gerentem ensem celebrare Phœbum,

a ℭ *Beatus quidem.*) *Ab honore, quo uiuentẽ prosecuti sunt: nempe & mansuetudine & clementia, atq; sepultura, quam propter uirtutem & amorem erga rempublicam ipsi in foro instituerunt, extollit: quum aliorũ regum sepultura, uel ante regiam, uel ante portam urbis esset. Quantum ab alijs regibus discreparit & excellentior fuerit, uel ipsa tumulatione ob oculos ponit.*

b ℭ *Ingentem itaq; uirtutem.*) *Ad Arcesilaum redit, eum à uirtutibus & Pythia uictoria laudans. Maiores tui Battus & progenitores exhilarantur ô Arcesilaë, uirtutem tuam qua eximius es audientes, conspersam molli rore, hoc est, fœcundam: uirtus molli rore conspergitur: ut ros enim irrigat prata, & rore conspersa fertilia redduntur, sic uirtus tua fœcunda est. Molli rore, id.*

est odis & poëmatis. e ℭ *Vnà cum hymnorum suffusionibus.)* *Quid per rorem metaphorice intelligat, ipse exponit, dum inquit,* κώμων θ' ὑποχεύμασιν. *Est fœcunda uirtus tua molli rore, id est hymnorũ suffusionibus.*

d ℭ *Terrestri mente.)* χθονίᾳ φρενί. *terrestri mente, ideo quod defuncti maiores, ueluti in terra iaceant, quasi in monumentis animæ quoq; recubent, poëtica loquendi forma.* e ℭ *Cõmunem sibi gratiam.)* κοινὰν χάριν, *cõmunem gratiam, id est oblectationem. Et ipsis tibiq; grata est, eritq; tua (qui filius & ipsorum es posterorum de numero) uirtus.* f ℭ *Quem in cœtu.)* *Gratum esse debere Apollini Arcesilaum innuit, ut qui eius beneficio Pythiam uictoriam, cuius ipse præses, retulerit: ut in sequenti Antistrophe persequetur uates. Estq; hic enallage personæ, à prima enim ad tertiam transilit: O Arcesilaë, quem decet, te scilicet.* g ℭ *Aureum.)* χρυσάορ *Apollinis epitheton, quod aureum ensem gestet, hoc est, quod aureis radijs terrã hanc & mundum illustret.*

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

[a]Cuius beneficio pulcherrimã sumptuũ persolutionem [b]ex Pythijs retulit, [c]gratiosum nempe uictoriæ melos. Nam & illum ipsum quem dixi [d]uirum, prudentes inquam laudibus uehunt. [e]Mentem ætate quidem meliorẽ pascit, linguaq; & fiducia inter cæteras aues alas expandens [f]aquila erat, [g]certaminisq; eius robur instar muri persistebat, [h]inter Musas à chara usq; matre uolatilis repertus est, sapiẽs [i]ac iuxtà auriga mõstratus.

EPODOS, COLON XIIII.

[k]Quicquid egregiorũ morum apud ciues fuit, primus aggressus est. [l]Deus illi nunc prouide fortitudinem & potentiam perficit, [m]quam & in posterum, ô felices Saturnij circa opera & consilia illi donetis, nec fructus arborũ corrumpens uentorum hyberna uis, tempus eius [n]laceret. Cæterum Iouis magna mens bonorum hominum felicitatem

citatem gubernat. Hunc & Olympicã uictoriam Batti generi dare precor, perinde ac Pythium ei concesſit munus, honorem'ue.

a ℂ *Cuius beneficio.)* *Quia hic ſumptuum meminit, magno conſtitiſſe Arceſilao hanc uictoriã arguit: tamen uictoriam omni ſumptu præſtantiorem eſſe.* *b* ℂ *Ex Pythijs.)* πυθωνόθεν *aduerbium locale, pro* ἐκ πυθῶνος. *c* ℂ *Gratioſum uictoriæ melos.)* *Hymno quo uictor celebratur, omnem ſumptum, quem in Pythijs ludis fecerit, perſolui adſerit.* *d* ℂ *Virum.)* *Dilatatio eſt uictoriæ.* *e* ℂ *Mentem ætate potiorem.)* *Iuuenem Arceſilaum ob canam prudentiam laudant, inquit. Inſigne certe encomion eſt, præter ætatem quempiam ſapientia & eloquentia exornatum eſſe.*

f ℂ *Aquila erat.)* *Præclara cõparatione, aquilæ eum confert. Vt aquila omnium uolatilium eſt præſtantiſsima & altiſsimi uolatus, ſic inter ſuæ ætatis principes Arceſilaus omnium & eloquentiã & prudentia eſt optimus, eſt excellentiſsimus.* *g* ℂ *Certaminisq; eius.)* *Fortitudinẽ eius in certamine, muro confert. Per admirationem etiam legi poteſt,* οἷον δὲ γυῖον: *quale eius robur in certamine? inſtar muri profectò.* *h* ℂ *Inter Muſas.)* *Literis ipſum à teneris unguiculis cõuerſatũ eſſe uult. A matre fuit uolatilis. Metaphora eſt. hoc eſt, à puero ingenio, ſapientia & prudentia clarus ita fuit, ut ueluti maturis alis uolare potuerit: id eſt, perfectus natura in intellectu & literis fuerit, perinde ac alterius opera nõ eſſet uſus.* *i* ℂ *Ac iuxtà ſapiens auriga.)* ἁρματηλάτας σοφός. *A felici currus adminiſtratione.* *k* ℂ *Quicquid egregiorum morum.)* ὅσαι. *Ab exemplo uirtutum, & moribus Arceſilai.* *l* ℂ *Deus ei.)* θεός τε οἱ. *A bene fauente, præſenteq; diuina clementia.* *m* ℂ *Quam & in poſterum.)* καὶ τὸ λοιπόν. *Peroratio eſt, qua ſuo more, ut florenti in poſterũ felicitate, Dei benignitate, Arceſilaus perfruatur orat.* *n* ℂ *Laceret.)* δαμαλίζειν, *petulantem eſſe, laſciuire inſtar uitularum: à* δάμαλις *uacca: quo uerbo utitur poſthac Pindarus* II. *Pythiorũ ode, Antiſtrophe ſecundæ ſtrophes.*

k

XENOCRATI AGRIGENTINO CVRRV, ODE VI.

STROPHE I. COLON IX.

A[a]Vdite, iam enim [b]nigroculæ Veneris, [c]Gratiarúmue agrum perambulamus, umbilicum uidelicet horriſonæ terræ, [d]ad templum accedentes: [e]illic felicibus [f]Emmenidis, [g]fluuialíq; Agrigento & Xenocrati, paratus [h]hymnorũ Pythia de uictoria theſaurus, in pulcherrimo repoſitus eſt [i]Delphico ſaltu.

ANTISTROPHE, COLON IX.

Quem neq; hybernus imber ſubitò cõcitatus & aliunde adſcitus, unà cum immiti turbidæ nebulæ exercitu, neq; uentus cum omnia rapienti [k]turbine ad angulos maris uerberatus, auferet: [l]faciem habens puro in uiro, patre tuo ô Thraſibule: at communem generi tuo glorioſam uictoriam mortalium ſermonibus [m]in Criſæ concauitatibus annunciabit.

ENARRATIO.

Argumentum. *Xenocratem Agrigentinum laudat, qui uictor euaſit Pythiade 24. Quod hymni non omnes pro rerum geſtarum temporibus ſint digeſti, planum eſt ex hoc, quod Arceſilaus, cuius in priori ode meminit, uictoria coronatus Pythiade 31. Non triade, ſed dyade ſectionũ hic uſus eſt poëta, nouem colis Strophe ſemp & Antiſtrophe contextis, omiſſa Epodo. Euehit ergo ipſum à patria, à Pythia uictoria, ac ſtatim orationem ad filium transfert ſanè Thraſybulum; ad finem uſq; huius odæ in eius præconijs perſeuerans: ut non immeritò epigrapha huius hymni talis eſſe debeat:* XENOCRATI *Agrigentino, & filio eius Thraſybulo, curru. Ipſum itaq; filium à pietate cum erga deos, tum parentes, à modeſtia, ſapientia & literis, ab equitatu, à candore, ac dulci cum amicis conuerſatione, extollit.* a (Audite.) ἀκούσατε. *Ab apoſtrophe ad auditores*

tores, uel ad eos, qui suum hunc hymnum sint perlaturi, hunc hymnum orditur: prima uoce attentos eos reddens. b ℂ Nigroculæ.) ἑλικώπιδ☉ ἀφροδίτης, Veneris nigros oculos habentis: per synecdochen pro formosæ.

c ℂ Gratiarū agrum.) Metaphora est, pro amœnissimo, quem ipsæ Charites incolant & Venus, ob iucunditatem suam. Ratio est, quur aureis arrigere debeant: formosæ enim Veneris & Gratiarum perambulamus agrum. Allegoria est, cuius hæc est sententia: Xenocratem laudaturi pulcherrimā præconiorum eius & iucundissimam præ manibus habemus materiem. d ℂ Ad templum.) Manet in cœpta allegoria. Sensus est: Laudaturi Xenocratē Agrigentinum, accedimus templum, ubi est umbilicus horrisonæ terræ, hoc est, Pythonem, quæ est in medio terræ sita, ut suprà cōmemoratū. Quur horrisonam uel frementem tellurem admodum uocat? An ideo quod Permessus fluuius Parnassi præterlabatur Pythonem? uel, quod oracula illic Apollinis ualde sonent, ac nunquā non præstò sint? e ℂ Illic.) Quid ex templo Pythij Apollinis relaturus sit, explicat. Inde uictoriā Pythiā adferemus, cuius illic monumētum cernitur in gloriam Emmenidarum, Xenocratis & Agrigenti.

f ℂ Emmenidis.) Per Emmenidas maiores Xenocratis intelligit. Hippostratus apud Interpretē, in Siciliæ genealogijs adserit Emmenidē & Xenodicum Thelemachi filios esse. Emmenidæ præterea eos esse nepotes & posteros, qui Theronis & Xenocratis temporibus in Sicilia floruissent. Xenodici uero liberos Hippocratem & Capyn postea esse abactos. g ℂ Fluuiali.) Agrigentum fluuiale nominat, quod eiusdem nominis fluuius præterfluat, ut in Olympijs est uidere. h ℂ Hymnorum thesaurus.) Dura ac dithyrambica metaphora. Hymnum suum thesaurum nominat, atq; eum neq; ab ullo imbre, uel uento demoliendum unquam adserit. Nam solæ literæ, reliquis caducis bonis pereuntibus, manent. Præterea quod imbrem immitem turbidæ nebulæ exercitum uocat, imbris eo nomine originē exprimit. Nam ut Physici sentiūt, & Socrates cum Strepsiade in Nebulis disputat, & Plinius in 2. historiæ naturæ habet, imber nascitur ex humore uel exhalatione uel uapore per solis calorem in aëra subleuato, qui si nubibus claudatur, ruptis tandem nubium membranis in imbrem dispergatur. i ℂ Delphico saltu.) Locum ubi uictoriæ consecratum sit encomium, ponit. Estq; Delphicus saltus, periphrasis Pythonis, uel etiam Delphorū, seu templi Apollinis. ἀπολλωνίᾳ νάπῃ, in Apollineo saltu. νάπη saltus est uel syluosus locus: qua significatione Nicander in Alexipharmacis utitur. Eiusdem significationis νάπος est apud eundem autorem in Theriacis, dum inquit, de Chironia, uel Centaurio loquens:

–ἠδ' ὑπὸ νάπαις

ῥίζα, καὶ ὁ βυθόωσα πλεθρόνιον νάπ@ ἔχει.

Hic uero τὰν νάπαν *campū quidam putant, in quo equestria certamina sint acta. Alij in treis parteis Delphos secerni aiunt, quarum una quidem sit summa, altera media, in qua etiam est quæ uocatur* Nape. *Atqui summatim pro* Apolli*neo templo accipitur hic.* k ℭ Turbine.) χόρας, *cœni lapidumq; mistura est, uel turbo. Magna laus hymni. Talis est thesaurus repositus* Xenocra*ti ac* Thrasybulo, *quem neq; imbrium uis, neq; uehemens uentorū turbo unquā diripiet, uel discerpet, uel abolebit.* l ℭ Faciem habens.) φάος δὲ πρόσωπον. *Subaudiendum est,* ἔχων. *Hactenus à* Pythia *uictoria laudauit* Xe*nocratem, nunc præconium patris ad filium* Thrasybulum *traducit. Laus enim filij in patrem etiam resilit.* m ℭ In Crisæ concauitatibus.) Crisa *Delphorum oppidum est. Atqui hic repetendum quod in origine* Pythiorū *annotatum est,* Pythonem *dictam etiam* Napen, Petreessam & Crisam. *Sic, in* Cri*sæ cōcauitatibus, accipiendum hic erit, pro* Pythonis *locis. Mortales genus tuum prædicabunt ô* Thrasybule, *ob uictorias cum tibi tum etiam tuis partam in* Pythijs *ludis.*

STROPHE II. COLON IX.

[a]Tu itaq; tenens ipsam dextrè rectam admonitionem ducis, quam olim Philyræ filium Chironem in montibus fortissimo Achilli parentibus
„ destituto cōmendasse ferunt: nempe [b]Saturnium
„ Iouem, & coruscationis & fulgetri grauiter tuen
„ tem gubernatorem, præ cæteris colendum esse:
„ neq; unquam honore tali statam parentū uitam
„ priuandam.

ANTISTROPHE, COLON IX.

[c]Sic & generosus quondam Antilochus hanc sententiā ferens pro patre occidit, crudelem belloq; obuios perimentem Aethiopū ducem Memnona adortus. [d]Siquidem Nestoreū currū equus
†duram impediebat, Paridis telis sauciatus, hic uero †robustam hastam administrabat. [e]Messenij tum senis perturbata mens filium suum inclamauit.

STROPHE

STROPHE III. COLON IX.

[f]Vanus autem ſermo eum non auertit ab inſti tuto: permanens enim diuinus ille uir, ſua morte patris uitam comparauit. Viſus eſt ergo ueterũ poſteritati, mirandum hoc opus perficiens circa parẽtes, ſummus fuiſſe uirtute. At [g]illa iam negli guntur. Ex noſtris uero uel Thraſybulus ad paternam regulam potiſsimum conſcendit,

ANTISTROPHE, COLON IX.

[h]Patruumq́ ſuum adiens, omnem ei ſplendorem indicauit, [i]mente diuitias cõtinens, neq́ iniuſtam neq́ ſuperbam ætatem tranſigens. [k]Sapientiam porrò è Muſarum adytis comparans: [l]teq́ terræ quaſſatorem Neptune, qui equeſtrem ludum periucundo animo reperiſti, totis uiribus accedit. [m]Præterea dulcis illius in amicis conuerſationibus mens, apum etiam cancellato operi reſpondet.

a ℂ *Tu itaq; tenens ipſam.) Laus filij, à pietate erga deos & parentes. Confert autem Thraſybulum Achilli. Quemadmodum, inquit, Achilles præceptoris ſui Chironis inſtitutioni obſecutus, pius & erga Deum & homines uixit: ſic tu Thraſybule Deum uereris & parentes obſeruas.* *b* ℂ *Saturniũ Iouem.) Duo prima Decalogi mandata, de religione in Deum & reuerentia in parentes, gentibus etiam cordi fuiſſe, ueterum philoſophorum, rhetorum & poëtarum Græciæ ſcripta teſtantur. Nec opus eſt hic adferre, quæ Phocylides, Pythagoras, Ariſtoteles, Iſocrates, in hanc ſententiam memoriæ prodiderint, quum ſint nemini non exploratiſsima. Qui in hiſce duobus mandatis ſpiritum duxerit, & reliqua uita exprimet: ex duorum enim priorum neglectu, reliquorum etiam uiolationem ſequi neceſſum eſt. Pius ergo fuit & bonus uir Achilles, dein Antilochus, & hic poſtremo Thraſybulus, dum Deũ & parentes ſuos ſunt uenerati. De ciuili hic uirtute loquor.* καὶ γὰρ τίς οὐκ οἶδε τὴν πρώτην ἐντολὴν τοῦ δεκαλόγου πᾶσι πανσυδὶν ἔθνεσι ἄγνωστον ὀφιτέλ-

στόντε καὶ ἀτέλεστον εἶν. *Liberis autem uerbum illud Dei memori mente ſemper uolutandum eſt, Venerare patrem & matrem, ut multã ætatem ſuper terram ſpiritũ ducas.* c ℭ Sic & generoſus quondam.) ἐγγένετο καὶ πρότερον βιατάς. Fortem & generoſum ſonat βιατὴς, à βία deducta uox. Antilocho Neſtoris filio, qui pro patre ſuo mortem oppetijt, Thraſybulũ confert, elegantißima dilatatione hunc hymnum amplificans. Non quod conſimilem ad modum à patris ceruice arcuerit hoſtis gladium Thraſybulus, uerum quod non minus pius in parentem ſuum Xenocratem fuerit, atq; Antilochus in Neſtorem. Meminit & Penelope huius Antilochi fata, ſed non à Memnone, uerum ab Hectore uictum dicit: quanquam Penelopen ex famæ relatu errare nõ non indecorum fuerit:

Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore uictum,
Antilochus noſtri cauſa timoris erat.

d ℭ Siquidem Neſtoreum currum.) Meminit & Homerus, quomodo equus currum Neſtoris impedierit, cum ait:

σὺν δ' ἵππους ἐτάραξε κυλινδόμενος περὶ χαλκῷ.

Quod uero pro patre occubuerit Antilochus, ſummatim Homerus oſtendit cum inquit, Odyß. 4.

τὸν ῥ' ἠοῦς ἔκτεινε φαεινῆς ἀγλαὸς υἱός.

e ℭ Meſſenij ſenis.) Meſſenius ſenex, periphraſis eſt Neſtoris, qui eſt è Meßena regione & urbe, non longe à Pylo ſita, ut Stephanus & Strabo habent. Inclamauit & deplorauit filium ſuum Antilochum à Memnone intereuntem Neſtor. f ℭ Vanus ſermo.) χαμαιπετὲς δ' ἄρ' ἔπος, uanum, prauum, in terram decidens. Irritus ſermo patris non auertit Antilochum ab inſtituto, quo minus aggrederetur Aethiopem. g ℭ Illa iam negliguntur.) Hodie non multi reperiuntur, qui ſeſe Antilochi in morem gerant. Vel per correctionem & reditum accipi poteſt: quaſi dicat: Sed hæc iam faciemus miſſa, & ad inſtitutũ reuertemur. h ℭ Patruumq; ſuum.) Auunculum Theronem ſcilicet, is enim frater Xenocratis patris Thraſybuli fuit.

i ℭ Mente diuitias cõtinens.) νόῳ δὲ πλοῦτον ἄγει. Id eſt, ratione quadam diteſcit. uel, ob potentiam ſuam & diuitias non erigit criſtas, non eſt arrogans, non faſtuoſus: ab inſigni eum prudentia cõmendans. Mente diues eſt, animi bonis clarus eſt. k ℭ Sapientiam porrò.) A ſapientia ex bonis literis parta. l ℭ Teq; terræ quaſſatorem Neptune.) τὶν τ' ἐλέλιχθον. Neptuni eſt epitheton ἐλελίχθων, terræ cõcuſſor. Ab equeſtri certamine. Neptunus enim equeſtris deus eſt. m ℭ Prætereà dulcis illius in amica cõuerſatione mens.) A candore & amica apud coëtaneos conuerſatione. Mentem

Thrasybuli adeò candidam, adeò in conuersatione dulcem esse ait, ut uel mel ipsum dulcedine sua uincat.

MEGACLI ATHENAEO QVADRIGA, ODE VII.

STROPHE I. COLON VII.

PVlcherrimum[a] clarissimæ ciuitatibus Athenæ procemium, haud uulgaris potentiæ Alcmæonidarũ generi præbent, ut inde fundamentum iaciatur hymnis, quos equi meruerunt. [b]Quam enim patriam, quam'ue domũ incola ego Græciæ Megaclis ædibus præstantiorẽ deprædicare potero?

ENARRATIO.

Megacles, cui hæc ode inscripta est, Atheniensis, uicit quadriga Pythijs ludis. Ad Alcmæonem hic genus suum retulit ditissimum illum. Siquidem quum ad Crœsum is peruenisset, à rege illi permissum, ut ingressus gazophylacium, quantum uellet exportaret. Indutus ergo cothurnis, Dionysiacis calciamentis, factoq; sinu, auro sese oppleuit: quin & capillis aurum illigauit, oriq; suo iuxtà indidit, ut ita præ pondere uix incedere posset. Quo ex gestu ad risum effusus rex, alijs illum maioribus honorauit muneribus. Hinc Alcmæon ille omnium celeberrimus in Attica factus est. Ab hoc Alcmæonidæ, qui Pisistratidarum tyrannidem abrogarunt. Laudat Megaclem à patria, à sua maiorumq; uictorijs. Argumentum.

a ℂ *Clarissimæ ciuitatibus.)* *Quia Megacles Atheniensis est, hymnus illius uictoriæ dicatus, prius & antiquius exordium habere non potest, quàm ab ipsis Athenis.* μεγαλοπόλιες *nominat, ad Thesei regis prudentiã respiciẽs, qui multos uicos Atticæ sparsos, in unam urbem Athenas collegit ac transtulit, ut Isocrates in encomio Helenæ testatur.* b ℂ *Quam enim patriam.)* *A patriæ claritudine. Athenas omnium Græciæ urbium clarissimam esse ait: quod nullis argumentis confirmationis eget: præclara enim eius urbis facta, & excellentissima in omni eruditionis genere ingenia, uel hodie usq; testantur.*

ANTISTROPHE, COLON VII.

Siquidem per omneis urbes sermo de[a] Erechthei ciuibus habetur. [b]Apollo Pythiam illi domũ

tuam admirandã parauerũt. [c]At uero me quinq; Isthmiæ uictoriæ trahunt, una excellens item Olympiaca, duæq; Delphicæ,

EPODOS, COLON IX.

O Megacles, & uestræ & maiorũ. [d]Ob recentem quidem felicitatem gaudeo, uerum & quadantenus doleo, reputans inuidiam, quæ permutare rerum prosperum successum consueuit. [e]Atqui uulgatum est, uaria homini florenti constituto fortuna contingere.

a ¶ *Erechthei ciuibus.*) *Periphrasis ast Atheniensiũ. Erechtheus enim Athenarum princeps fuit, ut Isocrates in Panegyrico testimonium dicit. hinc Erechthidæ Athenienses dicuntur.* *b* ¶ *Apollo Pythiam.*) οἳ τεόν τε δόμον. *Incenso per Pisistratidas tyrannos Apollinis templo, Alcmæonidæ ab ijsdem in fugam acti, se templũ reædificaturos sunt polliciti. Acceptis ergo pecunijs, collectaq; manu, in Pisistratidas sese armarunt: deinde uictoria potiti, multo tripudio & gratiarum actione suum Apollini templum instaurarunt.*

c ¶ *At uero me.*) ἄγοντι δέ με. *A uictorijs, scilicet Istmijs, una Olympia, duabus Pythijs.* *d* ¶ *Ob recentem felicitatem gaudeo.*) *Hoc est, ob uictoriam hanc Pythiã recens partam lætor: uerum doleo inuidiæ nomine, quæ propterea te impetit. Aristarchus hanc oden uictoris incidisse in threnos (quos item scripserat) Hippocratis cognati Megaclis affirmat. Verũ simpliciter accipi potest de inuidia, uirtutem semper comitante: unde & gnomen statim consolatoriam adijcit, quasi animare uelit Megaclen, ne uel pili faciat suos osores. Eam enim stabilem esse felicitatem, quæ inuidia & quibusdam infortunijs temperetur, ne nimium cristas nimia felicitas erigat.* *e* ¶ *Atqui uulgatum est.*) οὕτω κεν ἀνδρί. *Ea est stabilis & firma felicitas, quæ subinde bona & mala sustinere posit: nam suum cuiq; felicitati malum ferè appensum est: perinde ac Homerus etiam testatur:*

τῷ περ μῶ σ' ἐθέλησι δίδω δ' ἀγαθόν τε κακόν τε.

ARISTO-

ARISTOMENI AEGINETAE LVCTA TORI, ODE VIII.

STROPHE I. COLON IX.

O Amica menti & cogitationi Tranquillitas, ô [a]Iustitiæ gnata, urbes maximas conseruans, [b]& consiliorũ & bellorũ excellentissimas claueis habens, [c]Pythionicum Aristomeni honorem suscipe. Tu enim [d]quod molle & mite est, & facere & ferre potes, temporis ipso, ut res tulerit, procursu.

ANTISTROPHE, COLON IX.

Tu quoties immansuetã quis in corde iram cõtraxerit, aspera ægreferensq́ occurris, proq́ uiribus tuis [e]iniuriam in sentinam ponis. [f]Te neq́ Porphyrio, quum præter fatum certaret, obseruauit. [g]Preciosissimum sanè lucrum habet, quod ex ædibus uoluntarij donantis retulerit quisquã.

EPODOS, COLON XI.

Iniuria quidem arroganti, suo tempore noxia est. At neq́ [h]Cilix Typho [i]multorum capitum, neq́ [k]Gigantum rex tranquillitatis potentiã effugit. Domiti sunt enim, [l]hic Iouis fulmine, ille Apollineis telis. [m]Qui Apollo benigna mẽte, [n]Cirrhæ, [o]Parnassia herba, [p]Doricaq́ laude coronatum [q]Xenarcis filium suscepit.

ENARRATIO.

Aristomenem Aegineticum, qui uicit Pythiade circiter 35. lucta, cõmendat, à patria, à uictoria cognatorum & suis: à fortitudine. Insigne porrò huic hymno attexit exordium, tranquillitatem siue pacem graphice depingens. Consonat huic procemio Psalmus ille Dauidicus: Ecce quàm bonũ & quàm iucun- **Argumentum.**

dum. Commendat autem pacem & tranquillitatem, siue propter Aeginetarum politiam, siue uictoris Aristomenis mansuetudinem. Videtur mea quidem opinione ad nomen ipsum poëta respexisse, ac mores nomini pulchre couenientes perpendisse, dum à tali exordio hanc oden auspicaretur. Sonat enim optimæ mentis hominem ἀριστομένης. Iam quid melius, quid iucundius, humanitate, tranquillitate, pace, mansuetudine? a ℂ Iustitiæ filia.) δίκης θύγατερ. Iustitiæ filiam poëtice tranquillitatem facit. b ℂ Et consiliorum.) Egregium tranquillitatis & concordiæ, imò aureum præconum: tranquillitas, pax & concordia, cum pacem tum bellum administrat. c ℂ Pythionicum honorem.) Precatur, ut ipsa diua ἡσυχία benigne hymnū hunc, in laudem Pythiæ Aristomenis uictoriæ factum, suscipiat. d ℂ Quod molle est.) Es tua natura est, ut possis quæ sunt mollia & iucunda, cum facere tum sustinere: deinde, quæ dira sunt & atrocia, rursum potes arcere, uel mitigare.

e ℂ Iniuriam in sentinam ponis.) ἄντλον & mare & sentinam Homero significat, dum inquit:

ἄντλῳ δ' ἐν δὲ πνοὴ πεσὸν ὡς εἰναλίη κήξ.

Ergo τιθέιν ἐν ἄντλῳ, ponere in sentinam, Pindaro allegorice est submergere, componere, compescere, ἐκποδὼν ποιεῖν. f ℂ Te neq; Porphyrio.) τὰν οὐδὲ πορφυρίων. Contrario exemplo amplificat tranquillitatis encomium. Porphyrio gigas ille, atheus, expers quietis, pacisq; fuit.

g ℂ Preciosissimum sanè lucrum.) κέρδος φίλτατον. Gnome est, qua Porphyrionis factum improbat, ac nequiter & uiolenter eum egisse probat, dum Ioui unà cum cæteris reluctatus est, & cœlum Ioui adimere nisus. Munus, inquit, optimum est illud, quod ab hilariter dante amico quispiam accipiat. Verum nihil lucrum tum prodest, si rapina, fraude & iniuria partum sit. quasi dicat: Tu Porphyrio, tuq; Typho, non debebatis, tranquillitate uiolata, Iouem lacessere, & ab eo auferre, quod sponte sua uobis non offerebat.

h ℂ Cilix Typho.) Typhonem gigantem, quem suprà in quarta Olympiorum, & prima Pythiorum ode in Sicilia posuit, nunc in Ciliciam transfert. Ratio est, quod τύφειν ardere significat. Vnde ubi igni nocturno montes ardent, illic humatos esse gigantes poëtæ finxerunt, ut prima Pythiorum ode perceptum. Meminit & aliorum & Porphyrionis Horatius in 3. Carminum.

i ℂ Multorum capitum.) πολυκέφαλον hic nominat, quē 4. Olympiorum hymno ἑκατογκέφαλον dixit Typhoëa. k ℂ Gigantum rex.) Per gigantum regem num Porphyrionem uel Briareon accipiat, candidus lector iudicet. l ℂ Hic Iouis.) Typho Iouis flumine ictus, Porphyrion Apollinis sagittis traiectus perijt. m ℂ Qui benigna.) ὃς εὐμενεῖ.

μύνει. *Pulchre exordium applicat ad mansuetum Aristomenem Pythium uictorem, ubi ad Pythium de industria Apollinem peruenit.* n ℭ *Cirrhæ.) Delphorũ oppidũ Cirrha est: pro Delphis accipitur.* o ℭ *Parnasia herba.)* ποία παρνασία. *Herba Parnasia laurus est, Apollini sacra.* p ℭ *Dorica laude.) Per Doricã laudem, Aeginetarũ hymnus intelligendus est: Dorienses enim ab Argo in Aeginam demigrarunt, ut Scholia.* q ℭ *Xenarcis.) Xenarces pater est Aristomenis: hospitalẽ & liberalem sonat, à* ξένος *hospes, &* ἀρκέω *sufficio, præbeo.*

STROPHE II. COLON IX.

Proinde iustitiæ ciuitate florens insula Aegina, [a]à Gratijs non excidit inclytis [b]Aeacidarum uirtutibus apprehensis. Consummatã iaminde ab initio gloriam habet, tum quod plerisq; semper uictricibus in certaminibus decantatur, tum quod excellentissimos celeribus prælijs heroës educarit.

ANTISTROPHE, COLON IX.

Quæ certe [c]uirorum ornamenta sunt. [d]Atqui hac uice non mihi tempus suppetit, ut longa concione Aeginam prædicem, lyra, molliq; cantu, » ne satietas aduentu suo molesta sit. [e]Quod uero ante pedes meos currit, eat. [f]Tuæ res Aristomenes præclaræ, circa meã artẽ recentissimæ uolãt.

EPODOS, COLON XI.

Vestigia nanq; fratrũ matris [g]per luctam imitatus, [h]Theognetũ Olympico certamine non redarguis, neq; Clytomachi in Isthmo robustis membris partam uictoriam confundis: multiplicans [i]Midylidarũ gentem sermonem fers illum, quẽ olim Oeclis filius Amphiaraus, quum Thebis septem portas habentibus filios acriter inter

ſeſe pugnantes cerneret, protulit:

STROPHE III. COLON IX.

Quàndo ex Argo altera expeditione, poſteri Thebas profecti ſunt.

a ❨ *A Gratijs.) A patria Aegina uictorem euehit. A Gratijs non excidit, hoc eſt, Aegina humanitate, mutua beneficentia & amicitia floret.*

b ❨ *Aeacidarum.) Inclytas Aeacidarũ uirtutes ſequens. Aeacidæ ſunt Aeaci & filij & nepotes uel poſteri. Filij eius ſunt Telamon, & Peleus: Telamonis, Aiax & Teucrus: Pelei, Achilles. Aeginam autem incoluit Aeacus, ut eſt uidere apud Iſocratem in Euagora, ut & in Olympijs indicatum. A præclaro ergo principe Aeaco, ab ingenijs certaminibus experiundis accõmodatis, ab inſignibus heroibus extollit. Valde autẽ multos nicephoros ea Aegina peperit, ut liquidò apud Pindarum apparet.* *c* ❨ *Virorum ornamenta.) Emphaſis eſt in dictione uirorum. Hæc certe clariora facta euidenter cõfirmant, Aeginetas uiros forteis eſſe.* *d* ❨ *Atq; hac uice.) ἀπόδιωξις uel μετάστασις. Tempus non ferre ut plura de Aeginæ laudibus adducat, ne ſatietas moleſta ſit, ſi ſæpius Aeginam laudet.* *e* ❨ *Quod ante pedes meos.) Hoc eſt, quod in procinctu eſt, & iam præ manibus, illud non omittam.* *f* ❨ *Tuæ res Ariſtomenes.) Propoſitio eſt, qua relicta Aegina, ſe Ariſtomenẽ iamnunc prædicaturum adſerit. Tuæ res geſtæ, uictoria Pythia: recentiſſimæ, recenter & nuper parta, uolant circa meam artem: hoc eſt, materiem laudum præbent, quibus te meis poëmatis extollam.* *g* ❨ *Per luctam.) παλαισμάτεσι. A lucta primum hic laudat Ariſtomenem.* *h* ❨ *Theognetum.) Theognetus Olympicorum, Clytomachus Iſthmiorũ uictores, auunculi fuere Ariſtomenis. θεόγνητος à Deo genitum, uel diuinam generationem ſonat. Clytomachus, fortiter & ſtrenuè pugnantem, ſeu pugna inclytum.* *i* ❨ *Midylidarum.) Familia in Aegina eſt Midylidarum, ab autore ſuo Midylo. Genus inquit, μιδυλιδᾶν, hoc eſt, genus & gentem patriam amplificans, illum fers ſermonem, tibiq; conuenit, in te locum habet gnome, quam olim uates Amphiaraus protulit, quum uideret ſuperſtites liberos fortiter aduerſum Thebanos dimicare. Laudis locus, à fortitudine petitus.*

" Tum enim ijs dimicantibus inquit: [a]Generoſa
" uirtus natura ſua eximia eſt; prudentia quoq; pa
" rentum, ſoboli eſt decora. [b]Intueor palàm Alc-

maonem,

maonem, in ſcuto ſuo draconem nigrore uarium uertentem primum in Cadmi portis.

ANTISTROPHE, COLON IX.

Atqui Adraſtus heros priori bello defeſſus, nunc melioris augurij nuncio detinetur,[c] nec pro ſuæ domus more aget.[d] Solus enim ex Danaorũ exercitu, cæſi filij oſſa colligens, diuina benignitate, cum innoxio populo proficiſcetur,

a ℂ *Generoſa uirtus.) Gnome eſt, qua in Ariſtomene paternam & gentilitiam uirtutem eniteſcere dicit.* *b* *Intueor palàm Alcmaonem.) Amphiarai filius eſt Alcmæon, Talai filius Adraſtus. Alcmæon itaq; draconem in ſcuto gerit, eo quod augurijs & uaticinijs idonea ſit beſtiola, ut quæ antra terræ ſubrepat, perinde ac uates Amphiaraus tellurem ſubijt. Pulchre aũt filius patris artem, uaticinationem nempe, Draconis ſymbolo adumbrat.*

c ℂ *Nec pro ſuæ domus more aget.)* τόδε κατὰ τὸν ἴδιον οἶκον γνωτίως πράξει. *Quid Amphiaraus uaticinatus ſit, enumerare pergit. Secunda, inquit, expeditione, qua nunc Amphiaraus eum belligerari cernit, non pro ſuæ gentis more aget, longeq; alia pugna erit, quàm ſit antea expertus. Priori enim bello Adraſtus ſolus reliquis omnibus interemptis ſeruatus eſt. Altera expeditione, omnibus ſuis ſeruatis, ſolo filio Aegialeo eſt orbatus: autore Hellanico apud Interpretem.* *d* ℂ *Solus enim ex Danaorum.)* μοῦνος γὰρ ἐκ δαναῶν. *In prima expeditione ſex duces interierũt, ſolo Adraſto ſuperſtite. In ſecunda ſolus Adraſti filius Aegialeus occidit. Vnde Nemeſin deam uindictæ ab Adraſto rege* ἀδράστειαν *appellatã uolunt: qua de Eraſmus in Adraſtia Nemeſi. in 2. & 5. Olympiorum huius hiſtoriæ mentio facta. Nemeſis Adraſtia ergo ideo uocatur, non iuxta mentem Xenodoti, quod Argiui nullam cladem poſt Adraſteum bellum reportauerint, cæterum quod Adraſtus ſecunda expeditione arrogantiam, timorẽ & faſtum Thebanorum egregie ſit ultus & compreſſerit, ut ex hoc Pindari loco ſatis aperte colligitur.*

EPODOS, COLON XI.

Ad latos[a] Abantis uicos.[b] Hæc quidem Amphiaraus cecinit,[c] & egoipſe gaudens Alcmanẽ coronis adorno, & encomio cõſpergo, quod mi-

hi uicinus, mearumq́ facultatum custos occurrerit ad celebrem [d] terræ umbilicũ profectò, ac uaticiniorum cognatas [e] apprehenderit artes.

a ℭ *Abantis uicos.) Abantis uici, periphrasis est Argi. Abas Lyncei filius, est Talai pater, cuius gnatus Adrastus Argũ incoluit.* *b* ℭ *Hæc quidem.) Epilogus uaticinij Amphiarai. Adrasto ergo confert Aristomenem: ut enim Adrastus & familiæ & genti suæ decori & ornamento fuit, eximiasq; maiorum uirtutes expreßit, sic Aristomenes maioribus suis est honori. Hic ambiguitas nascitur, quî Amphiaraus, qui priori expeditione aduersum Thebanos absorptus est, miseratione Iouis, ne Periclymeni iræ exponeretur, altera iam expeditione rursum uaticinetur. Cui enim iam antea terra dehiscuit, ille nõ potest diuinatione, uel uaticinio uti: ut qui uita defunctus est, non potest esse uiuus. In 5. Olympiorum & 9. Pythiorum Amphiaraus in primo bello moritur, uel uiuus terra clauditur: ergo in secundo bello non potuit uaticinari. Nisi igitur per idolopœiam hic locus accipiatur, non uideo quomodo laboranti illi succurri poßit. Per idolopœiã enim huiusmodi sententia erit: Quod Amphiaraus Oëclis filius ab inferis suscitatus, uel si tum in terris spiritum duxisset, dum altera expeditione Argiui Thebanos inuasissent, potuisset ita uaticinari: Generosa uirtus &c. Sin quis hic meliora proferat, illi non immeritò cedendum.*

c ℭ *Et ego ipse gaudens.) χαίρων δὲ καὶ αὐτός. Chorus in persona Aristomenis hæc dicit: Alcman mihi occurrit, dum proficiscerer ad Pythia certamina: quo indicat, se fortasse usum uaticinio, & ueluti oraculo quodã obtinuisse uictoriã: fuit enim Alcman uatidici patris Amphiarai, uatidicus filius.*

d ℭ *Terræ umbilicum.) Terræ umbilicum, Pythonem uel Delphos appellat: illic enim terræ medium esse, in superioribus cõmonefactũ.* *e* ℭ *Apprehenderit.) ἐφάψατο, uaticinia iuxta cognatas arteis attigit. Id est, responsum mihi dedit, ut cui uaticinandi ars congenita, áq; patre tradita fuerit.*

STROPHE IIII. COLON IX.

[a] Tuq́ Apollo, qui [b] nullos non suscipiens Pythicum templũ gloriose administras in uallibus, ubi [c] plurimum gaudij Aristomeni tribuisti, [d] cui & antehac Aeginæ uictoriam quinquatrij [e] tuis in sacris ô rex cõtulisti. Ad hæc te [f] meapte sponte precor,

ANTISTO-

ANTISTROPHE, COLON IX.

[g] Vt reſpicias quæcunq́;, circa quemuis, ad menſurã quandam [h] compono: ſuauiſonis enim hymnis [i] iuſtitia aſtat. Deorum autem incorruptibilem curã peto [k] Xenarces, ut ueſtras fortunas
" confirmet. [l] Nam ubi quiſquam citra diuturnum
" laborem [m] opulentus ſit, is multis [n] inſipientium
" ſapiens, uidetur

EPODOS, COLON XI.

" Facultates illas rectorum conſiliorum artibus
" peperiſſe. [o] At hæc in humanis uiribus non ſunt.
" Deus uero hæc præbet, qui aliàs aliũ extollens,
" alium potentia ſua, pro modo tamen [p] deijcit. [q] Megaris tibi munus prꝫſtò eſt, inq́; [r] Marathonis ual le. [s] Iunonis deniq́; patrium certamen, hiſce cum [t] tribus uictorijs Ariſtomenes reuera domuiſti

STROPHE V. COLON IX.

Quatuor, quibus ſuperincidiſti, inſipientum [u] corpora, [x] malum illis meditans.

a ℂ Tuq́; Apollo.) *Redit ad inſtitutum, precans Apollinem, ut ſua propitia uoluntate poëticæ ſuæ adſpiret, qua inſigneis uictores canit.*

b ℂ πανδόκον.) Omnes conuenas ſuſcipiens templũ. *c* ℂ Plurimum gaudij.) μέγιστον χαρμάτων. *Victoriam Ariſtomenis Pythiam Apollini per auxeſin acceptam refert.* *d* ℂ *Cui & antehac Aeginæ.)* *Antea quàm Pythia corona redimiretur domi, id eſt, in patria Aegina, Delphiniorum (qui ludus quinquertio conſtans in gratiam Apollinis illic agebatur) uictor euaſit. Etenim Apollo & Diana ab Aeginetis impenſe colebantur.*

e ℂ Tuis in ſacris.) ὑμαῖς. *Enallage numeri, pluralis pro ſingulari.* ὑμαῖς *pro* σαῖς, *ueſtris pro tuis.* *f* ℂ *Meapte ſponte precor.)* ἑκόντι δ' εὔχομαι νέω. *Hactenus ab exordio inuocationis Apollinis, à dictione* ἑκατηβόλε, *amplificationem, à loco Pythij templi, atq́; uictoria Aeginetica ſubnexuit, nunc precationem illam complet.* g ℂ *Vt reſpicias.)* Precor

inquit, ut uideas quæ de quouis, qua harmonia, quo decoro canã. b ℭ Compono.) νέομαι, pro ἐπάρχομαι, uel γράφω. i ℭ Iustitia.) δίκη, pro δικαιοσύνη, ut apud Aristophanem in Nebulis, πῶσι δίκη, παρὰ τοῖς θεοῖς. Hymnorũ meorũ argumenta iusta & uera sunt, non mentior, ueridicus sum. k ℭ Xenarces.) Victoria coronati Aristomenis pater est Xenarces. Orat ut diuina benignitas & Xenarcis & filij eius Aristomenis felicitatem stabiliat. δίκασις est. l ℭ Nam si quis.) εἰ γάρ τις.) Gnome est, qua uulgi iudicium damnat, opes sapientum, sine diuturno labore partas, humanæ illi sapientiæ, non diuinæ benignitati adscribentis. Errant qui diuitias humana industria oriri putant. Deus est qui diuitias impertit, & ad paupertatem redigit: ita gentilitia sua religione sentit poëta. quod scriptura etiam docet: Deus est qui pauperem facit, & qui ditat. m ℭ Opulentus sit.) πέπαται, pro κέκτηται. Homer. πολυπάμμον& ἀνδρὸς γῦ αὐλῆ. ἀ πάομαι adipiscor, κτάομαι possideo. n ℭ Insipientiũ.) πεδαφρόνων, pro σφόδρα ἀφρόνων. o ℭ At hæc in humanis uiribus.) Correctio est sententiæ uulgi. Insipientes sunt & errant, qui bona & felicitatem humanis uiribus parari posse arbitrantur: siquidem à Deo hæc proueniunt. p ℭ Deijcit.) καταβαίνει, pro καταβαίνειν ποιεῖ. Cuilibet & bona & mala Deus pro mensura certa impertit. q ℭ Megaris tibi munus præsto.) Megara urbs prope Isthmũ, cuius 9. & 13. Olympiorũ ode meminit. Munus habes Megaris, id est, honorem uel Isthmiam es uictoriam adeptus. Per Megara enim Isthmiam uictoriam intelligit. r ℭ Marathone.) Atticæ campus Marathon est, in quo Herculana celebrabantur: quorum niceteriũ, argentea phiala, ut suprà 9. & 13. Olympiorum hymnis auditum. s ℭ Iunonis deniq; patriũ certamẽ.) Alij Iunonia, alij Hecatombæa, (quæ tamen idem sunt: nã Hecatombæa in Iunonis gratiã in Argo quoq; aguntur) in Aegina celebrari aiunt. Aristomenem à tribus insignibus ita uictorijs cõmendat. t ℭ Tribus uictorijs.) νίκαισι τριοσαῖς. Tribus uictorijs, Megarensi, Marathonea, Aegineticá insignis, Pythiam etiam adeptus es, quatuor eo in certamine antagonistis tuis deuictis, uereq; per te domitis. ἔμπετες aduerbialiter uel Dorice pro γὲπέτως. u ℭ Corporibus.) σωμάτεσι, datiuus poëticus pro σώμασι. Discrimen quod facit Plutarchus in uita Homeri inter σῶμα & δέμας, σῶμα ad uita defunctum, δέμας uero ad uiuentem referens, animaduertendum est. Tametsi enim hoc perpetuò ab Homero sit obseruatũ, neq; hic tamen à Pindaro custoditur, neq; à Platone, dum ait, φίλος δὲ σώματα δύο, ψυχὴ μία, confirmatur: ut aliorum autorũ uel innumeras autoritates omittam. Ergo hæc non est firma discrepantia, quum Plutarchus ait, σῶμα defuncti

defuncti est quasi σῆμα, id est, signum eius qui uixerit. δίκμας uero à δίκομαι, id est ligo, uiuentis est, quod sit ueluti δεσμωτήριον καὶ δέσμα ὅλης τῆς οὐσίας καὶ μίξεως. x ☾ *Mala eis meditans.)* κακὰ φρονέων, τουτέσι μικρὸν φροντίζων.

Quibus neq;[a] iucundus reditus[b] per Pythium ordeum, neq; dulcis risus apud matrem gratiam conciuit, in uia autem [c] imbelles hostem suum formidant, atq; fugiunt calamitate lacerati.

ANTISTROPHE, COLON IX.

» [d] Qui bonum quoddam recens nactus est, ex
» magna spe sublatis uiribus ad delicias & felicita-
» tem uolat, potiorem diuitiarum curam gerens.
» Modico uero tempore mortaliũ oblectatio cre-
» scit, sic & rursum humi decidit præpostero con-
» silio conquassata.

EPODOS, COLON XI.

» [e] Diurni sunt homines, quid uero quisquam?
» quid uero nullus? [f] umbræ somniũ. [g] At quando
» à Ioue datus splendor accesserit, lucidũ adest lu-
» men mortalibus ac mansuetũ æuum. [h] Chara mater Aegina, ciuitatem hanc nomine tibi parem, custodi [i] libera cũ ueste, unà cum Ioue regeq; Aeaco, & optimo Telamone, cumq; Achille.

a ☾ *Iucundus reditus.)* ἔπαλπνος, *ualde suauis, ab* ἐπὶ *&* ἄλπνος. *cuius superlatiuum* ἀλπνιστος, *suauissimus, Pindarus habet 15. Isthmiorum ode.* *b* ☾ *Per Pythium ordeum.)* *Per Pythium ordeum uel triticum, coronam ordeaceam uel triticeam fortasse accipit, qua ultra destinatum uicterion sint ornati: non quod ipsi ceu uictores sint decorati, sed quod ex eo loco in quo brabeum erat propositum, inglorij redierint.* *c* ☾ *Imbelles.)* ἀπάορος, *pro* ἀπήορος. *d* ☾ *Qui bonum quoddam.)* *Gnome est pathetica, qua condocefacit Aristomenem, ut, etiamsi multis triumphis ingentiq; potentia fulgeat, propterea non se nimium efferat, humanæ sortis uidelicet nun*

quam immemor, quæ nullo unquam tempore ſtabilis eſt, ſed celerrime in miras aliquem, quantumuis ſibi beatum uiſum, & calamitates & ærumnas præcipitet. e ℭ Diurni ſunt.) ἐπάμεροι. *Doricum eſt, pro* ἐφήμεροι. *Homines, inquit, unius diei uitam ducunt, in diem unum tantummodo durant. Et animal & herba eſt, cui nomen Ephemero eſt, quod quo die naſcatur, intereat.*

f ℭ *Vmbræ ſomnium.*) *Magna humanæ uitæ, adeoq́; hominis* ταπείνωσις. *Quid enim miſerius, infelicius, breuißimæ uitæ homine? Parum erat ſi dixiſſet, homo eſt umbra: iam longe minus & uanius eſt quod ait, umbræ ſomnium.* g ℭ At quando à Ioue.) *Pia ſententia, homines diuina gratia, ſuperno numine, longæuos & beatos eſſe. Obſeruandum hic, quod uitio uertant quidam Pindaro, quod encomio querimoniam admiſceat. Verum qui hoc ei uitio dant, non uident affectum hunc, per amplificationem ſæpenumero recte poſſe locum habere in encomiaſtico genere: nihil enim interim uirtuti, rei & laudi, per talem luctã decedit.* h ℭ *Chara mater Aegina.*) *Peroratio eſt, qua Aeginam Nymphã, inſulæ Aeginæ parentem, uel deam cognominem precatur, ut urbem illam Ariſtomenis patriã ſua libertate tueatur, unà cum heroibus ex ea inſula ortis, inq́; deorum numerum adſcitis.* i ℭ *Libera ueſte.*) ἐλευθέρῳ στόλῳ, *hoc eſt, libero habitu. Id eſt, tuere Aeginam ea ratione, ut ſua ei libertas perſiſtat. Metaphora.*

TELESICRATI CYRENAEO ARMATO CVRSORI, ODE IX.

STROPHE I. COLON XV.

P[a]Ythiorum uictorem Teleſicratem, [b]æreo ſcuto inſignem, unà cum amabilibus Gratijs equidem [c]commendare uolo. Felicẽ ſanè uirum [d]equeſtris ornamentum Cyrenes: [e]quam ſtridente uento [f]è Pelij ſinibus quondam comoſus Apollo rapuit, aureoq́ in curru uenatricem uirginem tulit: ubi ipſam diuitis & fertilis admodum terræ dominã fecit, ut illic [g]tertiam orbis partem inhabitaret.

ENARRATIO.

Argumẽ. ũ *Teleſicratem Cyrenæum, qui uicit Pythiadẽ 28. & poſtea 30. laudat, à*

Pythiã

Pythia uictoria, ab Aeginetico & Megarensi ludis, à fructu uel consequentibus uictoriam, prisca maiorum historia. ὁπλιτοδρόμον, *armatum cursorem sonat. Scutis æreis geminum stadiũ currebat* ὁπλίτης *uel* ὁπλιτοδρόμος, *ut Iulius Pollux lib. 3. cap. 30. testatur.* a ¶ *Pythiorum uictorem.) Simpliciter proponit, se Telesicratem laudaturũ.* b ¶ *Aereo scuto.)* χαλκάσπιδα *Telesicratem uocat, quod æreis scutis uicerit stadium, ut consuetudo tenebat armatorum cursorum.* c ¶ *Commendare.)* γεγωνεῖν *est* φωνεῖν, *pro* ὑμνεῖν, *laudare.* d ¶ *Equestris Cyrenes.)* διωξίππου κυράνας, *Cyrenes Libyæ urbis, quæ de in quarta Pythiorũ, equos sectantis, id est, splendidæ: alere enim equos, uel equitatum fouere, sumptum requirit.* διωξίππου, *à* διώκω *καὶ* ἵππος. e ¶ *Quam comosus.)* τὰν χαιτάεις, *quam iubatus Apollo &c. Excurrit ad patriæ Cyrenes originem, ortam uidelicet à Cyrene Hypsei filia, quam Apollo raptam in Libyam transtulit, ibiq; ei cognominẽ urbem extruxit.* f ¶ *E Pelij finibus.)* Ab Eœa *Hesiodi historiam accepit, ut inquit Interpres, cuius initium est,* | χαλκάσπιδα.

ἠοίη φθίη χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσα,
πηνειῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε κυρήνη.

g ¶ *Tertiam orbis radicem.) Laudis exaggeratio est, quum Cyrenen tertiam orbis terræ radicem, id est, partem dicit: utpote quum terrarum ambitus in Europam, Asiam & Africam diuidatur. Africam partem per sese à cæteris diductam esse, potentiæ & magnificentiæ symbolum præbet: quasi Cyrenẽ totius Libyæ dominam, & reginam ab Apolline constitutam uelit.*

ANTISTROPHE, COLON XV.

Suscepit aũt [d] argenteos pedes habẽs [b] dolosum hospitem [c] in diuinos currus, manu leuiter attingens, quæ & illis in iucundis cubilibus amabilẽ pudorem iniecit, ut cõmunes cum deo Hypseiq; præpotentis filia Cyrene nuptias iungeret. Hypsei inquam, [d] qui bellicosorum Lapitharum rex tum erat, [e] ex Oceano secundus genus ducens heros, quem olim in inclytis [f] Pindi montis uallibus [g] Nais Creusa Peneo mixta peperit

EPODOS, COLON XIIII.

Telluris filia.

a ❡ Argenteos pedes habens.) Vt Venus Apollinem & Cyrenen matrimonio copularit, enumerare pergit. Venerem ἀργυρόπεζαν, argenteos pedes habere dicit, hoc est, formosam, κατὰ συνεκδοχήν. b ❡ Dolosum hospitē.) Pindarus hic habet δάλιον ξένον, Scholia uero δόλιον. uerum utrumcunq; legatur, sententiæ quadrat. Si δόλιον, recte dolosus appellatur, qui rapuerit Cyrenen Nympham, & dolo cum ea egerit. quanquam ob raptū rectius βίαιος diceretur. Sin δάλιον scribas, tum est pro δήλιον à Δῆλος. Delius enim ab insula Delo, & apud Græcos & Latinos dicitur. c ❡ In diuinos currus.) θεοδμάτων ὀχέων, pro θεοδμήτων, Dorice. Sic ὀρατὰν pro ἱερατὴν, δάλιον pro δήλιον, ἁρμόζοισα, pro ἁρμόζουσα. ξυνὸν, id est κοινόν. d ❡ Qui bellicosorum Lapitharum.) ὃς λαπιθᾶν. Dilatat à genere patris & maioribus Cyrenes. Lapithæ Thessaliæ populi, quorum tunc rex Hipseus fuit. e ❡ Ex Oceano.) Ex Oceano est fluuius Peneus, cuius filius est Hypseus. f ❡ Pindi montis.) Pindus mons Perrhebiæ: Perrhebia uero Thessaliæ tetrapolis. g ❡ Nais Creusa.) ναὶς κρέουσα. Nymphæ fluuiorum Naiades appellantur, à νάω fluo.

[a]Is uero formosam educauit Cyrenen gnatā, quæ neq; telarum retrogradas amauit uias, neq; cœnarum, quîs domesticæ sociæ admoueantur, oblectationes: sed æreis telis hastaq; pugnans feras [b]confecit bestias, [c]multam ita securitatem & pacem paternis bubus præbens, [d]concumbentem, dulcem, modicum, ad auroram irrepentem somnum palpebris adimens.

a ❡ Is uero.) Studia, mores, & uitæ Cyrenes genus hic recenset. Venationem illi in delicijs fuisse, non retrogradas telarum uias. Quid si alludat ad telam Penelopes? Non texendi arte oblectata est, nec procos, instar Penelopes, telæ, quam interdiu contexuerat, nocturno retextu, remorata est. Vel, quod recte texentes, ut Scholia uolunt, progrediantur, ac mox ad eundem locum reuertantur: traijcitur enim radius, & altera parte extrahitur, ac rursus ab eodem principio transuolat perpetua reciprocatione, & continuo recursu, usquedum tela perficiatur. Deinde, non amat amicarum & coætanearum suarum ludos, symposia, sed uenationi sedulò incumbit. b ❡ Confecit.) κεράϊζεν, pro ἐκεράϊζε, est ueluti cornu petere, ferire. pro ἀναιρεῖ, hoc est occidit, confecit, usurpauit. c ❡ Multam securitatem &c.) Ex hoc loco rursum appa-

ret

ret, quasi ad Penelopes telam respiciat. Quia hæc procos abhorret, ideo nec proci, inquit, armenta, oues, boues, capellas, sues patris deuorant, exedunt, mactant, ut fit in aula Vlyßis per Penelopes μνηστῆρας. d ℭ *Concumbentem.)* σύγκοιτον. ἀσωύδετον *est. Adeò, inquit, uenationis studio detenta fuit, ut totam noctem insomnem duceret, anteq; solis ortum feras insectaretur.*

STROPHE II. COLON XV.

Deprehendit ipsam cum diro leone [a]latã pharetram gerens, luctantem solam sine hastis, eminus operans Apollo: ac protinus ex ædibus suis Chironen conueniens, [b]pulchro antro, inquit, Philyræ fili relicto primum, animũ mulieris, magnamq; uirtutem demirare. Qualem [c]uictoriam intrepido suo capiti parit, cor laboribus maius gerens, neq; quicquam pauore mens eius turbatur? Quænam illam peperit mortalium? qua de stirpe producta,

Admiratur magnanimitatẽ puellæ

a ℭ *Latam pharetrã gerens.)* εὐρυφαρέτρας & ἑκάεργος, *Apollinis epitheta: prius, quod latam habeat pharetram: posterius, quod longe operetur: utrunque natiuam Solis uim & potentiam continet. Lata pharetra insignis est primum, qua ceu uenator per iuga Cynthi feras trãsfigat: deinde, quod iacula mortalibus infigat morborũ, quos Plutarchus Solares uocat: postremo, quod* μεταφορικῶς *tela, id est, radios suos iaciat in omnem terræ ambitum.* ἑκάεργος, *quod à longe operetur (procul enim spargit radios) & in terra & sub terra & in mari operationem & efficaciam suam sol obtineat.*

b ℭ *Pulchro antro.)* σεμνὸν ἄντρον, *honestum antrum, honeste apparatum, quod honestus ille Centaurus Chiron immoratur: de quo in tertia Pythiorum suprà.* c ℭ *Victoriam.)* νεῖκος αὐτὶ τῆς νίκης.

ANTISTROPHE, COLON XV.

Montium opaca lustra inhabitat, [a]immenso autem robore dimicat? Religio'ne est, inclytã ei manum adferre, quinetiam è lectis [b]mellitam herbã decerpere? [c]Tum illi magnanimus Centaurus

Pudicis uerbis uenereũ opus uelat.

nobili ſupercilio dulciter ſubridens, cōſilium ſuū ſtatim expoſuit. Claues, inquit, ſapientis perſuaſionis ſacris de amoribus Phœbe, apud deos ſi-
» militer atq; apud homines occultæ ſunt. Nemo
» enim adeò impudens, ut non uereatur in dulcem
» ſe torum palàm conījcere.

EPODOS, COLON XIIII.

Etenim te, [d]quem nemo fallere poteſt, blandula [e]ratio adeoq; manſuetudo tua [f]perpulit hunc [g]ediſſerere ſermonem. Vnde puella genus ſuum ducat, ex me inquiris ô rex: [h]qui peculiarem omnium rerum ſummam & finem noſti, uniuerſasq; uias, quotq; uerna folia terra producat, & quanta cum mari tum fluminibus arena ſit, fluctibusq; & uentorū impetu uolutetur: qui futura, & unde quid futurum, probe contemplaris. Quod ſi & me ſapienti tibi [i]æquari oporteat,

STROPHE III. COLON XV.

Dicam.

a ℂ Immenſo robore.) γεύεται δ' ἀλκᾶς ἀπειράντω. Guſtandi uerbo pro dimicare uel bellare uſus eſt, ut Homerus:

γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείῃσι. Hoc eſt, æreis inter nos haſtis depugnabimus. A robore & fortitudine Nympham Apollo laudat.

b ℂ Decerpere mellisuauē herbam.) κεῖρεν, Doricum eſt ἀπαρέμφατον, pro κείρειν. Metaphora eſt, à floſculos carpentibus, uel à medicis radentibus herbas, ſumpta. c ℂ Tum illi.) κρυπταὶ κλαΐδες. Per admirationem reſpondet Chyron: Et apud deos & homines occultæ ſolent eſſe de amoribus diſputationes, uel cogitationes. Nemo puellæ palàm alicui uirgineam ſoluere zonam aſſolet. Nemo Veneris ſacra aperte celebrare ſolet. Nemo non clandeſtine res uenereas peragere conſueuit. Quaſi dicere uelit: Non eſt quod ea de re me interroges, tu ipſe poteris clàm compos uoti fieri. Cynici tamen, ueluti cōmuni ſenſu orbati, huic Pindaricæ gnomæ cōtraueniunt, ut apud Laërtium

ſtium claret. d ❨ *Quę nemo fallere.)* τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν. παρενθετικῶς *eſt adiectum. Tu quem nemo, inquit, fallere poteſt, quemq́; nihil latet, à me ſcire laboras, qui ſint uiraginis iſtius parentes, quum tu omnia intuearis, omnia audias, omnia ſcias, futura etiam, ut uates, præſcias.*

e ❨ *Manſueta ratio.)* μείλιχος ὀργά, *manſueta ratio, tua humanitas, uel clementia, manſuetū pectus.* f ❨ *Perpulit.)* ἔτραπε *pro* ἀνέπεισε, *perſuaſit.* g ❨ *Ediſſerere.)* παρφάμεν *pro* παραφάμεναι. ἄνα *uocandi caſus ab* ἄναξ. h ❨ *Qui peculiarē.) Apollinis Solis'ue natiuā ſcientiam & numen exponit, Homericū illud paraphraſtice reddens:*

ἀέλιος δ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

i ❨ *Aequari.)* παραντιφερίξαι, *pro* παρισῶσαι. *Quod ſi tibi ſim ſapienti adæquandus, dicam quod ſentio.*

Huic maritus adſis hac in ſpelūca: duces enim illam trans Pontum ad eximium [a]Iouis hortum, illic [b]principem [c]ei ciuitatem [d]ſtatues, [e]inſularem populū congregās ad campeſtrē collem. [f]Nunc uero pratis ampla, ueneranda tibi Libya, celebrē Nympham aureis tectis cupide recipiet, ut terræ partem illi, qua frui ilico poſsit legitime, dono det, neq; plantarum omnis generis fructus producentium expertem, neq; ferarum neſciam. *Reſponſum Chironis ad Apollinē, et uaticinium.*

ANTISTROPHE, COLON XV.

[g]Vbi proferet in lucem, quem inclytus Mercurius à chara matre rapiens, regio throno conſpicuis Horis, ac Terræ dabit: quæ poſiti ſuper genua ſua infantis labijs nectar & ambroſiam inſtillabunt, immortalemq́; ueluti [h]Iouem, aut caſtum Apollinem ponent, uiris bene fauentibus gaudium, opilionem, [i]ruri paſcuisq́; deditū, quoi & Ariſtæo nomenclaturā indent. [k]Sic fatus in cauſa erat, quod Apollo dulcem nuptiarum temperaret & perficeret finem, ſummā, cōſummationē.

a ℂ Iouis hortum.) *Libyam Iouis hortum appellat, propterea quod Iupiter Ammon in Libya colatur, ut in quarta Pythiorum ode cōmonstratum.* b ℂ Opilionem) ἄγχιστον ὀπάονα μήλων, *proximū ouium sectatorem. Priusquam enim Aristæus nasceretur, oues custodem non habebant.*

c ℂ Ei.) νίν *dandi hic casus est, aliàs & accusandi frequentius, sicut* μίν. *Dorici sunt casus.* d ℂ Statues.) *Statues ei ciuitatem scilicet Cyrenen olim.* e ℂ Insularem populum.) νασιῶτιν λαὸν ἀγείρας. *Populum & coloniam è Thera iuxta Cretam insula, per Battum Cyrenen deductam intelligit: de quo in 4. Pythiorum.* f ℂ Nunc uero.) νῦν δὲ. *In præsentia uero Libya eam excipiet, &c.* g ℂ Vbi profert.) *Vaticinium de nasciturо ex Apolline & Cyrene Aristæo.* h ℂ Ioue.) Ζῆνα, *subaudiendum* ὡς. i ℂ Ruri pascuisq́.) ἀγρέα καὶ νόμιον. *Iouem & Apollinem etiam* ἀγρέας *appellari Scholia testantur: uel quod Aristæus uenationem & pecorum & iumentorum alimoniam primus repererit: præterea quod mellis etiam inuentor est Aristæus. Iam decimam esse immortalitatis partem mel quidam putauerunt. Mellis originem Virgilius in 4. etiam georgicōn Aristæo tribuit. Quare siue Ioui & Apollini, siue Aristæo accōmodari potest quod ait,* ἀγρέα καὶ νόμιον. *Sed quur Mercurius prolem traditurus est Horis & Terræ educandum? Horæ Deæ sunt apud Homerum, temporum dispensatrices. Terra uero est proauia Aristæi. Nam Terræ filia est Creūsa, quæ Hypseum peperit, ex quo Cyrene, cuius & Apollinis Aristæus.*

k ℂ Sic fatus.) *Apollo, inquit, uaticinio Chironis fidem adhibens, nuptias cum Cyrene sua peregit.*

EPODOS, COLON XIIII.

[a]Velox urgētibus iam dijs operatio, breuesq́ uiæ, [b]illa illa dies rem [c]transegit. Thalamo uero Libyæ aurato congressi sunt, ubi pulcherrimā certaminibusq́ clarā urbem administrat. [d]Et nunc in diuina Pythone [e]Carni filius potitus rerum, cum florida fortuna cōmiscuit Cyrenen, eamq́ [f]perspicuam reddidit. [g]Quæ & ipsum benigna rursum recipiet desiderabilem [h]patriæ, uenustis matronis decoræ, splendorem adferentē secum.

a ℂ Velox operatio.) *Hoc est, citra moram in Libyam Apollo eam traduxit.*

duxit. b ℭ *Illa illa dies.)* Ingeminatio *diuini numinis, ardorem & impetum præsentat.* c ℭ *Perfecit.)* διαίτασεν pro διετέλεσεν, *perfecit.* d ℭ *Et nunc.)* Finita *digreßione de Cyrenes ortu, à Nympha Cyrene Hypſei filia &c. redit ad institutum, uictoremq; Teleſicratem Cyrenæum à uictoria Pythia prædicat. Exiſtimat autem poëta, claram & inſignem patriam, multum facere ad uirtutis & uictoris encomium.* e ℭ *Carniades.)* καρνιάδης, *Teleſicrates Carni filius.* f ℭ *Perſpicuam reddidit.)* ἀνέφηνε κυρήνην, *illuſtrem reddidit patriam Cyrenen. Promulgabantur enim & uictorũ nomina, & ſuum cuiuſq; natale ſolum in publicis Græciæ huiuſmodi ſpectaculis.* g ℭ *Quæ.)* ἅ, *quæ Nympha uel patria Cyrene. Honorifice, inquit, à patria excipietur, poſtquam & is patriæ ob uirtutem ſuam & fortitudinem, decori & gloriæ fuerit.* h ℭ *Patriæ uenuſtis.)* *Cyrenen à matronarum pulchritudine laudat.*

STROPHE IIII. COLON XV.

» [a]Magnæ uirtutes multo ſæpe ſermone, quo
» prædicentur indigent. Magnorum uero breuis
» exornatio ſapientem requirit auſcultatorem, qui
» intelligat. Inſuper occaſio totius rei conſumma-
» tionem continet. [b]Nouerunt Iolaum olim temporis rationem in precio habentem, ſeptem portis inſignes Thebæ: quem ſimulac Euryſthei caput enſis acie [c]amputaſſet, condiderunt ſub terram, equeſtris Amphitruonis prope monumentum, ubi & Spartarum ei hoſpes ſitus erat, qui ad Cadmæorum platæas albis equis uberes tranſmigrauerat, [d]paternus auus.

a ℭ *Magnæ uirtutes.) Breuitatẽ ſuam gnome excuſat, occaſionis, adeoq; temporis rationẽ habendã eſſe, quæ iamnunc non permittat ingens dicendi ſpatiũ. Breuitas enim Lyricis poëtis propria eſt. Sic ſe tamen breuẽ eſſe contendit, ut paucis multa cõprehendat, quæ non niſi eruditis, quos ſolos ſapientes uocat, pateãt. Inſigni uero loco, de occaſione, hæc amplificat. Tempori nos ſemp accommodare debere, quandoquidem omnium rerum ſummam & perfectionem cõtineat. Omnia enim tempeſtiua grata. Digna eſt Iſocratis ſententia, quæ huc accenſeatur. Intempeſtiuum, inquit, ſemper triſte, & ne ipſis quidem Gratijs,*

n

citra gratiam, feceris gratum. Quo dicto, per gratiam nō inepte metaphoricōs uel per cōparationem, occasionem accipiemus. Vt enim sine gratia, hoc est, iucunditate & alacritate non est gratum beneficium, nec debita seruitus citra seruientis hilaritatem cordi est: sic quicquid intempestiuum est, iniucundum, imò turpe. b ℭ Nouerunt Iolaum.) *De occasione gnomē exemplis dilatat. Quum* Iolaus *Herculis socius, resciret Herculis sui liberos, qui ad* Athenienses *confugerant, ab* Eurystheo *reposci, ac nisi redderent, bellum minitari: orauit* Iouem*, ut sibi daretur paulummodo reuiuiscere: defunctus enim uita erat. Quo impetrato,* Eurystheum *occidit, ac statim denuò mortuus est. Sunt qui ad ueritatem hanc historiā ita redigant:* Iolaum *senio iamtum confectum fuisse, ideoq; optasse sibi iuueniles uires, ac feruidum adhuc robur: quod etsi nō adesset, nihilominus uirum præstans,* Eurysthea *interfecit, ac statim obijt.* Is Iolaus *ergo opportune certe opportunitatis seu occasionis rationem habuit: erat enim opportunissimum, tam impium diuinæ prolis hostem opprimere.* c ℭ Amputasset.) ἔπραθεν κεφαλὰν, *caput depopulatus est.* ἔπραθεν ἀπὸ τοῦ πέρθω, *pro* ἀπέτεμεν, *abscidit, amputauit.* d ℭ Paternus auus.) *Auus paternus* Iolai *est* Amphitruo. Ergo *nō sola familiaritate* Herculi *iunctus fuit, uerumetiam sanguine. Adijcit hic* Hypomnematistes, Iolaum *in orbita ad monumentū* Amphitruonis *tumulatum fuisse, ut semper calcaretur & uicinus esset auo suo.* Vt *uero* Eurystheus *ab* Atheniensibus *repetiuerit* Heraclidas, *est apud* Isocratem *in* Panegyrico, *& alijs paßim in orationibus.*

ANTISTROPHE, COLON XV.

Amphitruoni uero, Ioui antea mixta, [a]unico partu in prælijs uincens fratrū geminorū robur peperit Alcmena. [b]Mutus certe hic fuerit, qui Herculi [c]os nō adiecerit, neq; Dircearū aquarū, quæ & illum & Iphiclem educarūt, non semper meminerit. [d]Quos & ego absoluto encomio eueham, quando pro uoto meo ab illis beneficiū acceperim, [e]ne me destituat purum celebrium Gratiarum lumen. [f]Aeginæ uero atque Nisi in tumulo, ter urbem hanc uictoria celebrē aio reddidisse Telesicratem,

EPODOS, COLON XIIII.

[g]Taciturnam inertiam rebus præclare gestis qui [h]effugit.

a ℭ Vno partu.) Herculem ex Ioue, Iphiclem ex Amphitruone sustulit. Amplificat ita ab Alcmenæ liberis. b Mutus certe.) κωφὸς, mutus & rudis & indoctus fuerit, qui Herculem nō laudauerit. Ad laudes ita Herculis excurrit. Dirceæ aquæ, periphrasis Thebarū: Dirce enim fons Thebarum. c ℭ Os adijcere.) στόμα παραβάλλειν est laudare, est ἐγκωμιάζειν. d ℭ Quos & ego.) Enallage personæ est: siquidem poëta hæc in persona uictoris Telesicratis dicit. Quia, inquit, Herculis & Iphiclis ope, Herculanorū uictoriam sum indeptus, igitur illos à me celebrari haud indignū est. e ℭ Ne mihi gratiarum.) μή με λίποι. Hoc est, ne illorum propitium mihi numen amittam, & ne non placentia uictori poëmatia pangam. Splendor enim Gratiarū est placere, amabilem & iucundum esse. Si quem Gratiarum lumen destituit, ille omnium odio & contemptui expositus est.

f ℭ Aeginæ uero & Nisi.) Telesicratem iam ab Aeginetica & Megarensi uictoria laudat. In colle Nisi, periphrasis est Megarorum, ubi Nisus insignis luctator, tumulo conditus fuit: ita auguror, quum non indicent Scholia, quis fuerit ille Nisus, sed sola Megara intelligi exprimant. Megarensi uictoria ter potitus Cyrenen illustrauit. g ℭ Taciturnam inertiam.) Victoriæ est à contrario circuitio. Victor taciturnā inertiam fugit, quando non erubescit reuersus in patriam, in publicū prodire, nec domi turpiter abditur, ut ille solet, qui superatus est. Qui enim uicti sunt oderunt, ut noctua, lucem: publicum fugiunt, prodire uerentur. h ℭ φυγών.) ἀντίπτωσις est, nominatiuus pro accusatiuo ponitur, perinde ac apud Aristophanem in Nebulis προέχων est pro προέχοντας, quum δίκαιος λόγος ita dicit:

ὥστ' ἐμ' ἀπάγχεσθ', ὅταν ὀρχεῖσθαι παναθηναίοις δέον αὐτοὺς
τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων ἀμελῇ τῆς Τριτογενείας.

Nisi quis malit hæc adhuc omnia in persona Telesicratis dici, tum φυγὼν recte nominatiuus manet, ac dependet à uerbo φημί. Dico me Telesicratem, qui effugi silentem miseriam, hanc urbem uictorijs meis illustrasse.

[a]Quare si quis ciuiū uictori amicus, aut si quis etiam inimicus, quod feliciter in publici boni cōmodum gestum est, ne cælet, neque sermone suo [b]marinū senem lædat. Nam & is uel ab inimico,

" benefacientem, toto cum animo ac iure laudan-
" dum eſſe pronunciauit. [b]Sæpenumero te ſpecioſis Panathenæorũ feſtis, uictorem uidi. Itaq; [c]nullæ non puellarum tacitæ chariſsimum te ſibi uel maritum eſſe, uel filium Teleſicrates exoptant,

STROPHE V. COLON XV.

[d]Cum in Olympijs, [e]concauæq; terræ certaminibus, tum planè patrijs omnibus ludis. [f]At aliquis ex me iam ſitim odarum reſtinguente exigit, ut ex integro me adeò maiorum tuorum gloriam excitare oporteat, qui pro Libyca uxore Iraſſam [g]Antæi oppidũ ſeſe contulere, formoſæ admirandæq; filiæ proci: quam nõ parum multi ex optimatibus & cognatis eius, pleriq; etiam hoſpitum petebant, diuina enim ſpecies

ANTISTROPHE, COLON XV.

Erat.

a ℂ *Quare ſi quis.)* *Et amicos & inimicos Teleſicratem laudare debere, poëta affirmat, iuxta Nerei marini ſenis generale præceptum, quod eſt, Laudandum eſſe eum, qui uirtute clarus extiterit, nedum ab amicis, ſed ab aduerſarijs etiam.* b *Sæpenumero te ſpecioſis.)* *Argumentum laudis à uictoria Panathenæorum. Hoc nomen erat feſtiuitati Mineruæ & Athenienſibus ſacræ, ubi in conuentu totius Atticæ publici ludi agebantur & certamina.*

c ℂ *Nullæ non puellarum.)* *Puellæ & uirgines te ſibi maritum eſſe exoptant. Hæc Teleſicratem adhuc extra matrimonij copulam ſpiritum duxiſſe teſtantur: unde ſuprà patriam in gratiam eius* καλλιγύναικα *nominauit. Eſtq; à fructu uictoriæ laus.* d ℂ *Cum in Olympijs.)* *Olympijs, nõ illis quæ Piſæ aguntur, ſed Athenis.* e ℂ *Concauæ terræ.)* βαθυκόλπου γῆς, *multos & profundos ſinus habentis terræ. Agebatur autem & Athenis ludus Terræ, ut in Scholijs Didymus refert. Vt enim omnium Græciæ urbium clariſsimæ fuerunt Athenæ, ſic omnis etiam ferè generis ludos & ſpectacula, cum ciuibus ſuis, tum exteris exhibuerunt.* f ℂ *At aliquis.)* *Iam ſitim*

odarum

odarum restincturus eram, sed quispiã me impediuit, quo minus hoc facerem. Metaphora est, sitim odarũ restinguere, pro finire. Prupergasian hanc facit de industria, propter nouam maiorũ, quam subtexit historiã. g ℭ *Antaei oppidum.) Antaeus Irassaeorũ rex, filiam forma decorã, Danaũ Argiuum secutus, nemini nisi qui cursu reliquos anteuerteret, traditurũ se decreuit. Alexidamus ergo, unde stirpi Telesicratis origo est, currendo puellã caeteris praeripuit.*

[a]Auro coronatae pubertatis florentem fructũ decerpere illi uolebãt. [b]Caeterũ filiae celebriores pater nuptias plantans, audiuit Danaũ, ut is olim quadragintaocto natabus suis uel ante meridiem celerrime maritos offenderit. Siquidem frequentem chorum in circum certaminis constituit, unà cum muneribus, quam quisque heroum cursu primas tenentium uelit, liberam optionem praecipiens, quicunque etiam illi generi obuenissent.

EPODOS, COLON XIIII.

[c]Itidem Libycus ille Antaeus filiae suae sponsum adglutinãs maritũ dabat: ornãs enim ipsam ad lineam locauit, ut esset summus certaminis & uictoriae finis. Hancque palàm abducendam praecepit ab eo, qui uestibus primus attigisset. Hic [e]Alexidamus, ubi celeri superior cursu foret, inclytae uirginis manũ, manu sua prehendens, per mediã [f]equestrium Afrorum turmam duxit, multa tum in ipsum folia & coronas proijciebant, qui & antehac alibi non paucas [g]uictoriae alas acceperat.

a ℭ *Auro coronatae.)* χρυσοστεφάνου. *Metaphora est, pro formosissimae pubertatis. Volebant proci pro sua quisque eam coniuge habere.*

b ℭ *Caeterum filiae celebriores.) Antaeus Libycus Danaum Argiuorum regem imitatus est, qui octo & quadraginta filias nõ dissimilem ad modũ elocauit. Quaestio hic incidit, quur quadragintaocto filias nominarit, quum quin-*

quaginta fuerint, pinde ac Euripides etiã testatur in Tragœdia cuius initiũ est: δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ. Scholiastes tali ratione diluit: Duas ideo omisit, Amymonen uidelicet, quæ iam antea quidem à Neptuno deuirginata erat, & Hypermnestram à Lynceo amatam.

c ℂ Itidem Antæus.) ὅτω ἐδίδυ. Applicatio paradigmatis.

d ℂ Ad lineam.) ποτὶ γραμμᾷ. Linea ducebatur, quæ & principiũ & finem siue currentibus siue certantibus indicaret: unde parœmia, Lineam ne

Irassa. moueas: A linea incipere. Irassa ciuitas Libyæ, quam Antæus inhabitauit, non ille, qui cum Hercules luctatus est, quemq; interemit: sed alius, qui Euphemi tempore floruit, cuius maiores Cyrenen migrarunt. Nomen filiæ, ut Pisander Camerensis autor, Alceis erat, uel, ut alij, Barce. e ℂ Alexidamus.) ἀλεξίδαμος, arcens domitorẽ, siue populum abigens & propulsans ualet.

f ℂ Equestrium νομάδων.) ἱππευτῶν νομάδων. Afros Nomadas, hoc est pastores substantiue appellat: siue proprie Numidas, qui Africæ populi Græcis νομάδες, παρὰ τὸ νέμειν & νομὴ dicuntur. Et nisi Pindarus νομάδων scriberet per o in priori, à νωμάω uerto, aliquis etiam deducere posset, quod papiliones & mapalia sua paßim circumuehant, ut Plinius tradit lib. quinto, capite tertio. g ℂ Victoriæ alas.) πτερὰ νίκης. Periphrasis uictoriæ est: sicut in 14. Olympiorũ πτεροῖσι ἀέθλων. Vt exordium, sic peroratio huic odæ deest.

HIPPOCLEAE THESSALO DIAVLI CVRSORI, ODE X.

STROPHE I. COLON X.

B[a]Eata Lacedæmõ, felix Thessalia, utrique, ex uno patre bello præstantissimi Herculis genus regnat. [b]Quid citra opportunitatẽ glorior? Atqui Pytho, Pelinnæum, [c]Aleuæq; pueri celebrare me Hippocléam inhortantur, cui inclytã adducere laudem gestiunt.

ENARRATIO.

Argumentum. In gratiam Hippocleæ è Thessalia oriundi hunc hymnũ cõpegit, Thorace Hippocleæ amico monitore, ut in fine huius encomij dicit. Vicit Pythiadem uigesimam-

uigesimamsecundã, Olympiadem item 72. & 73. Proinde laudat uictorẽ Pindarus cum à Pythio tum Olympio, quibus rerum potitus est, certaminibus: à uictorijs patris Phriciæ, à præmio uictoriæ, ab amicis Thorace & reliquis.

a ¶ Beata Lacedæmon.) A comparatione orditur. Quemadmodũ Lacedæmonij & ad unum omnes Thessali, propter Herculem, à cuius liberis sunt illustrati, fœlices sunt: sic Pelinnæum Thessaliæ ciuitas, à suo alumno & uictore Hippoclea, in cœlum extollitur, beatum & fortunatũ cernitur. Sunt enim boni & principes & ciues, patriæ suæ summo decori & ornamento. Perinde ac si dicat: Aliæ urbes alijs heroibus clarent, Pelinnæum uero Hippoclea præfulget. Nec errabit qui sic intelliget: Alij Lacedæmonem, alij Thessaliam propter Heraclidas prædicant, ego uero Pelinnæũ, Pythij Apollinis instinctu, efferre præconijs promptus sum. Quem in modum Horatius 1. Carminum ad Numatiũ Plancum orsus est: Pelinnæum Hippocleæ patria.

Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimaris'ue Corinthi
Mœnia, uel Baccho Thebas, uel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala tempe. Ac postea subijciendo,
Me nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Larissæ perculsit campus opimæ,
Quàm domus Albuneæ resonantis.

b ¶ Quid glorior.) τί κομπέω. Priusquã alteram cõpositionis partem absoluat, perpendit secum, Hippocleam non apte satis fortasse Herculis proli accõmodari posse: ideo corrigens sese, quid, inquit, non in tempore, hoc est, incõmode & intempestiue & præter decorum glorior, Hippocleam Heraclidis adsimilando? ac statim suam cunctationem, aduersariorumq; obiecta diluens, se id non suo arbitratu, sed Pythij Apollinis iussu facere. c ¶ Aleuæ pueri.) Aleuadæ uel uniuersim Thessali sunt, à rege quodam Aleua, ut Corinthij Sisyphidæ à Sisypho: uel ab Aleua amico quodam Hipocleæ.

ANTISTROPHE, COLON X.

Siquidem [a]non est ignarus certaminũ. In Amphictyonum enim cœtu [b]Parnasius illum secessus [c]Diaulodromorum iuuenum excellentissimũ
„ pronunciauit. [d]Humanarum rerum dulcis finis,
„ principiumq; Deo procurante augescit. Hic quidem [e]tuis curis ô Apollo hanc rem pfecit. [f]Quod

uero illi congenitum est, uestigia parentis insequutus est

a ❡ *Non est ignarus certaminum.*) *γεύεται est gustare, experiri, & dimicare, ut in superiori ode demonstratum. Ratio est, quur Pelinnaeũ sit celebrandum sibi. Expertus est certamina, hoc est, dimicauit, conflixit.*

b ❡ *Parnasius secessus.*) *πτυχὰ αὐτὸ δὲ αὐτὸς μυχός. Pythonis est circuitio.* *c* ❡ *Diaulodromorum.*) *Diaulodromus Diauli, hoc est, gemini stadij cursorem signat.* *d* ❡ *Humanarũ rerum.*) *Insignis gnome est, omnia feliciter progredi humana coepta docens, simulac Deus suo numine adspirarit: Apollini uictoriam Hippocleae acceptam referendo.* *e* ❡ *Tuis curis.*) *Hoc est, tua benignitate.* *f* ❡ *Quod uero illi congenitũ.*) *τὸ δὲ συγγενὲς. Laus est ab ingenua indole, qua patris uestigia ingressus, uirtutesq; amplexus est: nec degenere animo, ut ferè solent optimatum liberi, genus suũ & maiores deformauit, iuxta illud Homericũ, παῦροι γάρ τοι παῖδες πατρὸς ἀρείονες &c.*

EPODOS, COLON VIII.

[a]Olympionicae: [b]bis iam bellum excipientibus Martis in armis uictorem, quod est sub alta rupe uirentibus pratis iucunda, [c]Cyrrhae certamen, pedibus fortem constituit Phriciam. [d]Quibus fortuna propitia & in posterũ adsit precor, ut eximijs diuitijs uterq; floreant.

a ❡ *ὀλυμπιονίκα.*) *Genitiuus est Doricus ὀλυμπιονίκα, pro ὀλυμπιονίκου. Cum fine praecedentis Antistrophes coheret: τοῦ πατρὸς enim epitheton est.* *b* ❡ *Bis iam bellum.*) *Bis uicisse patrem Phriciam indicat, armatum nempe cursorem Pythijs ludis. Praedicat autem patrem Hippocleae primum ab Olympica, deinde à Pythia uictorijs.* *c* ❡ *Cirrhae certamen.*) *Periphrasis est Pythij certaminis, quod prope Cirrham Parnasi, à qua Pytho non longe abest, agitur.* *d* ❡ *Quibus fortuna propitia.*) *δεύοι. Precatur ut in posterum semper Deus florentem partam felicitatem tueatur. Vterq; floreant pater & filius.*

STROPHE II. COLON X.

[a]Postquam ergo iucunda Graeciae bona, nec parum adsecuti sunt[†]munerũ, ne inuidis quaeso

† *uel certaminum.*

rerum

rerum permutationibus, quæ ex dijs promanāt,
incidant: Sit illis potius innoxium diuinum nu»
» men. [b]Fortunatus præterea & laudandus uir ille
» uel sapientibus fuerit, qui manibus quidem ac pe
» dibus uirtute obtenta, maxima retulerit præmia,
» animi roboris& sui nomine:

ANTISTROPHE, COLON X.

» Quiq; in uita sua filium adulescentiorē habu»
» erit, qui Deûm clementia Pythicas adeptus est
» coronas: [c]Solidum duntaxat cœlum ipsis inac»
» cessum est. [d]Quantis aũt nos mortalis gens splen
» doribus conspicui sumus, [e]nauigationē tandem
» consummat: [f]neq; enim naui terra'ue profectus,
» admirandam uiam [g]ad Hyperboreum certamen
» inueneris.

a ❨ Postquā ergo.) *Voti & precationis dilatatio est, & reiteratio prioris uoti: rogat enim, ne Deus inuertere uelit felicitatem ex uictoria partam, aliqua adlegata calamitate.* *b* ❨ Fortunatus uir ille.) *Summa felicitate præditum Phriciam, duplici nomine adseuerat. Primum, quod ipse uictoria clarus: deinde, quod & filio* νικηφόρῳ *luceat.* *c* ❨ Solidum.) *Solidum cœlum, hoc est, forte & firmum.* χάλκιον, *æreum cœlum appellat, non quod æreum esse uelit, uerum quod firmum sit instar æris aut ferri: quemadmodum Homerus Odyß. 3.* πολύχαλκον ἐς οὐρανὸν, *Solem orientē ascendere ait. Nisi quorundam Physicorum naturæ antistitum sententia, uelit stellas & sydera ex ferro & ære constare, (quanquam autem æs, cuprum & orichalcum sub se contineat species proprias, pro ferro tamen apud poëtas sæpe per* κατά-ξγνον *accipitur) qualis fuit, qui Solem ignitum ferrum esse uoluit, ut in Olympijs productum est. Sensus igitur est: Tanta felicitate gaudent, quanta hominibus maior alia obtingere nequit, qui & ipsi uictores sunt, & filios eadem sua uirtutũ uestigia sequi cernũt. Nihil aliud illis desit, quàm quod cœlum scandere nequeant: hoc est, dij esse non possunt: cætera sunt beatißimi. In Olympijs consimiles gnomas habuit: qua nos monet, ut humana felicitate contenti, maiora, ut pote cœlestia, non anquiramus. Hæc gentiũ more dicit.* χρισανοὶ δὲ μάλ-

στι πονεῖν χρὴ ἵνα μὴ αὐτοῖς ὁ οὐρανὸς ἀμβατός τε μηδ' ἐστι συγκλειστός. καὶ γὰρ ἡμῖν ἄλλο πολὺ ζητητέον ἢ τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἀπίστοις.

d ❨ Quantis autem nos mortalis gens.) *Id est, ea felicitate, quæ humano generi obtingere potest, is profecto primas tenet, estq; in eadem consummatißimus.* *e* ❨ Nauigationem tandem consummat.) *Ad extremã nauigationem peruenit: hoc est, humano splendore Herculis Gades seu columnas accedit. Iam suprà in Olympijs cõsimili prouerbio usus est iterum atq; iterum: nempe, ultra Gades nemini licere progredi: hoc est, qui ad summa peruenerit, eum esse beatißimum. qui diuitijs, potentiæ, uictoriam Olympicam uel Pythiam adiecerit, eum non posse fortunatiorem fieri. Proinde hac parœmia & Phriciam & filium Hippocleam beatißimos constituit.* *f* ❨ Neq; enim naui.) *Hoc est, Difficile est seu terra seu mari iter reperire, quod ducat ad Hyperboreorũ conuentum. Comparatio talis est: Quemadmodum difficile est Hyperboreos, uel pedibus uel nauigio adire: sic perinde arduum est maiorem consequi felicitatem ea, qua Hippocleas & pater eius Phricias refulgent.* *g* ❨ Hyperboreũ.) *De Hyperboreis nonnulla ex Pomponio Mela & Plinio ode 3. Olympiorum dicta. Vnicum duntaxat, de illorum felicitate, quod tum omissum, hic ex Plinio congerere haudquaquã ab re fuerit, quando & poëta hic ad mores Hyperboreorum parecbasin faciat. Plinius lib. 4. cap. 12. Pone Riphæos montes, ultraq; Aquilonem, gens felix (si credimus) quos Hyperboreos appellauere, annoso degit æuo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur cardines esse mundi, extremiq; syderum ambitus, semestri luce & una die solis auersi: non ut imperiti dixere, ab æquinoctio uerno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur ijs soles, brumaq; semel occidunt. Regio aprica, felici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus ijs nemora luciq;, & deorum cultus uiritim gregatimq;, discordia ignota, & ægritudo omnis. Mors non nisi satietate uitæ, epulatis delibutisq; senibus luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturæ beatißimum.*

De Hyperboreorũ felicitate ex Plinio.

EPODOS, COLON VIII.

[a]Quos penes dux Perseus olim cõuiua, in eorum ædibus præsens, celebres asinorum Hecatombas facientes [b]reperit. Quorum conuiuijs & laudibus assidue [illegible]udet Apo[illegible]o, [c]ridetq;, [d]magnorum anim[illegible]im, q[illegible] infertur, perspiciens.

Mysterium huius sacri tale est: Apollo Elo-

STROPHE

STROPHE III. COLON X.

[e]Neq; Musa ab illorum abhorret moribus: undiq; uero chori uirginum, citharæ uoces, strepitusq; tibiarũ audiuntur & insonant: aurea deniq; lauro coma religata sobrie cõuiuantur: neq; morbi pernicioso senio gẽti illi Hyperboreæ adhærent. Præterea sine laboribus atq; bellorum motibus

quentia & Sapientiæ præses gaudet dũ asini illi cæduntur: id est dũ rudes & imperiti, bonis & ingenuis disciplinis dedũtur, exornanturq;, ut ex asinis & brutis pecoribus, ciuiles & eruditi & boni uiri tandem fiant.

ANTISTROPHE, COLON X.

Habitant, fugientes ultricem Nemesin. [f]Ad beatorum huiusmodi hominum cœtum, audaci corde spirans Danaës proles, Minerua præeunte peruenit, occiditq; Gorgonem, & capite draconum terroribus uario rediјt, insulanis [g]lapideã mortem adferens, mihiq; admirationem.

EPODOS, COLON VIII.

[h]Atqui dijs perficientibus nihil uidetur esse impossibile.

a ℭ Quos penes dux Perseus.) Inconcinna, nec admodum ad rem pertinenti digreßione Pindarum hic uti Scholiastes adfirmat. Enimuero poëta, poetica dilatatione utitur. Alioqui eadem ratione nusquam huic nostro parecbasis erit admittenda. Quid est ergo quod tam sinistre de minime malo uate pronunciat, quum pro lyricis legibus optime sit collocatus hymnus? b ℭ Reperit.) ἐπιτόσσαις pro ἐπιτόσας, hoc est, καταλαβὼν, ubi deprehendisset. c ℭ Ridet uim.) Apollo ridet, dum saltare & palpitare asinos dum cæduntur uidet. d ℭ Magnorum animalium.) κνωδάλων. κνώδαλα proprie marina sunt animalia: per catachresin pro terrestribus usurpat. ὀρθιῶν pro ὀρθίων, erectorum, ad excipiendum in iugulo ferrum. Videtur mea quidem sententia alludere ad Homericum illud, αὐέρυσαν μὲν πρῶτα. Reperit ergo Perseus Hyperboreos, inquit poëta, intentos Apol[...] sacris, quibus faciebant, hoc est, sacrificabant, hecatombas asinorum, h[...] asinos immolabant Apollini: quod ipsum & Callimachus in Scholijs t[...] dum ait:

nobili supercilio dulciter subridens, cõsilium suũ statim exposuit. Claues, inquit, sapientis persuasionis sacris de amoribus Phœbe, apud deos similiter atque apud homines occultæ sunt. Nemo enim adeò impudens, ut non uereatur in dulcem se torum palàm conijcere.

EPODOS, COLON XIIII.

Etenim te,[d] quem nemo fallere potest, blandula[e] ratio adeoque mansuetudo tua [f] perpulit hunc [g]edisserere sermonem. Vnde puella genus suum ducat, ex me inquiris ô rex:[h] qui peculiarem omnium rerum summam & finem nosti, uniuersasque uias, quotque uerna folia terra producat, & quanta cum mari tum fluminibus arena sit, fluctibusque & uentorũ impetu uolutetur: qui futura, & unde quid futurum, probe contemplaris. Quod si & me sapienti tibi [i]æquari oporteat,

STROPHE III. COLON XV.

Dicam.

a ℂ *Immenso robore.)* γεύεται δ' ἀλκᾶς ἀπειράντω. *Gustandi uerbo pro dimicare uel bellare usus est, ut* Homerus:

γευσόμεθ' ἀλλήλων χαλκήρεσιν ἐγχείησι. Hoc est, *æreis inter nos hastis depugnabimus. A robore & fortitudine* Nympham Apollo *laudat.*

b ℂ *Decerpere mellisuauẽ herbam.)* κεῖρεν, Doricum est ἀπαρέμφατον, *pro* κείρειν. *Metaphora est, à flosculos carpentibus, uel à medicis radentibus herbas, sumpta.* c ℂ *Tum illi.)* κρυπταὶ κλαΐδες. *Per admirationem respondet* Chyron: *Et apud deos & homines occultæ solent esse de amoribus disputationes, uel cogitationes. Nemo puellæ palàm alicui uirgineam soluere zonam assolet.* Nemo *Veneris sacra aperte celebrare solet.* Nemo non *clandestine res uenereas peragere consueuit.* Quasi dicere uelit: *Non est quod ea de re me interroges, tu ipse poteris clàm compos uoti fieri. Cynici tamen, ueluti cõmuni sensu orbati, huic Pindaricæ gnomæ cõtraueniunt, ut apud Laërtium*

tium claret. d ℭ Quē nemo fallere.) τὸν οὐ θεμιτὸν ψεύδει θιγεῖν. παρενθετικῶς *est adiectum. Tu quem nemo, inquit, fallere potest, quemq; nihil latet, à me scire laboras, qui sint uiraginis istius parentes, quum tu omnia intuearis, omnia audias, omnia scias, futura etiam, ut uates, praescias.*

e ℭ Mansueta ratio.) μείλιχος ὀργά, *mansueta ratio, tua humanitas, uel clementia, mansuetū pectus.* f ℭ Perpulit.) ἔτραπε *pro* ἀνέπεισε, *persuasit.* g ℭ Edißerere.) παρφάμεν *pro* παραφάμεναι. ἄνα *uocandi casus ab* ἄναξ. h ℭ Qui peculiarē.) *Apollinis Solis'ue natiuā scientiam & numen exponit, Homericū illud paraphrastice reddens:*

ἠέλιος θ' ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις.

i ℭ Aequari.) παραντιφερίξαι, *pro* παρισοῦσθαι. *Quod si tibi sim sapienti adaequandus, dicam quod sentio.*

Huic maritus adsis hac in spelūca: duces enim illam trans Pontum ad eximium [a]Iouis hortum, illic [b]principem [c]ei ciuitatem [d]statues, [e]insularem populū congregās ad campestrē collem. [f]Nunc uero pratis ampla, ueneranda tibi Libya, celebrē Nympham aureis tectis cupide recipiet, ut terrae partem illi, qua frui ilico posit legitime, dono det, neq; plantarum omnis generis fructus producentium expertem, neq; ferarum nesciam. *Responsum Chironis ad Apollinē, et uaticinium.*

ANTISTROPHE, COLON XV.

[g]Vbi proferet in lucem, quem inclytus Mercurius à chara matre rapiens, regio throno conspicuis Horis, ac Terrae dabit: quae positi super genua sua infantis labijs nectar & ambrosiam instillabunt, immortalemq; ueluti [h]Iouem, aut castum Apollinem ponent, uiris bene fauentibus gaudium, opilionem, [i]ruri pascuisq; deditū, quoi & Aristaeo nomenclaturā indent. [k]Sic fatus in caussa erat, quod Apollo dulcem nuptiarum temperaret & perficeret finem, summā, cōsummationē.

a ℭ Iouis hortum.) Libyam Iouis hortum appellat, propterea quod Iupiter Ammon in Libya colatur, ut in quarta Pythiorum ode cõmonstratum. b ℭ Opilionem) ἄγχιστον ὀπάονα μήλων, proximũ ouium sectatorem. Priusquam enim Aristæus nasceretur, oues custodem non habebant. c ℭ Ei.) νὶν dandi hic casus est, aliàs & accusandi frequentius, sicut μίν. Dorici sunt casus. d ℭ Statues.) Statues ei ciuitatem scilicet Cyrenen olim. e ℭ Insularem populum.) νασιῶταν λαὸν ἀγείρας. Populum & coloniam è Thera iuxta Cretam insula, per Battum Cyrenen deductam intelligit: de quo in 4. Pythiorum. f ℭ Nunc uero.) νῦν δέ. In præsentia uero Libya eam excipiet, &c. g ℭ Vbi proferret.) Vaticinium de nascituro ex Apolline & Cyrene Aristæo. h ℭ Ioue.) ζῆνα, subaudiendum ὡς. i ℭ Ruri pascuisq;.) ἀγρέα καὶ νόμιον. Iouem & Apollinem etiam ἀγρέας appellari Scholia testantur: uel quod Aristæus uenationem & pecorum & iumentorum alimoniam primus repererit: præterea quod mellis etiam inuentor est Aristæus. Iam decimam esse immortalitatis partem mel quidam putauerunt. Mellis originem Virgilius in 4. etiam georgicôn Aristæo tribuit. Quare siue Ioui & Apollini, siue Aristæo accõmodari potest quod ait, ἀγρέα καὶ νόμιον. Sed quur Mercurius prolem traditurus est Horis & Terræ educandum? Horæ Deæ sunt apud Homerum, temporum dispensatrices. Terra uero est proauia Aristæi. Nam Terræ filia est Creusa, quæ Hypseum peperit, ex quo Cyrene, cuius & Apollinis Aristæus. k ℭ Sic fatus.) Apollo, inquit, uaticinio Chironis fidem adhibens, nuptias cum Cyrene sua peregit.

EPODOS, COLON XIIII.

[a]Velox urgẽtibus iam dijs operatio, breuesq; uiæ, [b]illa illa dies rem [c]transegit. Thalamo uero Libyæ aurato congressi sunt, ubi pulcherrimã certaminibusq; clarã urbem administrat. [d]Et nunc in diuina Pythone [e]Carni filius potitus rerum, cum florida fortuna cõmiscuit Cyrenen, eamq; [f]perspicuam reddidit. [g]Quæ & ipsum benigna rursum recipiet desiderabilem [h]patriæ, uenustis matronis decoræ, splendorem adferentẽ secum.

a ℭ Velox operatio.) Hoc est, citra moram in Libyam Apollo eam traduxit.

duxit. b ¶ *Illa illa dies.)* *Ingeminatio diuini numinis, ardorem & impetum præsentat.* c ¶ *Perficit.)* διαπράσσει pro διεπέλεσεν, *perficit.* d ¶ *Et nunc.)* *Finita digreßione de Cyrenes ortu, à Nympha Cyrene Hypsei filia &c. redit ad institutum, uictoremq́; Telesicratem Cyrenæum à uictoria Pythia prædicat. Existimat autem poëta, claram & insignem patriam, multum facere ad uirtutis & uictoris encomium.* e ¶ *Carniades.)* καρνειάδης, *Telesicrates Carni filius.* f ¶ *Perspicuam reddidit.)* ἀνέφανε κυράναν, *illustrem reddidit patriam Cyrenen. Promulgabantur enim & uictorũ nomina, & suum cuiusq; natale solum in publicis Græciæ huiusmodi spectaculis.* g ¶ *Quæ.)* ἅ, *quæ Nympha uel patria Cyrene. Honorifice, inquit, à patria excipietur, postquam & is patriæ ob uirtutem suam & fortitudinem, decori & gloriæ fuerit.* h ¶ *Patriæ uenustis.)* *Cyrenen à matronarum pulchritudine laudat.*

STROPHE IIII. COLON XV.

" [a]Magnæ uirtutes multo sæpe sermone, quo
" prædicentur indigent. Magnorum uero breuis
" exornatio sapientem requirit auscultatorem, qui
" intelligat. Insuper occasio totius rei consumma-
" tionem continet. [b]Nouerunt Iolaum olim temporis rationem in precio habentem, septem portis insignes Thebæ: quem simulac Eurysthei caput ensis acie [c]amputasset, condiderunt sub terram, equestris Amphitruonis prope monumentum, ubi & Spartarum ei hospes situs erat, qui ad Cadmæorum platæas albis equis uberes transmigrauerat, [d]paternus auus.

a ¶ *Magnæ uirtutes.)* *Breuitatẽ suam gnome excusat, occasionis, adeoq; temporis rationẽ habendã esse, quæ iamnunc non permittat ingens dicendi spatiũ. Breuitas enim Lyricis poëtis propria est. Sic se tamen breuẽ esse contendit, ut paucis multa cõprehendat, quæ non nisi eruditis, quos solos sapientes uocat, pateãt. Insigni uero loco, de occasione, hæc amplificat. Tempori nos semp accommodare debere, quandoquidem omnium rerum summam & perfectionem cõtineat. Omnia enim tempestiua grata. Digna est Isocratis sententia, quæ huc accenseatur. Intempestiuum, inquit, semper triste, & ne ipsis quidem Gratijs,*

citra gratiam, feceris gratum. Quo dicto, per gratiam nõ inepte metaphoricõs uel per cõparationem, occasionem accipiemus. Vt enim sine gratia, hoc est, iucunditate & alacritate non est gratum beneficium, nec debita seruitus citra seruientis hilaritatem cordi est: sic quicquid intempestiuum est, iniucundum, imò turpe. b ℂ Nouerunt Iolaum.) *De occasione gnomẽ exemplis dilatat. Quum* Iolaus Herculis *socius, resciret* Herculis *sui liberos, qui ad* Athenienses *confugerant, ab* Eurystheo *reposci, ac nisi redderent, bellum minitari: orauit* Iouem, *ut sibi daretur paulummodo reuiuiscere: defunctus enim uita erat. Quo impetrato,* Eurystheum *occidit, ac statim denuò mortuus est. Sunt qui ad ueritatem hanc historiã ita redigant:* Iolaum *senio iamtum confectum fuisse, ideoq; optasse sibi iuueniles uires, ac feruidum adhuc robur: quod etsi nõ adesset, nihilominus uirum præstans,* Eurysthea *interfecit, ac statim obijt.* Is Iolaus *ergo opportune certe opportunitatis seu occasionis rationem habuit: erat enim opportunissimum, tam impium diuinæ prolis hostem opprimere.* c ℂ Amputasset.) ἔπραθεν κεφαλὰν, *caput depopulatus est.* ἔπραθεν ἀπὸ τοῦ πέρθω, *pro* ἀπέτεμεν, *abscidit, amputauit.* d ℂ Paternus auus.) *Auus paternus* Iolai *est* Amphitruo. *Ergo nõ sola familiaritate* Herculi *iunctus fuit, uerumetiam sanguine. Adijcit hic* Hypomnematistes, Iolaum *in orbita ad monumentũ* Amphitruonis *tumulatum fuisse, ut semper calcaretur & uicinus esset auo suo. Vt uero* Eurystheus *ab* Atheniensibus *repetiuerit* Heraclidas, *est apud* Isocratem *in* Panegyrico, *& alijs paßim in orationibus.*

ANTISTROPHE, COLON XV.

Amphitruoni uero, Ioui antea mixta, [a]unico partu in prælijs uincens fratrũ geminorũ robur peperit Alcmena. [b]Mutus certe hic fuerit, qui Herculi [c]os nõ adiecerit, neq; Dircearũ aquarũ, quæ & illum & Iphiclem educarũt, non semper meminerit. [d]Quos & ego absoluto encomio euecham, quando pro uoto meo ab illis beneficiũ acceperim, [e]ne me destituat purum celebrium Gratiarum lumen. [f]Aeginæ uero atque Nisi in tumulo, ter urbem hanc uictoria celebrẽ aio reddidisse Telesicratem,

EPODOS, COLON XIIII.

[g]Taciturnam inertiam rebus præclare gestis qui [h]effugit.

a ℭ *Vno partu.)* *Herculem ex Ioue, Iphiclem ex Amphitruone susulit. Amplificat ita ab Alcmenæ liberis.* *b* *Mutus certe.)* κωφὸς, *mutus & rudis & indoctus fuerit, qui Herculem nō laudauerit. Ad laudes ita Herculis excurrit.* Dirceæ *aquæ, periphrasis* Thebarū: Dirce *enim fons* Thebarum. *c* ℭ *Os adijcere.)* στόμα περιβάλλειν *est laudare, est* ἐγκωμιάζειν. *d* ℭ *Quos & ego.)* *Enallage personæ est: siquidem poëta hæc in persona uictoris* Telesicratis *dicit. Quia, inquit, Herculis & Iphiclis ope, Herculanorū uictoriam sum indeptus, igitur illos à me celebrari haud indignū est.* *e* ℭ *Ne mihi gratiarum.)* μή με λίποι. *Hoc est, ne illorum propitium mihi numen amittam, & ne non placentia uictori poëmatia pangam. Splendor enim Gratiarū est placere, amabilem & iucundum esse. Si quem Gratiarum lumen destituit, ille omnium odio & contemptui expositus est.*

f ℭ *Aeginæ uero & Nisi.)* *Telesicratem iam ab Aeginetica & Megarensi uictoria laudat. In colle* Nisi, *periphrasis est* Megarorum, *ubi* Nisus *insignis luctator, tumulo conditus fuit: ita auguror, quum non indicent Scholia, quis fuerit ille* Nisus, *sed sola* Megara *intelligi exprimant. Megarensi uictoria ter potitus* Cyrenen *illustrauit.* *g* ℭ *Taciturnam inertiam.)* *Victoriæ est à contrario circuitio. Victor taciturnā inertiam fugit, quando non erubescit reuersus in patriam, in publicū prodire, nec domi turpiter abditur, ut ille solet, qui superatus est. Qui enim uicti sunt oderunt, ut noctua, lucem: publicum fugiunt, prodire uerentur.* *h* ℭ φυγών.) ἀντίπτωσις *est, nominatiuus pro accusatiuo ponitur, perinde ac apud* Aristophanem *in* Nebulis προέχων *est pro* προέχοντας, *quum* δίκαιος λόγος *ita dicit:*

ὥστ' ἐμ' ἀπάγχεσθ', ὅταν ὀρχεῖσθαι παναθηναίοις δέον αὐτοὺς
τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων ἀμελῇ τῆς τριτογενείας.

Nisi quis malit hæc adhuc omnia in persona Telesicratis *dici, tum* φυγὼν *recte nominatiuus manet, ac dependet à uerbo* φημί. *Dico me* Telesicratem, *qui effugi silentem miseriam, hanc urbem uictorijs meis illustrasse.*

[a]Quare si quis ciuiū uictori amicus, aut si quis etiam inimicus, quod feliciter in publici boni cōmodum gestum est, ne cælet, neq; sermone suo marinū senem lædat. Nam & is uel ab inimico,

n 3

" benefacientem, toto cum animo ac iure laudan" dum esse pronunciauit. [b]Sæpenumero te speciosis Panathenæorũ festis, uictorem uidi. Itaq; [c]nullæ non puellarum tacitæ charissimum te sibi uel maritum esse, uel filium Telesicrates exoptant,

STROPHE V. COLON XV.

[d]Cum in Olympijs, [e]concauæq; terræ certaminibus, tum planè patrijs omnibus ludis. [f]At aliquis ex me iam sitim odarum restinguente exigit, ut ex integro me adeò maiorum tuorum gloriam excitare oporteat, qui pro Libyca uxore Irassam [g]Antæi oppidũ sese contulere, formosæ admirandæq; filiæ proci: quam nõ parum multi ex optimatibus & cognatis eius, pleriq; etiam hospitum petebant, diuina enim species

ANTISTROPHE, COLON XV.

Erat.

a ℂ *Quare si quis.) Et amicos & inimicos Telesicratem laudare debere, poëta affirmat, iuxta Nerei marini senis generale præceptum, quod est, Laudandum esse eum, qui uirtute clarus extiterit, nedum ab amicis, sed ab aduersarijs etiam.* *b* *Sæpenumero te speciosis.) Argumentum laudis à uictoria Panathenæorum. Hoc nomen erat festiuitati Mineruæ & Atheniensibus sacræ, ubi in conuentu totius Atticæ publici ludi agebantur & certamina.*

c ℂ *Nullæ non puellarum.) Puellæ & uirgines te sibi maritum esse exoptant. Hæc Telesicratem adhuc extra matrimonij copulam spiritum duxisse testantur: unde suprà patriam in gratiam eius καλλιγύναικα nominauit. Estq; à fructu uictoriæ laus.* *d* ℂ *Cum in Olympijs.) Olympijs, nõ illis quæ Pisæ aguntur, sed Athenis.* *e* ℂ *Concauæ terræ.) βαθυκόλπου γῆς, multos & profundos sinus habentis terræ. Agebatur autem & Athenis ludus Terræ, ut in Scholijs Didymus refert. Vt enim omnium Græciæ urbium clarissimæ fuerunt Athenæ, sic omnis etiam ferè generis ludos & spectacula, cum ciuibus suis, tum exteris exhibuerunt.* *f* ℂ *At aliquis.) Iam sitim*

odarum

odarum restincturus eram, sed quispiā me impediuit, quo minus hoc facerem. Metaphora est, sitim odarū restinguere, pro finire. Prupergasian hanc facit de industria, propter nouam maiorū, quam subtexit historiā. g ¶ *Antæi oppidum.) Antæus Irassæorū rex, filiam forma decorā, Danaū Argiuum secutus, nemini nisi qui cursu reliquos anteuerteret, traditurū se decreuit. Alexidamus ergo, unde stirpi Telesicratis origo est, currendo puellā cæteris præripuit.*

[a]Auro coronatæ pubertatis florentem fructū decerpere illi uolebāt. [b]Cæterū filiæ celebriores pater nuptias plantans, audiuit Danaū, ut is olim quadragintaocto natabus suis uel ante meridiem celerrime maritos offenderit. Siquidem frequentem chorum in circum certaminis constituit, unà cum muneribus, quam quisque heroum cursu primas tenentium uelit, liberam optionem præcipiens, quicunque etiam illi generi obuenissent.

EPODOS, COLON XIIII.

[c]Itidem Libycus ille Antæus filiæ suæ sponsum adglutinās maritū dabat: ornās enim ipsam ad lineam locauit, ut esset summus certaminis & uictoriæ finis. Hancque palàm abducendam præcepit ab eo, qui uestibus primus attigisset. Hic [e]Alexidamus, ubi celeri superior cursu foret, inclytæ uirginis manū, manu sua prehendens, per mediā [f]equestrium Afrorum turmam duxit, multa tum in ipsum folia & coronas proijciebant, qui & antehac alibi non paucas [g]uictoriæ alas acceperat.

a ¶ *Auro coronatæ.)* χρυσοστεφάνου. *Metaphora est, pro formosissimæ pubertatis. Volebant proci pro sua quisque eam coniuge habere.*

b ¶ *Cæterum filiæ celebriores.) Antæus Libycus Danaum Argiuorum regem imitatus est, qui octo & quadraginta filias nō dissimilem ad modū elocauit. Quæstio hic incidit, quur quadragintaocto filias nominarit, quum quin-*

quaginta fuerint, pinde ac Euripides etiã testatur in Tragœdia cuius initiũ est: δαναὸς ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ. Scholiastes tali ratione diluit: Duas ideo omisit, Amymonen uidelicet, quæ iam antea quidem à Neptuno deuirginata erat, & Hypermnestram à Lynceo amatam.

c ℂ Itidem Antæus.) ὥσπερ ἐδίδου. Applicatio paradigmatis.

d ℂ Ad lineam.) ποτὶ γραμμᾷ. Linea ducebatur, quæ & principiũ & finem siue currentibus siue certantibus indicaret: unde parœmia, Lineam ne moueas: A linea incipere. Irassa ciuitas Libyæ, quam Antæus inhabitauit, non ille, qui cum Hercules luctatus est, quemq; interemit: sed alius, qui Euphemi tempore floruit, cuius maiores Cyrenen migrarunt. Nomen filiæ, ut Pisander Camerensis autor, Alceis erat, uel, ut alij, Barce. e ℂ Alexidamus.) ἀλεξίδαμος, arcens domitorẽ, siue populum abigens & propulsans ualet.

Irassa.

f ℂ Equestrium νομάδων.) ἱππευτᾶν νομάδων. Afros Nomadas, hoc est pastores substantiue appellat: siue proprie Numidas, qui Africæ populi Græcis νομάδες, παρὰ τὸ νέμειν & νομὴ dicuntur. Et nisi Pindarus νομάδων scriberet per ο in priori, à νωμάω uerto, aliquis etiam deducere posset, quod papiliones & mapalia sua passim circumuehebant, ut Plinius tradit lib. quinto, capite tertio. g ℂ Victoriæ alas.) πτερὰ νίκας. Periphrasis uictoriæ est: sicut in 14. Olympiorũ πτεροῖσι ἀέθλων. Vt exordium, sic peroratio huic odæ deest.

HIPPOCLEAE THESSALO DIAVLI CVRSORI, ODE X.

STROPHE I. COLON X.

B[a]Eata Lacedæmõ, felix Thessalia, utrique, ex uno patre bello præstantissimi Herculis genus regnat. [b]Quid citra opportunitatẽ glorior? Atqui Pytho, Pelinnæum, [c]Aleuæq; pueri celebrare me Hippocléam inhortantur, cui inclytã adducere laudem gestiunt.

ENARRATIO.

Argumentum. In gratiam Hippocleæ è Thessalia oriundi hunc hymnũ cõpegit, Thorace Hippocleæ amico monitore, ut in fine huius encomij dicit. Vicit Pythiadem uigesimam

rigesunamsecundã, Olympiadem item 72. & 73. Proinde laudat uictorẽ Pindarus cum à Pythio tum Olympio, quibus rerum potitus est, certaminibus: à uictorijs patris Phriciæ, à præmio uictoriæ, ab amicis Thorace & reliquis.

a ❡ *Beata Lacedæmon.*) *A comparatione orditur. Quemadmodũ Lacedæmonij & ad unum omnes Thessali, propter Herculem, à cuius liberis sunt illustrati, fœlices sunt: sic Pelinnæum Thessaliæ ciuitas, à suo alumno & uictore Hippoclea, in cœlum extollitur, beatum & fortunatũ cernitur. Sunt enim boni & principes & ciues, patriæ suæ summo decori & ornamento. Perinde ac si dicat: Aliæ urbes alijs heroibus clarent, Pelinnæum uero Hippoclea præfulget. Nec errabit qui sic intelliget: Alij Lacedæmonem, alij Thessaliam propter Heraclidas prædicant, ego uero Pelinnæũ, Pythij Apollinis instinctu, efferre præconijs promptus sum. Quem in modum Horatius 1. Carminum ad Numatiũ Plancum orsus est:* **Pelinnæum Hippocleæ patria.**

Laudabunt alij claram Rhodon aut Mitylenen,
Aut Ephesum, bimaris'ue Corinthi
Mœnia, uel Baccho Thebas, uel Apolline Delphos
Insignes, aut Thessala tempe. *Ac postea subijciendo,*
Me nec tam patiens Lacedæmon,
Nec tam Larissæ perculsit campus opimæ,
Quàm domus Albuneæ resonantis.

b ❡ *Quid glorior.*) τί κομπέω. *Priusquã alteram cõpositionis partem absoluat, perpendit secum, Hippocleam non apte satis fortasse Herculis proli accõmodari posse: ideo corrigens sese, quid, inquit, non in tempore, hoc est, incõmode & intempestiue & præter decorum glorior, Hippocleam Heraclidis adsimilando? ac statim suam cunctationem, aduersariorumq; obiecta diluens, se id non suo arbitratu, sed Pythij Apollinis iussu facere.* *c* ❡ *Aleuæ pueri.*) *Aleuadæ uel uniuersim Thessali sunt, à rege quodam Aleua, ut Corinthij Sisyphidæ à Sisypho: uel ab Aleua amico quodam Hipocleæ.*

ANTISTROPHE, COLON X.

Siquidem [a]non est ignarus certaminũ. In Amphictyonum enim cœtu [b]Parnasius illum secessus [c]Diaulodromorum iuuenum excellentissimũ
» pronunciauit. [d]Humanarum rerum dulcis finis,
» principiumq; Deo procurante augescit. Hic quidem [e]tuis curis ô Apollo hanc rem pfecit. [f]Quod

uero illi congenitum est, uestigia parentis insequutus est

a ℂ Non est ignarus certaminum.) γεύεται est gustare, experiri, & dimicare, ut in superiori ode demonstratum. Ratio est, quur Pelinnaeũ sit celebrandum sibi. Expertus est certamina, hoc est, dimicauit, conflixit.

b ℂ Parnasius secessus.) πτυχὸς δὲ αὐτὸν μυχός. Pythonis est circuitio. *c* ℂ Diaulodromorum.) Diaulodromus Diauli, hoc est, gemini stadij cursorem signat. *d* ℂ Humanarũ rerum.) Insignis gnome est, omnia feliciter progredi humana cœpta docens, simulac Deus suo numine adspirarit: Apollini uictoriam Hippocleae acceptam referendo. *e* ℂ Tuis curis.) Hoc est, tua benignitate. *f* ℂ Quod uero illi congenitũ.) τὸ δὲ συγγενὲς. Laus est ab ingenua indole, qua patris uestigia ingressus, uirtutesq; amplexus est: nec degenere animo, ut ferè solent optimatum liberi, genus suũ & maiores deformauit, iuxta illud Homericũ, παῦροι γάρ τοι παῖδες πατρὸς ἀρείονες &c.

EPODOS, COLON VIII.

[a]Olympionicae: [b]bis iam bellum excipientibus Martis in armis uictorem, quod est sub alta rupe uirentibus pratis iucunda, [c]Cyrrhae certamen, pedibus fortem constituit Phriciam. [d]Quibus fortuna propitia & in posterũ adsit precor, ut eximijs diuitijs uterq; floreant.

a ℂ ὀλυμπιονίκα.) Genitiuus est Doricus ὀλυμπιονίκα, pro ὀλυμπιονίκου. Cum fine praecedentis Antistrophes cohaeret: τοῦ πατρὸς enim epitheton est. *b* ℂ Bis iam bellum.) Bis uicisse patrem Phriciam indicat, armatum nempe cursorem Pythijs ludis. Praedicat autem patrem Hippocleae primum ab Olympica, deinde à Pythia uictorijs. *c* ℂ Cirrhae certamen.) Periphrasis est Pythij certaminis, quod prope Cirrham Parnassi, à qua Pytho non longe abest, agitur. *d* ℂ Quibus fortuna propitia.) ἕποιτο. Precatur ut in posterum semper Deus florentem partam felicitatem tueatur. Vterq; floreant pater & filius.

STROPHE II. COLON X.

[a]Postquam ergo iucunda Graeciae bona, nec parum adsecuti sunt[†]munerũ, ne inuidis quaeso

† uel certaminum.

rerum

rerum permutationibus, quæ ex dijs promanãt, incidant: Sit illis potius innoxium diuinum nu-
» men. [b]Fortunatus præterea & laudandus uir ille
» uel ſapientibus fuerit, qui manibus quidem ac pe
» dibus uirtute obtenta, maxima retulerit præmia,
» animi roboris q; ſui nomine:

ANTISTROPHE, COLON X.

» Quiq; in uita ſua filium adoleſcentiorē habu-
» erit, qui Deûm clementia Pythicas adeptus eſt
» coronas: [c]Solidum duntaxat cœlum ipſis inac-
» ceſſum eſt. [d]Quantis aũt nos mortalis gens ſplen
» doribus conſpicui ſumus, [e]nauigationē tandem
» conſummat: [f]neq; enim naui terra'ue profectus,
» admirandam uiam [g]ad Hyperboreum certamen
» inueneris.

a (Poſtquã ergo.) *Voti & precationis dilatatio eſt, & reiteratio prioris uoti: rogat enim, ne Deus inuertere uelit felicitatem ex uictoria partam, aliqua adlegata calamitate.* *b* (Fortunatus uir ille.) *Summa felicitate præditum Phriciam, duplici nomine adſeuerat. Primum, quod ipſe uictoria clarus: deinde, quod & filio* νικηφόρῳ *luceat.* *c* (Solidum.) *Solidum cœlum, hoc eſt, forte & firmum.* χάλκεον, *æreum cœlum appellat, non quod æreum eſſe uelit, uerum quod firmum ſit inſtar æris aut ferri: quemadmodum Homerus Odyß. 3.* πολύχαλκον ἐς οὐρανὸν, *Solem orientē aſcendere ait. Niſi quorundam Phyſicorum naturæ antiſtitum ſententia, uelit ſtellas & ſydera ex ferro & ære conſtare, (quanquam autem æs, cuprum & orichalcum ſub ſe contineat ſpecies proprias, pro ferro tamen apud poëtas ſæpe per* κασσίτερον *accipitur) qualis fuit, qui Solem ignitum ferrum eſſe uoluit, ut in Olympijs productum eſt. Senſus igitur eſt: Tanta felicitate gaudent, quanta hominibus maior alia obtingere nequit, qui & ipſi uictores ſunt, & filios eadem ſuæ uirtutũ ueſtigia ſequi cernũt. Nihil aliud illis deſit, quàm quod cœlum ſcandere nequeant: hoc eſt, dij eſſe non poſſunt: cætera ſunt beatiſsimi. In Olympijs conſimiles gnomas habuit: qua nos monet, ut humana felicitate contenti, maiora, ut pote cœleſtia, non anquiramus. Hæc gentiũ more dicit.* χριστιανοὶ δὲ μάλι-

εκ πονέων χρὴ ἵνα μὴ αὐτοῖς ὁ οὐρανὸς ἀμβατός ἐστι. μέγας δὲ συγκλεισμός. καὶ γὰρ ἡμῖν ἄλλο πολὺ ζητητέον ἢ τοῖς ἔθνεσι τοῖς ἀπίστοις.

d ℂ Quantis autem nos mortalis gens.) Id est, ea fœlicitate, quæ humano generi obtingere potest, is profectò primas tenet, estq; in eadem consummatissimus. e ℂ Nauigationem tandem consummat.) Ad extremã nauigationem peruenit: hoc est, humano splendore Herculis Gades seu columnas accedit. Iam suprà in Olympijs cõsimili prouerbio usus est iterum atq; iterum: nempe, ultra Gades nemini licere progredi: hoc est, qui ad summa peruenerit, eum esse beatissimum. qui diuitijs, potentiæ, uictoriam Olympicam uel Pythiam adiecerit, eum non posse fortunatiorem fieri. Proinde hac parœmia & Phriciam & filium Hippocleam beatissimos constituit. f ℂ Neq; enim naui.) Hoc est, Difficile est seu terra seu mari iter reperire, quod ducat ad Hyperboreorũ conuentum. Comparatio talis est: Quemadmodum difficile est Hyperboreos, uel pedibus uel nauigio adire: sic perinde arduum est maiorem consequi fœlicitatem ea, qua Hippocleas & pater eius Phricias refulgent. g ℂ Hyperboreũ.) De Hyperboreis nonnulla ex Pomponio Mela & Plinio ode 3. Olympiorum dicta. Vnicum duntaxat, de illorum fœlicitate, quod tum omissum, hic ex Plinio congerere haudquaquã ab re fuerit, quando & poëta hic ad mores Hyperboreorum parecbasin faciat. Plinius lib. 4. cap. 12. Pone Riphæos montes, ultraq; Aquilonem, gens fœlix (si credimus) quos Hyperboreos appellauere, annoso degit æuo, fabulosis celebrata miraculis. Ibi creduntur cardines esse mundi, extremiq; syderum ambitus, semestri luce & una die solis auersi: non ut imperiti dixere, ab æquinoctio uerno in autumnum. Semel in anno solstitio oriuntur ijs soles, brumaq; semel occidunt. Regio aprica, fœlici temperie, omni afflatu noxio carens. Domus ijs nemora luciq;, & deorum cultus uiritim gregatimq;, discordia ignota, & ægritudo omnis. Mors non nisi satietate uitæ, epulatis delibutisq; senibus luxu, ex quadam rupe in mare salientibus. Hoc genus sepulturæ beatissimum.

De Hyperboreorũ fœlicitate ex Plinio.

EPODOS, COLON VIII.

[a]Quos penes dux Perseus olim cõuiua, in eorum ædibus præsens, celebres asinorum Hecatombas facientes [b]reperit. Quorum conuiuijs & laudibus assidue gaudet Apollo, [c]ridetq;, [d]magnorum animalium uim, quæ eis infertur, perspiciens.

Mysterium huius sacri tale est: Apollo Elo-

STROPHE

STROPHE III. COLON X.

ᵉNecꝗ Musa ab illorum abhorret moribus: undiꝗ uero chori uirginum, citharæ uoces, strepitusꝗ tibiarũ audiuntur & insonant: aurea deniꝗ lauro coma religata sobrie cõuiuantur: neꝗ morbi pernicioso senio gẽti illi Hyperboreæ adhærent. Præterea sine laboribus atꝗ bellorum motibus

ANTISTROPHE, COLON X.

Habitant, fugientes ultricem Nemesin. ᶠAd beatorum huiusmodi hominum cœtum, audaci corde spirans Danaës proles, Minerua præeunte peruenit, occiditꝗ Gorgonem, & capite draconum terroribus uario rediit, insulanis ᵍlapideã mortem adferens, mihiꝗ admirationem.

quentia & Sapientiæ præses gaudet dũ asini illi cæduntur: id est dũ rudes & imperiti, bonis & ingenuis disciplinis deducũtur, exornanturꝗ, ut ex asinis & brutis pecoribus, ciuiles & eruditi & boni uiri tandem fiant.

EPODOS, COLON VIII.

ʰAtqui dijs perficientibus nihil uidetur esse impossibile.

a ¶ Quos penes dux Perseus.) *Inconcinna, nec admodum ad rem pertinenti digressione Pindarum hic uti Scholiastes adfirmat. Enimuero poëta, poetica dilatatione utitur. Alioqui eadem ratione nusquam huic nostro parecbasis erit admittenda. Quid est ergo quod tam sinistre de minime malo uate pronunciat, quum pro lyricis legibus optime sit collocatus hymnus?* b ¶ Reperit.) ἐπιπόσαις pro ἐπιπόσας, *hoc est,* καταλαβὼν, *ubi deprehendisset.* c ¶ Ridet uim.) *Apollo ridet, dum saltare & palpitare asinos dum cæduntur uidet.* d ¶ Magnorum animalium.) κνωδάλων. κνώδαλα *proprie marina sunt animalia: per catachresin pro terrestribus usurpat.* ὀρθιᾶν *pro* ὀρθίων, *erectorum, ad excipiendum in iugulo ferrum. Videtur mea quidem sententia alludere ad Homericum illud,* αὐέρυσαν μὲν πρῶτα. *Reperit ergo Perseus Hyperboreos, inquit poëta, intentos Apollineis sacris, quibus faciebant, hoc est, sacrificabant, hecatombas asinorum, hoc est, asinos immolabant Apollini: quod ipsum & Callimachus in Scholijs testatur, dum ait:*

τέρπονσι λιπαραὶ φοίβου ὀνοσφαγίαι.

e ℭ Neq; Musa.) Hyperboreorũ fœlicitatem describit, quam & Plinius explicauit. f ℭ Ad beatorum hominum.) Finita per digreßionem Hyperboreorum fœlici fortuna, redit ad Persea. Danaës proles est Perseus.

g ℭ Lapideam mortem.) λίθινον θάνατον. Acrisius Danaën iam enixam, unà cum infante Perseo arcæ inclusam in pelagus proiecit. Delata cista illa in Seriphum insulam est, cuius tum Polydectes rex erat, ibiq; cum filio mater seruati sunt. Vbi dum Perseus uirili ætate apud Polydectẽ epularetur, alijs alia ad cœnam adferentibus, se Gorgonis caput allaturũ promisit. Quod quum seruatum iri promißi uellet rex, abegit eum ex insula pro adferenda pollicitatione. Abijt ille, attulit Gorgonis seu Medusæ caput, omneisq; eo terribili anguium spectro in lapides transformauit Seriphios. Atq; hoc uult Pindarus quũ inquit, Lapideam mortem insulanis adferens: id est, Seriphios compotores in lapides mutans: qua de re Ouidius in Transformat. multa. h ℭ Atqui dijs perfic.) Præoccupatio est. Dicere poterat aliquis, quomodo ad Hyperboreos Perseus uenerit pro amputando Medusæ capite, tamq; mirandum peragere facinus, maxime quum paulò ante & terra & mari ad Hyperboreos iter inueniri non posse dixerit? Hanc obiectionem sic diluit: Deo, inquit, cooperante nihil impoßibile est: & suam & aduersariorum opinionem diluens.

[a]Detine remum, uelociterq; anchoram in terram firma [b]ex prora, quæ est propulsatrix [c]latentis petræ. [d]Nam flos hymnorũ heroicorum, ad alium aliàs, ueluti sermonem properat.

a ℭ Detine remum.) Seipsum corrigit Pindarus, post digreßionẽ plus æquo prolixiorem, ad institutum reuocans. Metaphorice χάσον κώπαν, detine remum, anchoram in terram fige, quæ anchora est propugnaculum ueluti, & fortitudo quædam aduersus latentem in mari petram, scopulum ue. hoc est, stylum tuum remorare, ne latius in digreßione pergas, ne non decoro inseruijsse culperis. b ℭ Ex prora.) πρώραθεν. Ex prora enim anchora iacitur, ut est apud Latinum poëtam,

Anchora de prora iacitur, stant littore puppes.

c ℭ Latentis petræ.) χοιράδος petræ sunt submarinæ, super quibus fluctus murmurant strepuntq;. d ℭ Nam flos hymnorũ.) Ratio est, quare debeat in digreßione esse contractior. Perinde ac apis ad alios subinde flores se recipit: sic hymni uictorum encomia concinentes, ad alia aliàs argumenta properant.

STROPHE

STROPHE IIII. COLON X.

[a]Equidem ſpero Cranonijs circa Peneum amnem iucundam oden meam concinentibus, imò uero plus Hippoclem, coronarũ & hymnorum gratia demirandum, in coëtaneorum cœtu collocaturũ me, ipſum, ita ut cum ætate confectis, tum » uirginibus adoleſcentulis futurus ſit curæ. [b]Alijs » enim aliorum amor mentem fatigat.

ANTISTROPHE, COLON X.

» [c]Qui, quæ deamarit, certò ceu ante pedes con» ſtituta deprehenderit, næ ille ſuauiſsimam ſoli» citudinem gerit. Quæ uero poſt annum immi» neant, nobis palàm eſſe non poteſt. [d]Cæterum placidæ Thoracis amicitiæ confido, qui meum percupiens fauorem, hunc [e]Pieridum iunxit currum, amantem amans, [f]ducentẽ cupide ducens. τετράορον

EPODOS, COLON VIII.

» [g]Quemadmodum aurum Lydio lapide pro» batur, ſic mens amicorũ & mores, experientia & » opere probanda ſunt. [h]Porrò illius candidos fratres extollemus, qui Theſſalas leges auguſtiores reddentes, ad ſidera patriam extollunt. Nam inclytæ & patriæ, urbium gubernationes, bonis delegatæ ſunt.

a ℭ *Equidem ſpero Cranonijs.)* ἔλπομαι δ᾽ Ἐφυραίων. *Ephyra non eſt hic Corinthus, ſed Cranon Theſſaliæ urbs, quæ primum Ephyra dicebatur. Per Ephyræos ergo Cranonios intelligit, quorum & Theocritus in Gratijs meminit. A fructu uictoriæ Hippoclem hic cõmendat. Et maioribus & minoribus natu exemplo uirtutis erit Hippocles.* *b* ℭ *Alijs enim aliorum.)* καὶ γὰρ ἑτέροισιν. *Alij alijs oblectantur rebus: athleta certaminibus, uirgines choris & cantilenis, quibus uidelicet Hippoclem deprædicari audient.*

c ℭ *Qui quæ deamarit.) Porrò qui ea amat quæ ad pedes ſunt obuia, recte agit, dulcem earum curam gerit. Nam incerta & futura de quibus nihil ratum habetur amare, imprudentis eſt. Qua gnome fœliciter agere Hippoclem, fœliciter uirgines, fœliciter quemuis ſuo fungentem officio, monet: ac iuxtà hortatur, ut præſentibus bonis letetur Hippocles, nec ad futura, quæ incerta ſunt, animum adijciat.* *d* ℭ *Cæterum placidæ.) Ab amicis Hippoclem laudat. Thorax Aleuadum unus, qui Pindarum, ut hoc Hippocli encomium conſcriberet, permouit: cuius, eiusq; fratrũ, honorifice meminit.* *e* ℭ *Pieridum currum iunxit.) Muſarum currum. Metaphora. id eſt, hymnum. hymnis enim & carminibus Muſæ uehunt & uehuntur, ut uictores curribus. Vel ideo, quod encomiũ inſtar triumphantis currus, uictorem paßim per terras & maria ferat.* *f* ℭ *Ducentem ducens.) ἄγοντα pro ἀγόμενον, ductũ ducens: id eſt, iam antea paratum & promptum ad canendas principis ſui laudes.* *g* ℭ *Quemadmodum aurum.) πειρῶντι. Comparatione Thoracis amicitiam dilatat. Vt aurum Lydio lapide, quem hic βάσανον appellat, facile probatur: ſic recta & uera amicitia, ſynceraq; mens, citra laborem exploratur. Aurea certe ſententia.* *h* *Porrò illius candidos.) A fratribus Thoracis candidis, & bona reipublicæ Cranoniæ adminiſtratione, quæ in manibus fratrum Thoracis eſt ſita.*

THRASYDAEO THEBANO PVERO STADII CVRSORI, ODE XI.

STROPHE I. COLON IX.

TV [a]Semele cœleſtium deorum cõuerſatrix, tuq; Leucothea Ino, marinarũ Nereidũ cohabitatrix, Cadmi filiæ, adeſte quæſo unà cum generoſa Herculis matre: [b]ite ad penetrale, quod eſt aureorum tripodum theſaurus [c]apud Meliam illam uenerandam, quod impenſe honorauit Apollo,

ANTISTROPHE, COLON IX.

Qui & ueram illam uaticiniorum ſedem Iſmeniam appellauit. [d]O filiæ Harmoniæ, hic & nunc

legitimum

legitimum heroidum congregatũ cœtum coire, iubet Melia, ut ſacram Themin, Pythonemq́ & iuſtitiæ deditum terræ umbilicum ſumma cum uigilantia reſonetis,

EPODOS, COLON VI.

Ac Thebis ſeptem portis nõ inconſpicuis, Pythioq́ certamini [e]encomium canatis. [f]Per quod [g]tertia corona accepta, [h]patriũ ſuum larem [i]prouulgauit in opulenta [k]Pyladæ tellure uincẽs, [l]qui Lacónis Oreſtæ amicus fuit.

ENARRATIO.

Thraſidæum Thebanũ iuuenem 28. Pythiade & 33. ſtadio uictorẽ prædicatum laudat, à patris & eius Olympica & Pythia uictoria. Quia uero Thebanus fuit, non immeritò ad Thebanas heroides in deorum numerum relatas apoſtrophen facit, apte ad uictorẽ tandem deſcendens. Inuitat enim eas ad laudes Pythio Apollini, in cuius ludis uictoriam obtinuit Thraſydæus, cantandas. Argumentum.

a ☾ *Tu Semele.) Semele & Leucothea Cadmi filiæ, de quibus nonnulla ſuprà audita. Herculis mater eſt Alcmena. quæ tres ſunt heroides Thebanæ.*

b ☾ *Ite ad penetrale.) Accerſit heroinas Thebanas, & hortatur ut Iſmenium accedant. Penetrale autem ipſum Iſmenium, theſaurum aureorũ tripodum uocat, eam ob cauſam, quod multi tripodes Iſmenio conſecrati cernerentur.* *c* ☾ *Apud Meliam.) Melia Iſmeni ſoror eſt, uel ut alij, Oceani filia, ex qua & Apolline Tenerus uates, qui apud Iſmenũ flumen uaticinabatur: illic enim uaticinij locus eſt, cui nomen ab amne inditum, Iſmenio.* *d* ☾ *O filiæ Harmoniæ.) Per reiterationẽ rurſus eaſdem inuocat heroides: ut ſuprà à patre prædicauit, ſic nunc à matre. Harmonia uxor Cadmi eſt Thebarum regis, quorum filiæ ſunt Semele & Ino, de quibus ſuprà in Pythijs & apud Homerum & Ouidium in 4. Transfor. Iubet, inquit, Iſmenij templi & oraculi mater, ut in Iſmenio conueniatis, loco Apollini, uaticinij cauſa, ſacro, ibiq́;*

e ☾ *χάριν.) Gratiam, hoc eſt, uictoriam canatis.* *f* ☾ *γὶ τῷ.) Per quod certamen Pythium. Deſcendit ab aduocatione Heroidum, ad laudem Thraſydæi, à uictoria eum Pythia laudans.* *g* ☾ *Tertia corona accepta.) τρίτον ſτέφανον. Non quod ter ipſe uicerit, ſed quod unà cum patre iam tertio ipſe coronã acceperit.* *h* ☾ *ἑστίαν πατρῴαν.) Larem patriũ,*

hoc est, ipsam patriã, συνεκδοχικῶς. i ℂ Prouulgauit.) ἐμνάσεν *pro* ἀνέμνασεν, *prouulgauit, ut contingebat post obtentam uictoriam.*

k ℂ Pyladæ tellure.) *Pyladis tellure, ipsam Pythonem seu Cirrham Pyladis terram dicit: siquidem in Phocyde sita est Python, cuius Strophius Pyladæ pater rex erat.* l ℂ Qui Laconis Orestæ.) *Pylades enim & Orestes inter amicorum paria censentur, ut est apud Valerium Maximum, sicut Damon & Pythias.*

STROPHE II. COLON IX.

[a]Quem Orestem, occiso patre, à fortibus Clytemnestræ manibus [b]Arsinoë nutrix è luctuoso dolo sustulit: quando Dardanidæ Priami filiam Cassandram, cum Agamemnonis anima, ad opacam Acherontis ripam demittebat

ANTISTROPHE, COLON IX.

Sæua mulier. [c]Num igitur Iphigenia [d]circa Euripum mactata procul à patria permouit, ut ad grauem palmas suas iram concitaret Clytemnestra? an alieno thalamo lasciuientẽ nocturni con-
» cubitus adegerunt? [e]id quod nouis uxoribus in-
» fensissimũ delictum est, nec fieri potest ut celetur

EPODOS, COLON VI.

» Alienis linguis.

a ℂ Quem Orestem.) *Ad Orestis, Agamẽnonis, Clytemnestræ & Aegisthi historiam excurrit. De Oreste Euripides in Tragœdia quam Orestem inscripsit. Agamemnonis cædem Homerus 4. Odyssea commemorat.*

b ℂ Arsinoë.) *Arsinoë à Pindaro, à Pherecyde Laodamia nutrix Orestæ dicitur.* c ℂ Num igitur Iphigenia.) *Amplificat à causis diræ necis. Quid adegerit Clytemnestram, ut Agamemnonem suum occideret, inquirens: uel Iphigenia, uel alienus adulterij torus compulit ad tantum ipsam flagitium, inquit.* d ℂ Circa Euripum.) *De Euripo Pomponius Mela lib. 2. Euripus, inquit, mare rapidum, & alterno cursu, septies die, ac septies nocte, fluctibus inuicem uersis, adeò immodice fluens, ut uentos etiam ac plena uentis*

nauigia

nauigia frustretur. Aliquot in eo sunt oppida, Hestiaea, Eretria, Pyrrha, Hesos, Oechalia: uerum opulentissimae Carystus & Chalcis. Per Euripum ergo hic Chalcidem intelligit, in qua Iphigenia Agamemnonis filia, poscente oraculo, caedi est destinata. e ℂ *Id quod nouis uxoribus.) Dilatat à gnoma adulterij. Nouae uxores matrimonium recens adulterio defoedantes, grauissimum facinus admittunt, nec illud crimen suum celare possunt: alienae enim linguae non silent, quod norunt non supprimunt.*

[a]Ciues enim pleni sunt rimarum. [b]Deinde non modica inuidentia diuitiae & felicitas macerant. [c]Qui uero abiecta spirat, obscure uiuit. Obijt quidem Atrides heros, quum multo post tempore [d]Lacedaemonem redijsset,

STROPHE III. COLON IX.

[e]Vaticinatricem perdidit puellam, ubi Helenae causa incendio extinctis Troianis, opulentas aedes diruit.

a ℂ *Ciues.) πολῖται κακολόγοι. Ciues libenter conuiciantur: non silent, quod animaduertunt peccatum.* b ℂ *Deinde non modica inuidentia.) Alia gnome est, qua ostendit, uulgus propensum esse ad obseruanda potentiorum crimina. Quia ergo Clytemnestra Aegistho sese adiunxerat, ei mixta fuerat, nihil dubitans hoc Agamemnonem statim experturum, eum occidit.*

c ℂ *Qui abiecta spirat.) Antithesis est. Felices, inquit, inuidentiae sunt expositi: infelices & nullis uirtutibus praediti obscure uitam ducunt, nō sunt inuidiae obnoxij. Propter ergo antithesin hanc, sententia ad Agamemnonem referri potest. Quia is praeclare gestis rebus eximius iam erat & felix, ideo habuit qui ei inuiderent, qui uitae eius dolum machinarentur, Clytemnestram & Aegisthum: qui si obscure uixisset, incolumis mansisset.* d ℂ *Lacedaemonem.) Obijt quidem Agamemnon. Epilogus caedis Agamemnoniae. κλυταῖς ἐν ἀμυκλαῖς, hoc est, inclytis Amyclis: hoc est, Lacedaemone, uel in Laconica. Amiclae, inquit Stephanus, Laconicae urbs, centum oppidis constans.*

e ℂ *Vaticinatricem puellam.) Perdidit Agamemnō uaticinatricem puellam, hoc est, suo interitu perire fecit Cassandrā, nam & ipsam unà cum Agamemnone interemit Clytemnestra.*

[a]Porrò Orestes iuuenis adhuc aetate florens, ad senem Strophium Pyladae parentem cōuertit

ſeſe, qui tum apud Parnaſsi fines cõmorabatur. Quin & is ſuo poſthac tempore Clytemneſtrã matrem gladio interemit, & Aegiſtum [b]inter cæſos locauit.

[a] ℂ Planus eſt locus, quomodo Oreſtes ultus ſit patris ſui cædem: occidit enim & is Clytemneſtram matrem, & Aegiſtum adulterum fontem totius mali. Solummodo hoc animaduertendum, licet parui momenti, Pindarum Aegiſtum ſcribere hic citra aſpirationẽ, quum Homerus & in 1. & 4. Odyſſeæ aſpirationem adijciat. θυεςιάδαν αἰγίσθω, Aegiſtho Thyeſtæ filio. [b] ℂ Locauit inter cæſos.) θῆκεν ἐν φοναῖς. Periphraſis eſt cædis: hoc eſt, & ipſum Aegiſthum occidit.

ANTISTROPHE, COLON IX.

[a]Atqui per deuia cõpita ô amici, uolutus ſum, rectum antea ingreſſus iter. Et me uentus quiſpiam, ueluti marinam nauim, extra decoram nauigationem proiecit, ô Muſa. [b]Sin ex mercede uocem tuam ſubargenteam præſtare pollicitus es, aliàs alia te ſonare decet præconia,

EPODOS, COLON VI.

[c]Siue patri Pythio uictori iamnunc quidem, ſiue Thraſydæo: [d]quorum triumphans lætitia & gloria paſsim collucet. Siquidem curribus quondam belli uictores, cantatorum in Olympia certaminum uelocem cum equis claritudinem adſequuti ſunt.

STROPHE IIII. COLON IX.

Dehinc in Pythone nudi ad ſtadiũ deſcendentes, celeritate ſua græcas copias redarguerunt.
" [e]Enimuero amorem ego bonorum, ac poſsibilia
" in uita mea, nunquã non, diuina uoluntate, opta-
" rim. [f]Offendens enim quæ per urbes paſsim negocia

» gocia media geruntur, longiori[f] etiam fortuna flo
» rentia, eos accuso qui summam uel regum felici-
» tatem affectant.

ANTISTROPHE, COLON IX.

» Equidem [g]circa cõmunes uirtutes occupatus
» sum. [h]Inuidi uero suaipsorum noxa puniuntur.
» [i]Sin quisquam uitæ[l]suæ summam decerpserit, &
» in tranquillitate transegerit, ita ut graue semper
» declinarit iniuriam, [k]meliorem is tandem nigri
» Ditis sortem & mortem adeptus est: quippe qui
» suauissimæ posteritati suæ, optimam præ diuitijs
» gratiam, bonam nempe famam reliquit.

EPODOS, COLON VI.

[l]Quæ inclyta fama & Iphiclis filiũ Iolaum, cele bratũ illum uirũ circunfert, Castorisq́ uim, teq́ ô rex Pollux, deûm filij, qui aliàs [m]interdiu iuxta sedes [n] Therapnes, aliàs in Iouis regia uiuitis.

a ❨ *Atqui per deuia compita.*) *Allegorica epanodo sese ad institutum encomium reuocat. Quemadmodum in triuijs facile erratur propter uarios uiarum exitus & anfractus: utq́; uentorum tempestatisq́; ui, nauis citra negocium è præfixo tractu rotari potest: sic ego multitudine laudandorum, à præstituto scopo declinaui. Ad Musam suam Clionem, uel ad mentem suam facta apostrophe.* *b* ❨ *Sin ex mercede.*) τὸ δὲ τεὸν εἰ μισθῷ'. *Ratio est reuocationis in uiam. Quia, inquit, destinata mercede hunc hymnum pangis in gratiã uictoris Thrasydæi, & quia uox tua argento conducta & oblita est, necessum est ut relicta hac Clytemnestræ & Agamemnonis parecbasi, ad ipsos te uictores uertas.* *c* ❨ *Siue patri.*) *Laudare te oportet uel patrem à Pythia uictoria, uel filium Thrasydæum itidem à Pythia.* *d* ❨ *Quorum triumphans lætitia.*) *Patrem & filium primum ab Olympica, dein à Pythia uictorijs extollit, curribus & cursu uincentes.* *e* ❨ *Enimuero amorem ego bonorum.*) θεόθεν. *A statu & cõditione ciues illos Thebanos patrem & filiũ cõmendat, mediocrem ciuium fortunã, summis regum diuitijs anteferens: præ-*

clariorem esse feliciorem'q; ciuium passim in republica conditionẽ, amplissima regum potentia. Ac iuxtà utrunq; uictorem hortatur, ut sua sorte tantisq; uictorijs contenti, non maiora spirent, neq; desiderent. f ℭ Offendens enim.) Dum mediocrium ciuium tranquillitatem considero, inuenio eos esse feliciores regibus. g ℭ Circa cõmunes uirtutes.) ξυναῖσι δ' ἀμφ' ἀρεταῖς. Circa cõmunes uirtutes, id est medias, mediocris status ciuibus contingentes, occupatus sum. Pluris facio uirtutẽ, quæ in ciuibus & liberis rebuspublicis spectatur, quã sibi ciues passim uendicãt, quàm regios honores, & aulas principũ. Et quia uirtuti semper comes it inuidia, ideo statim & inuidos breui dicto perstringit. h ℭ Inuidi.) φθονεροὶ δ' ἀμύνονται ἄτᾳ. hoc est, inuidi sua puniuntur Ate. quod & Horatius uoluit, dum ait:

Inuidus alterius rebus marcescit opimis.

Et Virgilius in carmine cuius initium:

Liuor tabificum, malis uenenũ &c. i ℭ Sin quisquam uitæ suæ.) Ciuilem statum, & priuatam uitam à tranquillitate ornat. Encomiũ tranquillitatis octaua Pythiorum Pindarus canebat. k ℭ Meliorem.) Ab hæreditate, quam bonus uir liberis & genti suæ post fata relinquit. Si non multas facultates, tamen bonam famam, inclytum nomen relinquit, & uirtutis specimen atq; exemplar, in quod semper intueantur: quod multis nominibus, auro & argento præstat. Felicius moritur, qui in tranquillitate uitam suam & bono nomine transegerit, quàm qui posthabito uirtutis cultu, principum se aulis adulatorijs coruorum consortem fecerit. l ℭ Quæ inclyta fama.) χάριν κρατίστην. Scholia pro εὐφημία accipiendam indicant. Amplificat exemplis, & probat feliciorem esse mortem & fortunatius fatum eorum, qui bonum posteris nomen reliquerint, primum Iolai, deinde Castoris & Pollucis fratrum.

m ℭ Interdiu.) Et quanquam decima Nemeorũ Pindarus ipse narret, quo modo & in olympo & in terris uicissim agant, hic tamen interim subijcere libet ex Scholijs Homericis in γ Iliados, tametsi & illa Pindarũ adducant, historiam, quæ sic habet: Quum Idas & Lynceus Apharei filij, proci filiarum Leucippi, ad sacra nuptiarũ cognatos Tyndaridas uel Dioscuros aduocassent, ui sponsas illas, nempe Phœben & Ilairam, rapuerunt Castor & Pollux. Hinc orto conflictu, Castor est occisus ab Ida. Qua re grauiter cõmotus Iupiter, fulmine Idam neci dedit: Polluci'q; optionẽ dans, utrum malit eligere iubet, ut uel solus immortalitate gaudeat, uel cum fratre uitam cõmunicet. Maluit ergo cum fratre alternis uiuere, quàm solus æternitate frui. Proinde aliàs apud superos est Castor, & interim apud inferos Pollux: aliàs apud inferos Castor, & interim apud superos Pollux. Atq; hoc adumbrat Pindarus dum ait, τὸ ἆμαρ. Homerus

merus alibi idem clarius exprimit, quum inquit,

ἄλλοτε μὲν τε ζώουσ' ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ' αὖτε
τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ θεοῖς γε λελόγχασιν ἴσην.

Verum hæc fusius explicatur historia à Pindaro decima ode Nemeorum.

n (Therapnes.) *Therapne ultima Nemeorum ode pro Lacedæmone accipitur, & in prima Isthmiorum Interpres uicum esse Laconicæ annotauit. Isocrates item in Laconica constituit encomio Helenes. Stephanus hanc Theramnen appellat, in qua Castor & Pollux nati & pro dijs habiti: unde & apud Latinos poëtas Theramnæi & Therapnæi fratres dicuntur.*

MIDAE TIBICINI AGRIGENTINO, ODE XII. ET VLTIMA.

STROPHE I. COLON XIIII.

QVæso te ô splendida pulcherrimaque urbium, Proserpinæ sedes, quæ ad ripas pecoris [a] diuitis Agrigenti, magnifice extructa [b] iuga inhabitas: [c] ô domina unà cum deorum hominumque propitia precor clementia suscipe [d] coronam hanc, quam ex Pythone retulit inclytus Midas: ipsumque illũ suscipe, qui [e] Græciam arte sua uicit, [f] quam olim bellicosa Minerua inuenit, perniciosum ferociũ Gorgonum imitata lamentum,

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Quod sub uirgineis [g] inaccessis serpentum capitibus audiebat ædi Perseus, quando difficili labore, tertiam debellauit sororum partem, marinæ Seripho, populisque [h] calamitatem adferens. Quandoquidem fatale [i] Phorcys obscurauit, de- *Danaë enĩ*
leuitque genus, ac lugubre symbolum Polydectæ *und cũ Per*
reddidit, matremque è duro & necessario seruitu- *seo infante*

incisam inclusa per Acrisium, & mari imposita, in Seriphum insulam deuecta est, ibiq; seruata cũ prole sua, Polydectæ regi seruitutẽ seruiuit.

Lectum seruitutis uocat, quasi decubuerit, præ defatigatione laborum.

tis lecto eripuit, ubi formosæ Medusæ caput deprædatus est

STROPHE II. COLON XIIII.

[k]Filius Danaës, quem ab auro sua sponte fluente natum dicimus. At postquam ex his laboribus charum illum hominẽ liberauit [l]uirgo, tibiarum cum suis organis canorũ apparauit melos, reperitq; dea, stridulum imitata luctum Euryales, uelocibus genis æditũ. Quod ubi inuenisset, mortalibus id impertijt, legem multorũ capitum appellans, celebrem nimirũ populum seruantiũ certaminum procum.

ANTISTROPHE, COLON XIIII.

Atq; ea lex [m]tenue pertransit æs & calamos, [n]qui prope insignem Gratiarũ choris urbem in Cephesidis delubro crescunt, [o]fideles saltatorũ testes. [p]Quod si qua felicitas absq; labore nõ apparet, ipse tamen Deus, uel hodie uel paulòpost consummabit. Fatum enim nemo unquam effugere potest. Aderit autem tempus illud, quod & eum, qui à spe exciderat, in spem reponat, alterũ quidem donans, alterum uero denegans.

ENARRATIO.

Argumẽtũ.

Supplicat Agraganti Nymphæ deæ, urbi Agrigento cognomini, ut & hymnum hunc in tibicinis Agrigentini Midæ laudem conscriptum benigne suscipiat, tum ipsum pariter Midam amplectatur: unico loco, à Musica nimirũ eum cõmendans: idq; in prima Strophe persequitur. In reliquis sectionibus amplificat digrediendo ad tibiæ inuentum: deinde ad Persei ortum: ut suo quæq; loco indicabuntur. Vicit Midas Pythiadem 24. & 25. tibia. a ❨ Diuitis Agrigenti.) *Agrigentũ diues est pecoris, ideo* μηλόβοτον *uocat, pecudes pascentem. Per Agrigentum autem Siciliæ urbem totam Siciliam intelligit. Nam*

totam

totam Siciliam Iupiter Proserpinæ dono dedit, frugifera enim est insula.

b ℭ Iuga.) κολώνη, æditior locus est: ipsum Agrigentū sic appellat. c ℭ O domina.) ἄνα uocandi casus communis generis ab ἄναξ, ad Nympham, uel ad Proserpinam referri potest. Si ad Nympham, tum est implorationis ueluti nouatio & reiteratio. Sin ad Proserpinam transferas, tum simul ueneratur deam illius insulæ. d ℭ Coronam hanc.) στεφάνωμα, coronam, hymnum μεταφορικῶς. e ℭ Græciam.) Totum pro parte: hoc est, græcos Musicos antagonistas, in Pythiade tibijs canentes. Auxesis hyperbolica. f ℭ Quam olim.) Quanprimum ab arte Musica uel tibiarum modulatione cōmendauit, statim digreditur ad tibiarum inuentum, hoc ipsum Palladi attribuens. g ℭ Inaccessis capitibus.) Serpentinæ capita inaccessa erant, quia quotquot Medusæ caput intuerentur, mutabantur in lapides. h ℭ Calamitatem adferens.) In decima Pythiorum, huius loci est paraphrasis, ubi dicit, Lapideam mortem insulanis adferens. Polydecten enim Seriphiorum regem, & alios plerosq; in lapides, uiperei Medusæ capitis monstratione permutauit, ut est & apud Ouid. in 4. Metamorph. i ℭ Phorcys genus.) φόρκοιο γένος. Phorcys uel Phorci marini dei treis fuisse filias, græci poëtæ tradunt, Medusam, Sthenonem & Euryalen. Vnde Pindarus tertiam sororum partem, tertiæ sororis Medusæ caput uocat, uiperinis crinibus refertum, cuius crines Minerua propterea in angues mutauerat, quod Neptunus eam in eius templo uitiauerat. quod ubi ope Mineruæ Perseus amputaret, è sibilo serpentum, qui in capite Medusæ erant, Minerua tibiarum harmoniam reperit: tum etiam è lamento & planctu & Euryales & Sthenonis sororum, quæ ob necem Medusæ sororis proculdubio uehementer plorabant. Appellauitq; tibijs canendi artem, legem multorum capitum, quod ex multorum uipereorum capitum stridore & sibilo, tibiam per imitationem effinxisset.

k ℭ Filius Danaës.) Vt ex aureo imbre in gremium Danaës illapso genitus sit Perseus, & antea auditum, & posthac dicetur: cuius & Isocrates in Helenes encomio meminit. l ℭ Virgo.) παρθένος. Minerua ope sua Persea incolumem conseruauit, ne Medusæ capite perderetur. Inuenit, inquit, ipsa Minerua tibiarum concentum. Modum quo inuenerit, hic adijcit.

m ℭ Tenue pertransit æs.) λεπτοῦ χαλκοῦ διανισσόμενον. Ex qua materia tibiæ fiant, explicat. Finguntur enim tibiæ ex ære, loto, buxo, cornu, osse ceruino, lauro, ut Iulius Pollux testimonium dicit lib. quarto, cap. octauo.

n ℭ Qui prope.) Locus ubi calami pro tibijs crescant, Cephesus est Bœotiæ amnis, de quo in 14. Olympiorum ode. o ℭ Fideles saltatorum.) Appositio est. Tibiæ sunt fideles saltatorum testes: ad chorum enim & ad cho-

uiuis adhibentur. Calami, inquit, ex quibus tibiæ fiunt, in Cepheſide uel Orchomeno urbe creſcunt prope amnem Cepheſum, ubi Gratiæ coluntur. Ciuitas Charitum eſt Orchomenus. p ¶ Quod ſi qua felicitas.) *Infortunium quod Midæ inter canendum accidit, hic diluit. Si quis, inquit, non ſtatim fortunatus fiat, propterea non deſpondeat animum: poteſt enim Deus quando uoluerit, perfundere uel nihil tale opinantem felicitate. Pulcherrima certe ſententia: quam ideo producit, quòd præter ſpem fracto calamo, uictoriam Midas obtinuerit, ut Scholia adſeuerant. Porrò hæc ſententia bene Chriſtiana, ac in totum theologica eſt, qua humanas actiones & opera fato & diuinæ prouidentiæ ſubdita omnino docet. Hac ueluti gemma & clariſsima ſtella hanc ultimam oden finit,*

σὺν θεῷ.

ENARRATIONVM IO. LONICERI IN PINDARI PYTHIA FINIS.

οὐκ ἄνευ θεοῦ.

CHROMIO AETNAEO,

ODE I.

STROPHE I. COLON X.

O[a]VENERANDA Alphei respiratio, celebrium Syracusarũ germen, Dianæ cubile, Deli soror, Ortygia, [b]à te dulciloquus hymnus cõmouetur magnã celerrimorũ equorum laudem texere, [c]Iouis Aetnæi gratia: [d]currus itidem [e]Chromij uictricibus Nemeæ operibus [f]laudatorium & triumphale iugare melos excitat.

ENARRATIO.

Nemeorum origo & institutio.

Funebre Nemeorum certamen.

Habitus iudicum.

Nemea, Argiuorum regionis pars est, à Luna & Ioue sortita nomen: uel à bubus Argi Iunoni sacris, quæ illic pascebantur. νέμειν enim pascere est. Sunt qui à Danai filijs eum locum sic appellatum uelint, quod eundem sorte acceperint. κατανέμεσθαι nanq; sorte nancisci, & hæreditario accipere signat. Ita Scholia. Stephanus Elidis locum, quem Dryopes incolant, adserit. Hinc Nemei ludi, qui in ea regione agebantur. Funebre certamen primũ fuit, quod tale duxit exordium: Quo tempore septem Argiuorum duces aduersum Thebanos Polynici opem ferentes pugnarunt, in Lemnum Thraciæ peruenientes, siti constricti in Hypsipylen Lemniam mulierem inciderunt, quam ut eius terræ gnaram rogarunt, ut sibi potui non incõmodam aquam ostenderet: quibus obsequens, puerum Lycurgi sacerdotis filium, cuius nutrix erat, in locum quendam reposuit. Interim serpens puero sese circumuoluit, spiras ducit, suffocat. Reuersi duces draconem telis transfigunt. Amphiaraus puero uaticinans Archemoro tum nomen indidit, quod is ceu malum omen initiũ perniciei & mortis ducum in Thebano bello fuerit. Proinde consolantes Hypsipylen Argiui, certamen funebre in gratiam Archemori per draconem occisi instituerũt, Nemeæum appellantes à terra in qua celebrabatur agon. Fuscis uestibus in eo iudices de uictoribus pronunciabant, luctum ipso habitu præsentantes. Postea Hercules deuicto Nemeæo leone, ludos hos in meliorem statum redegit, Ioui sacros.

dixit: cuius rei Ouid. nono de permutatione formarum sic meminit:

His elisa iacet moles Nemeæa lacertis. Recordatur & Epigramma de laboribus Herculis:

Compreßit Nemeæ primum uirtute leonem. Singulis triennijs agebatur. Decernebant autem equites & gymnici pro uictoria. Primū soli milites admittebantur, postea & populares eum ad agonem sunt etiam admißi. Corona ex apio uiridis dabatur. Præsides eius ludi primum fuere Decelonæi, dehinc Corinthij. Epigramma græcum hic repeti potest, τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες &c.

ARGVMENTVM PRIMAE NEMEORVM ODES.

Quum Hieron Syracusanus nō tyrannus, non rex, sed ueluti conditor esse uellet, Catanen suo nomine exuit, Aetnæ indita appellatione, seipsum habitatorem & ueluti ciuem nominando. Hinc non Catanæum, sed Aetnæum, in certaminibus, in quibus uicerat, sese proclamari fecit. Idem cōtigisse Chromio Didymus tradit: quandoquidem enim perquam familiaris erat Hieroni, se itidem Aetnæum dixit. Quando Timæus hymnum hunc Olympicis attribuit, parum uidet quid agat. Nam uel talpa uidere queat, Chromium ab ipso Pindaro Nemeæum uictorem cōmendatum, dum ait, ἅρμα δ' ὀτρυνεῖ χρομίου νεμέα θ' ἔργμασι νικαφόροις. Laudat ergo Chromium à Nemeæa uictoria, à patria, ab hospitalitate, à modestia, quæ in dotibus cum corporis tum animi refulgeat. Postremo ad liberalitatem, qua amicis succurrat, & sui & Herculis exemplo, Chromium inhortatur. Quod si faciat, futurum ut immortalitatem Herculis instar promereatur.

ἄμπνευμα. a ¶ O ueneranda.) Ab Ortygia, dijs indigenis Diana & Apolline clara, insula illa nobili orditur, eo quod Chromius Siculus fuerit: facitq; ad eam apostrophen, quatuor illi insignia attribuendo, rhetorico συναθροισμῷ,

1 ἄμπνευμα σεμνὸν ἀλφεοῦ 2 κλεινᾶν συρακοσσᾶν θάλος
3 δέμνιον ἀρτέμιδος 4 δάλου κασιγνήτα.

Proinde Ortygia insula est quæ etiam Delos appellatur, autore Stephano. Cuius aūt hic Ortygiæ meminit, insula est ante Syracusas, in quam Alpheus per pelagus currens penetrat, fontemq; cui Arethusæ nomen facit. Primo, preclaram Alphei respirationē appellat ideo, uel quod fontem illic Arethusam faciat Alpheus, uel quod dum Alpheus amore æstuans Dianam adusq; Siciliam insequeretur, illic tandem iuxta Arethusam fontem stitisse gradum dicitur: unde & Artemis Alpheiá & fluuialis dea in Olympijs Pindaro nominatur. Secundo, Syracusarum germen, hoc est ornamentum, quod instar floris ornet uel Syracusas, uel συνεκδοχικῶς uniuersam Siciliam: in ingreßu enim Siciliæ sita

est Ortygia. Tertio, Dianæ cubile: siue quod in ea sit genita, siue quod Pindarus huic attribuat, quod ad alterã pertineat, suo more. Vel quod illic præstolata sit Alpheum fluuium. Quarto, Δάλυ κασιγνήτα, Deli soror, uel cognata, ob nominis similitudinẽ. Vt enim in Delo Cycladum Diana est nata, sic hæc Dianæ, Alpheæ insecutionis nomine sacra est. Vtq; Delos præter alia nomina Ortygia nominatur, sic hæc apud Syracusas eadem nomenclatura gaudet.

b ¶ A te dulciloquus.) σέθεν pro ἐκ σοῦ. Ex te, inquit, hymnus impetum & ignẽ habet, ut magna laude celeres prosequatur equos, quibus Nemesa uictoria Chromius enituit. Quur non potius uel ab Aetna, uel Syracusis orsus est hymnum? Quia in Ortygia perinde atq; Hieron equos suos Chromius aluit, qui postea cursu tenuere primas: seu quod insula illa sit equestri deæ dicata. Equitis ergo hymno, pulchre equestrẽ cum insulam tum deam præfigit. Sophron enim Ortygiam intrepidam, Homerus χρυσήνιον, aureis loris conspicuam, dicunt. Quæstio.

c ¶ Iouis Aetnæi gratia.) Ζηνὸς αἰτναίου χάριν. hoc est, propter Nemeacam uictoriam, quæ per Iouem (cui ludus iste consecratus, ut in origine Nemeorum patuit) illi obuenit.

d ¶ Currus itidem.) Tria sunt, quæ mouent me oden pangere: primũ Ortygia, deinde currus Chromij, postremo Nemea: qua ode celebrem uelocißimos equos, quaq; Nemeos uictores prædicem, inter quos haudquaquam infimo loco Chromius censetur.

e ¶ Chromij.) Chromius Hieronis regis auriga & familiaris fuit à puero, qui simulac cum regibus non modicum temporis cõuersatus esset, nec pessimus equitum haberetur, opibus auctior redditus, per sese equos cepit alere, uicitq; iam primum curru Nemeacis ludis, ut hic Pindarus ait ipse, νεμέαθ᾽ ἔργμασι νικαφόροις.

f ¶ ἐγκώμιον μέλος, carmen laudatorium.

ANTISTROPHE, COLON X.

[a]Cuius uiri diuinis uirtutibus à dijs etiã prooemia sumpta sunt. [b]Est sane in felicitate summa gloria & existimatio, sed magnorũ certaminum meminisse desiderat Musa. [c]Excita itaq; splendorem quendam insulæ, [d]quam Olympi dominus Iupiter Proserpinæ[e]dedit dono, [f]annuitq; illi sua uel cæsarie, primas tenentem fertili solo,

EPODOS, COLON VIII.

Pinguem sese [g]recturum Siciliam diuitibus ur

bium culminibus.[b]Præbuit autem ei ferrei belli, iaculorumque peritum & bellacem populum Saturnius: [i]sæpenumero etiam aureis Olympicarum oliuarum folijs ornatum. Multorū equidem opportunitati non falso incidi,

STROPHE II. COLON X.

Siquidem [k]in aula hospitalis uiri steti, ibi uero mihi [l]lautum cōuiuium apparatum est, neque enim expertes sunt hospitum unquam ædes eius. [m]Is nactus est bonos qui [n]contrariā igni aquam accu satoribus ferant. [o]Aliæ aliorum artes sunt. Decet

Propositio. » autem recta incedentem uia, id cui natura deditus est sedulò persequi, suoque contentū alia haudquaquam appetere.

a ℭ *Cuius uiri.*) *Hoc est, feliciter ei cessit primus conatus: dij uirtutum eius primordijs affuere, opitulati sunt. Victoriam enim est primo molimine consequutus.* *b* ℭ *Est sanè in felicitate.*) *Præteritio est & gnome qua dilatat. Est quidem in felicitate summa felicitas: neq; negauerim eum qui beatus sit, uerè fortunatum esse. Sed enim certamina in quibus uictor euasit, quorum etiamnum meminisse conuenit, felicitatem eius auctiorem reddunt. Huc accensendum Euripidéum illud,*

τὸν δ' εὐτυχοῦντα καὶ φρονεῖν νομίζομεν.

c ℭ *Excita itaq;.*) νῦν ἔγειρε. *Clio uel Calliopen ad Siciliæ laudē hortatur. A parte cœperat, nimirum Ortygia, nunc ad totam Siculam terram transcendit,* κατὰ συνεκδοχήν. *d* ℭ *Quā Olympi.*) νᾶσον τὰν Ὀλύμπου δεσπότας Ζεύς. *Periphrasis est Siciliæ.* *e* ℭ ἔδωκεν, *dedit.*) *Siciliam pro dote Proserpinæ dedit Iupiter, ubi ad nuptialem thalamū in Aetna monte errans, à Plutone rapta esset. Mysterium fabulæ est. Ceres inuentrix frugum est Atticis, ac pro frugibus* κατὰ τὴν μετωνυμίαν *transsumitur. Hinc quum Sicilia sit aruis & segetibus fœcundissima: Cereri eiusq; filiæ Proserpinæ sacram eam poëtæ faciunt.* *f* ℭ *Annuitq; ei cæsarie.*) *Iupiter apud poëtas & capite & capillis annuit, ut Iliados 1.*

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων,

ἀμβρόσιαι

ἀμβρόσιαι δ' ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος,
κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον.

g ℂ Rectorum.) *Graece est, ὀρθώσειν, pro φυλάξειν ὀρθῶν, hoc est, rectam conseruaturum. Siciliam uictoris patriam, à fertilitate laudat. Iam laus patriae uictori quoque nonnihil gloriae tribuit.* h ℂ Praebuit aũt ei ferro.) *A rei bellicae scientia.* i ℂ Saepenumero.) *θαμὰ δὴ, saepenumero &c. A uictorijs Olympicis.* k ℂ In aula.) *ἐπ' αὐλίαις θύραις, ad aulae ianuam. Ab hospitalitate Chromiũ laudat.* l ℂ Lautum.) *ἁρμόδιον, conueniens.* m ℂ Is nactus est.) *λέλογχε. Fructus liberalitatis, amicos cõciliare, qui incorruptam benefactoris famam, aduersus maleuolos tueantur calumniatores.* n ℂ Contrariam fumo aquam.) *ὕδωρ κάπνῳ φέρειν ἀντίον. Fumum pro igne accipit. Allegoria, contrariam igni aquam adferre, est incendium, quo fama amici laeditur, uiolatur, ueritatis, synceritatisque argumentis restinguere: id quod faciunt, qui beneficium accepere animi: pro uirili enim iniuriam, calumniam, damnum, à benefactore suo arcent.*

o ℂ Aliae aliorum artes.) *τέχναι δ' ἑτέρων ἕτεραι. Hortatur poëta Chromium, ut cepto uirtutum itinere pergat, ad quod natura eum propensiorem fecerit. Alij alijs artibus sunt conspicui, tu uero certando & uincendo polles. Ad haec, praesto sunt tibi corporis & animi uires. Talem ergo syllogismum hic locus habet: Quibus quisquam dotibus claret, eis est illi incumbendũ: Chromius fortitudine, magnanimitate & prudentia claret, Chromio igitur ab illis uirtutibus non est desistendum. Propositionem quidem priori loco ponit, deinde complexionem, postremo assumptionem.*

ANTISTROPHE, COLON X.

„ Cooperatur quidem operi robur, consilijs uero mens: quae duo, ceu illis cognatus, [a]futuri prospectus comitatur. O Chromi tuis moribus illa sunt usui. [b]Non aueo multas domi reconditas diuitias habere, caeterum ex praesenti re bene tum affici, tum audire, amicis opem ferendo. [c]Communes enim spes ueniunt *Complexio* *Assumptio.*

EPODOS, COLON VIII.

„ Laboriosorum hominum.

a ℂ Futuri prospectus.) *ἰσόμενον προϊδεῖν. Periphrasis est pru-*

dentiæ. b ¶ Non aueo.) A sua persona κατ᾽ ἐναλλαγὴν προσώπου, Chromium ad liberalitatem hortatur, & ad benefaciendum amicis.

c ¶ Communes enim spes.) κοιναὶ γὰρ ἔρχοντ᾽ ἐλπίδες. Spes pro bonis, obtentaq́; seu sperata substantia uel facultatibus accipiendas, mea quidē est sententia, ut sit ueluti ratio præcedentis hortamenti. perinde ac dicat: Decet te uirum bonum, uirtutibus & opibus cumulatum amicis succurrere: nam communes sunt spes, hoc est, τὰ τῶν φίλων κοινά. Scholia sic intelligunt: Benefaciendum est amicis, quia cōmunes sunt spes mortalium. hoc est: Quantumcunq; potentia principes & optimates polleant, quantumcunq; sint opulenti, tamen peræque illis spes, hoc est, futura bona incerta sunt. Quis nouit si & reges tandem ad infimam sint fortunam protrudendi? quis nouit num & ipsi ad paupertatem & calamitatem sint deijciendi? tum bonum illis fuerit, ut antea sibi diuitijs amicos conciliauerint, à quibus & ipsi recompensationē accipiant & releuentur.

Nec imprudenter hic neq; segniter Herculē usurpo, de magnis eius uirtutum culminibus ueterem sermonem recitans: quomodo uidelicet ut mox à maternis uisceribus in lucem prodierit, filius Iouis cùm fratre suo gemino, ad admirandā claritudinem peruenerit.

Durum hoc Herculis paradigma prioribus adnexum esse hoc loci, diuersæ Chæridis, Chrysippi & Didymi opiniones ostendunt. Chæris ob eam causam adductum putat, quod Chromius nō parum laborum pertulerit ærumnarumq́; sub Hierone, tandem tamē ad id fastigij prouectus sit, ut equos suo sumptu aluerit. Vnde perinde ac Chromius post laborum tolerantiam ad claritudinem, sic Hercules post exhaustos fortunæ suæ labores, ad immortalem splendorē peruenit. Chrysippus ob Nemeæum leonem productum arbitratur, quod Nemeus sit hic uictor. Verum quum Nemei leonis nihil meminerit, non potest Chrysippi stare sententia. Didymus ob primordia certaminis: quod sicuti Hercules primum dracones interemit infans, ad maiora postea sese conferens: sic Chromius ea nunc uictoria maiorum futurarū rerum sibi fundamenta iecerit. Ego simpliciter autumo hanc esse mentem, ut Herculis exemplo liberalitatis & beneficentiæ uberrimum præmium ostendat, ut sit argumentum ab utili. Hercules ob uirtutes & benefacta in deorum numerum est adscitus: sic Chromius suæ liberalitatis, aliarumq; uirtutum nomine, immortalitatem promerebitur.

STROPHE

STROPHE III. COLON X.

Itaq; haud clàm in aureo residente throno Iunone purpureis fasciis inuolutus est. Atqui deorum regina [a]animo suo turbata, protinus dracones mittebat, qui sanè per apertas portas ad latum thalami angulum subierunt, cogitantes uelocibus suis malis geminos illos lancinare, seseq; membris eorum innectere. Hercules uero recto capite opposito, primū experiebat̄ belli fortunā,

ANTISTROPHE, COLON X.

Vtraq; manu sua, quā effugere non poterant, ceruicibus cōprimens utrunq; serpentem. Vita ergo ex [b]infandis suffocatorum artubus discedebat, simulq; intolerabile istuc malum concussit mulierculas, quæcunq; illic Alcmenes circa lectū seruiebant. Etenim & ipsa nuda pedes, è strato corpus suum corripiens, sæuam bestiarum iniuriam ulciscebatur.

EPODOS, COLON VIII.

Ilico uero Thebanorum duces ferreis armis accurrebant. Amphitruo præcipue euaginatum manu gladium uibrans peruenit, ingenti percul-
» sus mœrore. [c]Nostræ enim rei sinistro casu im-
» pendiò lædimur: circa alienum uero damnū cor
» nostrum liberum est, non adfligitur.

STROPHE IIII. COLON X.

Constitit ergo stupore graui, oblectationeq; permixtus: uidit nanq; insuetam prudentiā, necnon filij fortitudinem. Ita immortales dij effece-

runt,ut [d]alia, quàm à nuncijs didicerat, ipſe conſpiceret. Proinde uicinum altiſsimi Iouis eximiũ prophetã, fidum oraculorũ interpretem Tireſiam accerſiuit: Is enim illi, tum uniuerſo exercitui, quæ ſors eum olim exceptura eſſet, uaticinabatũ:

ANTISTROPHE, COLON X.

Prodigij per Tireſiam uatẽ explicatio.

Quot nempe in terra occiſurus ſit, quotq́ue [e]mari feroces belluas. Præterea quendam peruerſo mortalium incedentem more, [f]infenſiſsimũ, prędixit olim conceſſurũ fatis Herculis ultione. Deinde quando dij ſuperi, in agro prope [g]Phlegrã Thraciæ uicum, cum Gigantibus præliũ ineant, ab illius telorum iactu præclaram tum terræ comam eſſe contaminandam

EPODOS, COLON VIII.

Prædixit, ipſum deinceps per omne æuum, pro magnis laboribus, excellens præmiũ, ipſam nimirum tranquillitatem & quietem adeptum, in felici regia, [h]florida Hebe in uxorem ducta, nuptijsq́ue celebratis apud Iouem Saturnium, honeſtam laudaturum domum.

a ¶ *Animo ſuo turbata.*) ἀσπερχθεῖσα, λυπηθεῖσα, ὑπερζέουσα θυμῷ. *b* ¶ *Infandis artubus.*) ἀφάτων, *id eſt* ἀῤῥήτων, *magnis & immenſis membris, uel quæ ob ſui magnitudinẽ interire nõ potuerint.* φάσαι *enim eſt interire, corrumpere: unde* φάσγανον *deduci Scholia uolunt.*

c ¶ *Noſtræ enim rei ſiniſtro ſucceſſu.*) τὸ γὰρ οἰκεῖον πιέζει. *Epiphonema, quo mœroris Amphitruonis rationem reddit. Propria nos mala citius, quàm aliena adflictant.* *d* ¶ *Alia quàm.*) παλίγγλωσσον ῥῆσιν, *hoc eſt, acceptæ denunciationi contrariam. Acceperat enim à nuncijs Amphitruo, infantes draconibus interemptos. Mœrore igitur angitur ob auditum nuncium. Rurſus, diuerſum ipſe uidens lætatur ob infantis inſolentem fortitudinem, qua*

ſerpentes

serpentes strangularat. e ℭ *Mari feroces belluas.*) *In Troade enim noxiam balænam sustulit.* f ℭ *Insensißimum.*) ἐχθρότατον. *Busirim hospitum suorum mactatorem, & Antæum Gigantem Hercules interemit.*

g ℭ *Phlegram.*) *Phlegra Thraciæ locus est, ubi quum dijs bellum Gigantes inferrent, oraculum à Terra acceperunt, non antea perituros Gigantes, quàm duos semideos in belli socios dij ipsi susceperint. Adsumptis igitur in socios Hercule & Baccho, superiores Gigantibus cœlicolæ constituti sunt.*

h ℭ *Florida Hebe.*) *Vt Heben Iunonis sororem Hercules post fata sua in uxorem duxerit, posthac à Pindaro repetitur. Vaticinio itaq; Tiresiæ, ut oden hanc amplificauit, sic finiuit.*

TIMODEMO ATHENIENSI PANCRATIASTAE, ODE II.

OCTONARIVS PRIMVS.

Q[a]Vemadmodum, qui [b]Homeridæ uocantur, cantores, ut in plurimum consutorum carminum à Ioue exordium sumunt; sic & hic Timodemus [c]auspicium sacrorum, in quibus uictor euasit, certaminum sumpsit primum [d]in multum celebrato Nemeæi Iouis delubro.

ENARRATIO.

A Nemea uictoria, à maiorum suorum stemmate ac uictorijs, Timodemum laudat. a ℭ *Quemadmodum.*) ὅθεν. *A cõparatione tali orditur: Perinde ac Rhapsodi, Homeri carminum recitatores, uel simpliciter poëtæ, à Ioue initium ducere solent, in poëmatis suis: sic à Ioue Timodemus exorsus est, Nemea primũ uincens: siquidem Nemea Ioui per Herculem dicata sunt, ut in origine Nemeorum cõmemoratum.* b ℭ *Homeridæ.*) ὁμηρίδαι. *Apud ueteres Homeridæ dicebantur, qui per succeßionem ab Homero genus ducentes, Homerica canebant. Deinde Rhapsodi uocabantur, non iam ad Homerum genus suũ referentes, quales insignes fuere tẽpore Cinæthi, quos multos etiã uersus à se factos, Homerico poëmati inseruisse adserũt. Cinæthus ille Chius fuit, qui & eius hymni, qui ab Homero in gratiam Apollinis conscriptus, iuxta epigraphen legitur, autor esse fertur. Hic itaq; Cinæthus, primus Syracusis Ho-* Argumentum. Qui Rapsodi.

merica consuisse dicitur, circiter Olympiade 69. ut Hippostratus autor. Secundo sunt qui ῥαψῳδὸς, ueluti ῥαβδῳδὸς deducant, quod Homeri carmina ad uirgam cecinerint, recensuerint'ue. Sic Callimachus:

καὶ τὸν ἐπὶ ῥάβδῳ μῦθον ὑφαινόμενον,

ἠνεκὲς ἀείδω ποτιδέγμενος. Tertio: sunt qui dicant Homeri poësin primum non in unum fuisse collectam, sed uariè & per parteis dispersam: unde si quando eam canerent Rhapsodi, cõpagi & iuncturæ cuidam eam similem fecisse, inq; unum redegisse. Quarto: quum poësis illa per parteis tradita esset, quam quisq; uellet, partem recitabat: quumq; cantoribus agnus præmij uice propositus esset, ab eo agno ἀρνῳδοὶ salutabantur. Quinto: Si tota poësis adlata esset, certatoresq; inter se mutuò omneis parteis acciperent, ac uniuersum poëma adirent, ῥαψῳδοὶ appellabantur, ut refert Dionysius Argiuus. Sexto: Philochorus à cõponendis & suendis carminibus dictos adserit, παρὰ τὸ ῥάπτειν, καὶ τὴν ᾠδήν. Cui & Hesiodus adstipulatur, dum inquit:

ἐν Δήλῳ τότε πρῶτος ἐγὼ καὶ ὅμηρος ἀοιδοὶ,
μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδὴν,
φοῖβον ἀπόλλωνα χρυσάορον, ὃν τέκε λητώ. Hoc est:
In Delo tum primus ego ac diuinus Homerus,
Auricomum Phœbum, peperit quem dia parentum
Latona, euchimus, noua carmina componendo.

Hesiodum autem primum carmina composuisse Nicocles tradit. Ergo ex hoc loco claret, ῥαψῳδὸν aliud non esse atq; poëtam. Septimo: ῥαψῳδὸς scribit Μέναιχμος idem esse quod στιχῳδὸς, eo quod στίχοι, id est uersus, à quibusdam ῥάβδοι, id est, uirgæ uel uersus dicantur. c (Auspicium.) καταβολῆ. Metaphora est, à domum ædificantibus, adeoq; iacientibus fundamenta. Quod autem carminis alicuius initium poëtæ καταβολὴν dicere soleant, Callimachus etiam testatur, ita canens:

ἀρσινόης ὦ ξεῖνε γάμον καταβάλλομ' ἀείδειν.
Arsinoës canere incipio charissime tedas
Nunc thalami genialis. d (In multum celebrato.) ἐν πολυυμνήτῳ Διὸς ἄλσει. Periphrasis est Nemeorum ludorum.

OCTONARIVS II.

ᵃEst itaq; nõ parum patriæ suæ decori. Siquidem recta ipsum præclara stemmatis maiorum ætas, magnis Athenis ornamentum dedit, fre-

quenter nimirum Isthmiorũ ludorum pulcherrimum decerpendo fructum, Pythiaq́ue uincendo Timonoi filium. [b] At nephas haudquaquam est,

OCTONARIVS III.

Non procul à [c] montanis [d] Pleiadibus Orionẽ cursum tenere suum. Porrò [e] Salamis uirum bellacem producere potuit. Troiæ sanè Hector Aiacem audiuit ô Timodeme, te uero heroica uirtus in quouis genere certaminis, nempe pancratio, augustum constituet.

OCTONARIVS IIII.

Strenuæ dein iam olim [f] Acharnæ, quæcunq́ue circa certamina excellentissimi [g] Timodemidæ gesserunt, enarrant: prope altum nanq́ue [h] Parnassum, quatuor è certaminibus uictorias retulerũt. Cæterum à uiris Corinthijs

OCTONARIVS V.

In boni [i] Pelopis angulis, octo etiamnũ coronis condecorati sunt, Nemeis uero septem. Quæ autem illis [k] domi obtigere, maiora sunt, quàm ut percenseri queant, utpote [l] in Iouis agone: quem Timodemo ciues decantate, celebrem ob reditũ, mellita exordientes uoce.

a ¶ *Est itaq; non parum. Siquidem.)* *Laus Timodemi à uirtutibus, quæ tales tantæq; sunt, ut patriæ ornamentum præbeat per eas. Ac statim modum subdit, quomodo ornet patriam. Primum, quod maiores suos imitatus sit, Timonoum patrem præsertim: deinde, quod Isthmijs & Pythijs ludis uictor euaserit.* *b* ¶ *At nephas haudquaquam.)* *Comparatio est huiusmodi: Perinde ac Orion non longe à Pleiadibus meatum suum habet, sic Timodemũ uictoriæ comitem fieri & esse, dignum & par est. Vel, ut Orion Pleiades sequi-*

tur, sic Isthmia Pythiæ uictoriæ copulatur. c ℭ *Montanis.*) ὀρείαν. *Simonides unam Pleiadum montanã dicit, Maiam nimirum, quæ Mercurium in Cyllene Arcadiæ monte peperit. Crates* θερείαν *legit, quod meßis tempore oriantur. Vnde & apud Hesiodum seges metenda præcipitur sub ortum Pleiadum.* d ℭ *Pleiadibus.*) *Pleiades sydus est septem stellis constans, quæ ex filiabus Atlantis immutatæ sunt: quarum nomina, Taygeta, Electra, Alcyone, Asterope, Celeno, Maia, Merope.* e ℭ *Salamis.*) *Insula Atticæ Salamis, unde Aiax Telamonius fortißimus princeps ad Ilium cum Græcis profectus est. Confert autem Timodemum Aiaci & Hectori. Vt Hector apud Troianos, Aiax apud Græcos fortißimi fuere, sic tu Timodeme* παγκρατίῳ *inclaruisti. Pancration uero à* πᾶν *omne &* κρατέω *teneo dicitur uel uinco.* πένταθλον *aliàs uocatur Latinis quinquertium uel quinquatriũ, quod quinq; ludi speciebus uel partibus constet, ut in Olympijs indicatum. Vicit autem Nemea pancratio, ideo & epigraphe pancratiasten uocat.* f ℭ *Acharnæ.*) *Hactenus Timodemo à Pythijs & Isthmijs celebrato, ad uictorias maiorum eius encomiũ nunc uertit, quos in Pythijs quater coronatos, in Olympijs octies, in Nemeis septies adseuerat. Acharnæ autem Atticæ uicus est, unde Timodemus erat oriundus. Hinc Acharnenses, Aristophanis Comœdia, nomen gerit.*

g ℭ *Timodemidæ.*) *Et quamuis* Τιμοδημίδαι *formã patronymicã præ se ferat, ut filios Timodemi seu posteros significare poßit, sicut* πριαμίδαι *&* ἀτρείδαι, *Scholia tamen monent, fuisse tribum quandam & familiam* Τιμοδημιδῶν, *unde & Timodemus descenderit. Quod si uerum est, uictoriæ, quas hic recenset, non ad nepotes, neq; posteros, uerum ad maiores Timodemi pertinebunt. Timodemidæ enim maiores Timodemi erunt.*

h ℭ *Parnasum.*) παρὰ ὑψιμέδοντι πάρνασῷ. *Periphrasis est Pythiorum.* i ℭ *In Pelopis angulis.*) ἐν ἐσλῶ πέλοπ@ πτυχαῖς. *Periphrasis Olympiorum.* k ℭ *Domi.*) *Id est, Athenis.* l ℭ *In Iouis agone: quem.*) *In Olympijs Atheniensibus.* ἐν Διὸς ἀγῶνι, τόν. *est pro* ὅν *Dorice: quem, scilicet agonem, uel quem Iouem unà cum Timodemo uos ciues, inquit, celebrate. Claudens hanc oden ciues Athenienses & Acarnanos hortatur, ut & Iouem & uictorem Timodemum laudent ob celebrem reditum, hoc est, propterea quod uictor sit domum reuersus.*

ARISTO

ARISTOCLIDAE AEGINETAE PANCRATIASTAE, ODE III.

STROPHE I. COLON XIII.

O [a]Venerabilis mater nostra Musa supplico tibi, quatenus [b]in sacris Nemeorum festiuitatibus ad Doricam hospitalem insulam [c]Aeginam te recipias. [d]Quandoquidem apud Asopum flumen suauiũ carminũ fabri, adolescentes, demorantur, tuam „ uocem inquirentes. Verum alius ad aliam rem „ propensus est. Sed qui uictor euasit, in primis hymnum amat, coronarum, uirtutumq́ dexterrimum assaeclam,

ANTISTROPHE, COLON XIII.

[e]Cuius mihi ubertatem tribuas.

ENARRATIO.

Laudat Aristoclidẽ à Nemea uictoria, qua pancratio, hoc est, quinquertio est palmã cõsequutus. Ab Aeginae patriae insignibus principibus, Aeaco, Peleo, Telamone, Achille, à mansuetudine. Tandem paucis sese excusat, quod & serò & festinanter hanc oden cõscripserit. Argumentum.

a ℂ *O uenerabilis Musa.*) *Orditur à precatione: Musam enim siue Calliopen siue Clionem rogat, ut ad Aeginã insulam, Aristoclidem uidelicet laudatura sese cõferat.* *b* ℂ *In sacris Nemeorum festiuitatibus.*) ἐν ἱερομηνίᾳ νεμεάδι, *hoc est, in sacra uictorum festiuitate.* ἱερομηνία *per* σύντμησιν *pro* ἱερονεομηνία. *Mensium initia sacra sunt Apollini, eo quod & ipse Apollo Soli sacer. Vel, ut alij, totum mensem sacrum appellari aiunt, in quo Nemea celebrantur:* ἱερομηνίαι *autem dicuntur sacrae in mense dies, quales quae dijs consecratae sunt. Philochorus totum mensem Demetriona,* ἱερομηνίαν *decreto quodam dici affirmat. Pindarus uictorum conuiuiũ ita appellat.* τοῦτα χόλια. *c* ℂ *Aeginã.*) *Est Aegina insula Sporadum una, è regione Atticae, Argiuorum colonia.*

d ℂ *Quandoquidem apud Asopum.*) *Ratio est quur Musa Aeginã ac-*

cedere debeat. Quia, inquit, inuenies apud fluuium Aeginæ nouos carminum fabros, hoc est, poëtas adulescentes adhuc, qui tuum numẽ desiderant, ut uictorem Aristoclidem pro dignitate cõmendent. Plures sunt Asopi, Didymo referente in Scholijs: alius circa Phliuntem & Nemeam, alius in Bœotia, alius in Aegina. e ℭ *Cuius mihi ubertatem.)* *Quia nihil æque uictorem iuuat atq; præconium, ideo precor te Musa, ut copiam mihi argumentorum laudis subministres.*

[a]Meo consilio [b]cœli nubibus obtecti [c]rectoris filia, probatum ordire encomion. Ego uero [d]illorum [e]qui apud me sunt iuuenum uocibus & lyra ipsum [f]concinam. Amabilem præterea laborem sustinebit [g]regionis simulacrum, [h]qua parte [i]Myrmidones primum habitarunt: [k]quorũ celebrem conuentum, [l]pro sua fortuna opprobrijs non affecit Aristoclides, undiq; cõtracto [m]exercitatus

EPODOS, COLON VIII.

[n]Pancratij impetu. [o]Laboriosarum autem plagarum sanum [p]pharmacũ in deuexa Nemea, uictoriam ipsam fert. Sed enim [q]qui bonus uir extiterit, ac quæ decent honestatem perfecerit, is supremas ad uirtutes accessit. Non facile est Aristophanis fili, traijcere porrò inaccessum columnarum Herculis fretum.

a ℭ *Meo consilio.)* *Musam precatur, ut sibi laudabile encomiũ inspiret, poëtica inuocatione. Interim Iouis filiam facit: quia, ut Hesiodus habet, nouem Musæ filiæ Iouis sunt & Mnemosynes. Dei enim donũ sunt artes omnes ingenuæ, quæ memoria & exercitio & usu in mortalium ingenijs recubant.*

b ℭ *Cœli.)* *Musam cœli filiam hic facit, ut Aristarchus indicauit, sicuti Mimnermus & Alcman memorant. Estq; hic intuenda enallage casuum, datiuo enim pro genitiuo utitur.* c ℭ *κρέοντι.* *Regem cœlum ideo appellat, quod ante Saturni imperium potiretur sceptris, ut Ammonius memoriæ prodidit. Potest tamen οὐρανῷ πολυνεφέλᾳ à κρέοντι dependere, hac ratione: O Musa, filia Iouis, qui rex est nubibus obtecti cœli. tum οὐρανῷ πολυνεφέλᾳ*

φίλα dorici genitiui sunt, pro ὄρανῶ πολυωφίλω. idq; rectius & simplicius: conuenit enim cum reliquorum poëtarum opinione. Tria hic connectit, Musam, se, & Aeginam. Tu Musa encomium ordiceris: Ego cum meis cithara uel lyra canemus: Aegina uero utrinq; praeconium uictoriae à nobis reportabit.

d ℂ Illorum.) ἐκείνων. illorum adulescentum qui hunc hymnum expectant. e ℂ Qui apud me sunt.) Ego adiutus adulescentibus meis Musicis, ipsum ornabo. Epinicia enim cantu & lyra denunciabantur ac recitabantur. f ℂ Concinam.) κοινώσομαι, cõmuniter canam. g ℂ Regionis simulacrum.) ἄγαλμα χώρας. Periphrasis est Aeginae, quae illius terrae est imago, & exemplar uirtutis scilicet. h ℂ Qua parte.) Aegina Myrmidonum primum sedes fuit. τοπογραφία est. i ℂ Myrmidones.) A formicis Myrmidones dictos Hesiodus autor, quod Iupiter Aeginae insulae homines primum ex formicis eius terrae crearit. μύρμηξ enim formicã sonat. Idem refert Theogenes, in libro de Aegina. Alij sunt qui eius insulae homines, quod lustra & antra formicarum instar inhabitent, inq; subterraneas caueas atq; cuniculos fruges recondant, Myrmidonas dictos putent.

k ℂ Quorum celebrem.) παλαίφατον. Antiquitus celebratum & praedicatum populum, non ignominia affecit, nempe Myrmidones: sed gloria & splendore illustrauit Aristoclides, propter uictoriam. Myrmidones ergo pro Aeginetis accipit, ratione, quam paulò ante protulimus. l ℂ Sua pro fortuna.) Aeolicum est, τεὰν pro ἑὰν. Quod si τεὰν Dorice pro σὴν acci piatur, tum erit, tuo pro numine. m ℂ Exercitatus.) μαλαχθεὶς pro γυμνασθείς. μαλαχθεὶς uero debilitatus ualet. n ℂ Pancratij impetu.) ὢν παλαίφατον. Laus Aristoclidae à Pancratij uictoria. o ℂ Laboriosarum.) Labori refrigerium subiungit. Etsi certando defatigatus est, aut uulnus fortasse accepit Aristoclides, uictoria tamen tanta est, ut iure sudoris sui obliuisci debeat. Victoria medicina est talium uulnerũ. Metaphoris suo more gaudet. Iuuenes uulnerum certando inflictorum obliuiscuntur, propter obtentam uictoriam. p ℂ Pharmacum, uictoriam.) Pharmacum, uictoriam fert. Primo est πρόσθεσις, appositio uel epexegesis: deinde alludit ad hymnum χαῖρε καλλίνικε τήνελλα, in Olympijs: Sonorũ Archilochi melos &c. q ℂ Qui bonus uir.) Gnome est, qua uictorem aureae mediocritatis adhortatur, sua pro consuetudine. Victoria insigni clarus, ne maiora ultra desideret.

STROPHE II. COLON XIII.

ᵃQuas diuinus heros extremos testes inclytae

Belluas maris eum domuisse in prima Nemeorum etiã asfirmauit.

nauigationis posuit: qui & [b]immanes in pelago belluas domuit, [c]suaq́ ipsius uirtute stagnorum fluxus uestigauit, ubi ad [d]fastuosum reditus finẽ descendit, [e]terrã deniq; celebrem reddidit. Cæterum ad quod alienum promontoriũ nauim abegisti meam, [f]ô anime? Aeaco eiusq́ generi te uolo pangere carmen. [g]Iusti sermonis fructus est laudare bonos.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

[h]Neq alienis quenquam, sed suis illum uirtutibus prædicaueris.

a ℂ *Quas diuinus heros.) Amplificat à columnarũ per Herculem erectione, & ad labores eius generatim digreditur.* *b* ℂ *Immanes belluas.)* θῆρας ὑπερόχως, *pro* ὑπερόχους, *doricus accusandi casus.* *c* ℂ ἰδίᾳ.) *Sua uirtute, & per semetipsum,* ἰδίᾳ *ualet. Fluuiorum meatus ac maris nauigabiles terminos scrutatus est, non Eurysthei imperio: multa enim sua uirtute quoq; peregit: id quod Callimachus testatur, dum inquit:*

χαῖρε βαρυσκίπων ἐπίτακτα μὲν ἑξάκι δοιά
ἐκ δ' αὖ ἀγρεσίης πολλάκι πολλὰ καμών.

Columnæ Herculis.

Fertur Hercules occiduũ mare transisse & Libycum: quumq; nõ daretur ultrà progredi, eius nauigationis suæ monumenta quædam, columnas nempe duas erexisse, alteram in occiduo, alteram in Aphrico mari. Gades & Gadira appellantur columnæ, de quibus in Olympijs satis dictum, ni fallar. *d* ℂ *Fastuosum reditus finem.)* πόμπιμον νόστου τέλος. *Gades Herculis, fastuosum reditus finem appellat, ideo quod æternum nauigationis Herculanæ sint* μνημόσυνον: *ad quas qui peruenerit, uel descenderit (descendendi aũt uerbo propter occasum solis utitur) eum redire necesse sit.* *e* ℂ *Terram deniq; celebrem.) Terram perspicuã fecit: hoc est, ostendit etiam quousq; terra pateret, quousq; ambulationem sustineret: ad Hyperboreos enim usq; abijt, Eurysthei mandato, ultra Arcticum habitantes, ut tertia Olympiorum ode claret.*

f ℂ *O anime.) Quod ad Herculem Thebanum, quum Aeaci, eiusq; maiorum Aeginetarum meminisse deberet, digressus sit, sesemetipse corrigit.*

g ℂ *Iusti sermonis.) Gnome est, qua & quæ de Hercule dixit, defendit: & quæ de Aeginetis heroibus dicturus est, præmunit. Iusti sermonis fructus & flos*

flos est laudare bonos. Sermo & eloquentia tum recte & cõmode usurpatur, dum laudem bonorum absoluit. ἐσλὸς *accusatiuus doricus pro* ἐσθλὸς.

b ❡ Neq; alienis.) *Hortatur animum ut uerus sit, ut suas cuiusq; res gestas uerè percenseat, nec aliena affingat, quæ Aeginetarum non sint: quo simul beneuolentiam sibi apud Aeginetas & Aristoclidem conciliat.*

[a]At uero tu non incõmodum ornamentũ suscepisti, quod quidem longe dulcissimũ est dicere. Peleus itaq; pristinis suis præclarè gestis rebus gauisus est, [b]eximio resecto iaculo: qui & [c]Iolcũ cepit [d]solus citra exercitum, marinamq; Thetin [e]haud sine puluere cõprehendit. [f]Laomedontẽ fortis Telamon, Iolai socius, depopulatus est.

a ❡ At uero.) ποτίφορον δὲ κόσμον. *Ad animum suum hæc Pindarus dicit. Argumentum est à possibili. quasi dicat: Potes haud grauatim heroes Aeginetas laudibus efferre, quandoquidem satis rerum & factorum præ manu habeas.* b ❡ Eximio iaculo.) ὑπέραλλον, *id est, excellentem,* ἐξαίρετον. *Hastam Peliadem intelligit, quam Homerus à Chirone primum cæsam ex nemore & apparatã dicit, & ab eodem Peleo traditam. Hic in gratiam Aeginetarum à Peleo primum sectam ait.* c ❡ Iolcum.) *Thessaliæ ciuitas* ἰωλκὸς *est, quam Iasone ac Tyndaridis iuuantibus Peleus cepit, ut scribit Pherecydes, aduersus Acastum Peliæ filium bellum faciens.*

d ❡ Solus.) μόνος, *solus. Hoc in gratiam Aeginetarũ dicit. Non enim solus &c.* e ❡ Non citra puluerẽ.) ἐγκονιτί, *prouerbialis uox: cum puluere, hoc est, difficulter. Thetin, inquit, in coniugem difficulter duxit: illa enim sese Protei in morem in uarias figuras permutauit, iam in ignem, iam in feras: nihilominus instans Peleus eam tandem uicit & assecutus est, ut est apud Sophoclem in Troilo, referentibus Scholijs. Vt uero duxerit Thetin, posthac repetetur suo loco.* f ❡ Laomedontem.) *Per Laomedontem Ilij depopulationem intelligit, siquidem Laomedon tum Ilij rex fuit. Per Iolaum uero, qui Iphiclis filius, uel ut alij, Herculis auriga, Herculis expeditionem atq; militiam accipit. Iam Telamonem unà cum Hercule Ilium diruisse, uel Sophocles in Aiace* μαστιγοφόρῳ *testatur.*

EPODOS, COLON VIII.

[a]Qui & quondam aduersus æreo arcu pollen-

tes Amazones Iolaum comitabatur, neq; unquã timor uirorũ domitor ex præcordijs eius fortitu
» dinem extraxit. Atqui [b]cognato stemmate, inge
» nitaq; claritudine quisquã attollitur, & sublimia
» quidem affectat: sed enim qui è studijs & arte ho
» nestum indipiscitur, [c]humili loco natus quispiã,
» aliàs alia spirans, nunquam [d]non constanti pede
» incedit, uerum [e]deficienti mente innumeras de-
» gustat uirtutes.

a ☾ *Qui & quondam.) A rebus gestis Telamonis amplificat. De Amazonibus est apud Iustinum, Orosium & Isocratem, ut bellicosissimæ fuerint, ac sine uirorum cohabitatione uel administratione, multas sibi terras subiugarint, donec per Herculem uincerentur. Telamonem Herculis comitem fuisse in expeditione aduersus Amazones, hic noster testatur. Dictæ sunt ἀμάζονες, quod altera mammarũ carerent: dextram enim inurebant infantibus puellis: ab ἀ στερητικῷ μορίῳ, καὶ μάζος: quod idem est cum τῷ μασθὸς, uel ut Pindarus scribit, μασός.* *b* ☾ *Cognato stemmate.) Gnome dilatat, qua genere claros, magnos quidem prædicat, uerum ita ut studijs & bonis disciplinis imbutam uelit generis claritudinem. quasi dicat: Nisi accesserit ad generis splendorem ingenua institutio, parum sanè contulerit ipsum generis stemma, quum & obscuri & humili loco nati, per literas & uirtutum (quas innumeras degustant) præstantiam, conspicui reddantur.* *c* ☾ *ψεφηνὸς ἀνήρ.) ψεφηνὸς idem est quod σκοτεινός.* *d* ☾ *Inconstanti pede.) ἀτρεκεῖ ποδί. Inconstantem ergo pedem non uituperationis, sed laudationis ergò dicit, quod humili loco progenitus non figat, nec sistat statim in una disciplina pedem, cæterum semper ad maiores uirtutes adspiret.* *e* ☾ *Deficienti mente.) ἀτελεῖ νόῳ. Sic imperfectam mentem appellat, quæ inexplebili discendi cupidine ardet. Mens enim perfecta si qua est, non habet opus quicquam porrò discere, quandoquidem iam antea sit consummata. Sin quisquam hæc ad collationem naturæ & artis referre uelit, ita ut natura claros, fortes & ingeniosos, præstantiores esse uelit Pindarus ijs, qui arte & usu siue literas siue uirtutem consequantur, cum eo nihil mihi pugnæ prorsus erit.*

STROPHE III. COLON XIII.

[a]Flauus ita Achilles in ædibus Philyræ demorans,

rans, puer adhuc, magna manibus opera frequenter peregit, ferro grauem sagittã quatiens, æqualem uentis: pugna ferocibus leonibus cædẽ operatus est, suesque syluestres confecit. Corpora uero ad Saturnium Centaurum anhelantia retulit, sex annos primũ natus. Toto hinc post tempore demirabantur Diana, alacrisque Minerua,

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Occidentem ceruos sine canibus, dolosisque retibus: pedibus enim eminebat. [b]Verbum antea dictum teneo, nempe quod profundus in consiliijs Chiron lapidea sua domo Iasonem primum, deinde & Aesculapium enutriuit, quem & pulcherrimam pharmacorũ per manus molliter apparandorum, artem docuit. [c]Posthac despondit Peleo claram [d]fructibus Nerei filiam: [e]prolem ei pariter excellentissimam delicate educauit, cunctis animum eius uirtutibus illustrans,

EPODOS, COLON VIII.

[f]Vt marinis uentorum iactibus ad Ilium profectus, armis horrisonum Lyciorũ tumultum expectet. Phrygum item ac Dardanorũ. Dein Aethiopibus hastis & prælio minime gnauis iniecta manu, in animo suo cogitet, quomodo re ipsa queat efficere, ut Memnon Aethiopum gubernator, magnanimus Heleni nepos, ea non domũ reuertatur potestate, qua prius erat præditus. aliter in Græco.

STROPHE IIII. COLON XIII.

[g]Procul radians [h]hinc Aecidarum lumen ob-

oritur, ô Iupiter:[i]tuus enim ſanguis eſt, [k]tuũ item certamen: quod etiamnum hymnus indigenam uoluptatem uoce iuuenum reſonans, decorauit: quorum modulatio Ariſtoclidæ nomine profectò eximia eſt. [l]Is & hanc inſulam ſua uirtute inclytæ famæ adiunxit, ſacrumq́ Apollinis [m]Thearion ſplendidis ſolicitudinibus admouit. [n]Adeò
» tandem experientia perſpicuum fit, quibus in re
» bus quiſquam excellentior fuerit:

a ℭ *Flauus Achilles.*) ξανθὸς δ' ἀχιλλεύς. *Exemplum ſubijcit eius qui & genere & inſtitutione clarus fuerit, puta Achillis: uel qui natura & clarus & ingenio magnus uiſus ſit. Pertinet autem & hic ad maiores Ariſtoclidæ. Commendat ergo Achillem à mirificis & humanam rationem excedentibus iuuentutis ſtudijs, quibus & feras & belluas dederit leto: idq́; quum ſex primum annos natus, Chironi Centauri, Philyræ & Saturni filio, traditus eſſet educandus. Vbi hoc ſanè mirandum quod adijcit poëta, quod ſine cum odora canum ui, tum retibus, ceruos interfecerit: quandoquidem ſola uelocitate & robore traiecerit uiceritq́; eoſdem. Quod ſi tanta ei tamq́; admiranda pedum celeritas fuit, ut & aëripedes ceruos curſu anteuerterit, non iniuria ab Homero* πόδας ὠκὺς ἀχιλλεὺς *nunquam non dicitur. Quid autem admirabilius, quàm quod ſexennis Achilles uenatu captas feras, ut leones, ut ceruos, Chironi attulerit?*

b ℭ *Verbum antea.*) λεγόμενον δὲ. *A prudentia & claris diſcipulis præceptorem Chironem cõmendat. Iaſonem enim fortiſsimum principem inſtituit, cuius res geſtæ apud Apollonium in Argonauticis, apud Orphea, & in 4. Pythiorum hymno memoriæ produntur. Aeſculapium autem Apollinis filium ab eo inſtitutum Socrates Argiuus, inquit Interpres, teſtatur. Atq́; hunc ipſum inſignem medicum fuiſſe, in tertia Pythiorum ode conſtat. Quin & inter medicinæ primos etiam parentes ac repertores à naturæ ſacerdotibus numerantur Chiron, Apollo, Aeſculapius, Hippocrates, Nicander, ut græcum epigramma habet.* *c* ℭ *Deſpondit poſthac.*) νυμφεῦσαι. *A factis Chironis, quibus Thetin Peleo Achillis parenti deſponderit.* *d* ℭ *Fructibus.*) *Vel prole claram Thetin. Propter Achillem hoc dicit.* *e* ℭ *Prolem ei.*) γόνοντε. *Ab Achillis educatione Achillem prædicat.* *f* ℭ *Vt marinis.*) *In quibus Achillem inſtituerit, nempe claris facinoribus, ut Lycios, Phrygas, Dardanos, Aethiopes, eorumq́; regem Memnonem uinceret: id quod in Troia-*

no bello factum, ut in Iliade Homerica planum fit. g ❡ *Procul radians.*) τηλαυγὶς. *A digreßione ad maiores Aristoclidæ, nunc ad ipsum redit, primũ ad Iouem Aeacidarũ parentem Apostrophe facta. Estq́; hic Epilogus clarorũ Aeginæ principum.* h ❡ *Inde.*) αὐτόθεν. *Inde, hoc est, ex iam cõmemoratis insignibus facinoribus Aeacidarum decus, gloria & nomen resplendet.*

i ❡ *Tuus enim sanguis*) αἴτιον. *Causam reddit insignium factorũ per Aeacidas, & ipsum adeò Aristoclidem gestorum. Tuus enim sanguis est, inquit: perinde ac si dicat: Nihil certe mirum excellere tantis, tamq́; præclaris rebus Aeacidas & principes Aeginæ, quando ex tuo sint illi sanguine progeniti ô Iupiter: quando tua in illorum moribus, operibus, factis, uirtus, potentia & maiestas reluceat.* k ❡ *Tuum item certamen.*) σὸν δ' ἀγών. *Victoriam Aristoclidæ pro more pietatis suæ Pindarus Ioui acceptam refert. Quid mirum Aristocliden uicisse Nemea, quum tu Iupiter illi tanquam de sanguinis tui siphone profluenti, uictoriam præstiteris, eiusq́; hymni, qui de illius uictoria canitur, autor fueris?* l ❡ *Is & hanc insulam.*) ὃς τάνδε νᾶσον. *Insulã Aeginam, eiusq́; templum Apollini sacrum, per uictoriam Nemeacã illustriora reddita confirmat: quid cõmodi patriæ accesserit per uirtutem optimi principis, innuens.* m θεάριον.) *Pythij Apollinis templum est* θεάριον *in Aegina, in quo sacrorũ custodes,* θεωροὶ *agebant.* n ❡ *Adeò tandem.*) ἐν δὲ πείρᾳ. *Gnome est, qua eximiam fortitudinem uictoris, in qua inter certandum probatus sit, prædicat. Experimento & exploratione mutua perspicuum fit, in quibus quisquam fuerit excellentior: sic Aristoclidæ ingens robur, certamine & uictoria hac Nemea effulsit.*

ANTISTROPHE, COLON XIII.

» Vt is qui [a]inter pueros puerum, inter uiros ui
» rum, tum qui inter senio confectos grandæuum
» agit, quales apud gentem mortalium [b]omnes re-
» periuntur partes. Quatuor autem uirtutibus claret, fatum nõ effugiens homo, qui præter modo enumeratas tris, præsentiũ iuxta curam gerere discit, à quibus nullus abest Aristoclides. [c]Salue ô noster, [d]hoc albo cum lacte permistum tibi mel dono mitto: ros præterea mellis temperatus efficit potum celebrem [e]Aeolicis tibiarum cicutis,

EPODOS, COLON VIII.

[f]Serò licet. [g]Est autem aquila pernix inter uolucres, quæ protinus uenatur, procul inuestigãs cruentam pedibus suis prædam, [h]clamorosis graculis humi interim nequicquam colligentibus pascua. [i]Tua sanè resplenduit uirtus Clione Musa uolente, uictricis industriæ (qua in Nemeis, Epidauro, deniq; Megaris claruisti) gratia.

a ℭ *Inter pueros.*) *A mansuetudine & facilitate, qua se omnibus accõmodat, laudat uictorem. Homo est, inquit, omnium horarũ: apud pueros puer, apud uiros uirum, apud senio confectos seniorem agit: deinde rerum suarũ præsentium optimam curam gerit: quæ sunt quatuor in mortalium genere uirtutes præstantißimæ. Subaudiendum autem post comparatiuũ* παλαιτέροισι, παλαιότερος ὤν. *b* ℭ *Omnes partes.*) μέρος ἕκαστον οἷον ἔχομεν βρότεον ἔθνος. *Hic uerbum* ἐπίστα *subaudiendum. Nouit, inquit, nicephorus Aristoclides, ut quamlibet partem nos mortalium genus agamus. Nouit qui sint mores pueritiæ, qui uirilis ætatis, qui senilis: cunctis ideo sese bellè attemperare potest.* *c* ℭ *Salue ô noster.*) χαῖρε. *Ex affectu gaudij hæc dicit, ceu præsens præsenti uictori hunc hymnũ offerat.* *d* ℭ *Hoc do bo cum lacte.*) *Allegoria est, qua sese ipsum extollit. Mel permistum lacte hymnum suum uocat. Rursus per melle temperatũ rorem, celebrem potũ efficientem, suam hanc oden intelligit, quæ grata sit Aristoclidæ futura, uictoriæ, quæ hic concinatur, nomine.* *e* ℭ *Aeolicis tibiarum cicutis.*) *Per Aeolicas tibiarum cicutas suam Lyricen atque adeò poëticen rursus intelligit, qua quum sese cæteris suorum temporum præstantiorem uideret, & quantum in Lyrica posset, sentiret, magnificum de sua poësi iudicium tulit, quale & illi omnis posteritas tribuit. Et quia magno uictori & heroi hymnum offert, ne muneris & offerentis uilitate parum moueatur generosus uictoris animus, nõ iniuria & muneri suo & sibi hoc loco autoritatem Pindarus parit.* *f* ℭ *Serò licet.*) *Quod hanc oden tardius conscripserit se excusat.* ὀψέ περ. *g* ℭ *Est autem aquila.*) ἔστι δὲ αἰετός. *Insignis cõparatio certe, qua poëta sese aquilæ, alitum regi, (quæ quia altißimi sit uolatus & nubes transuolet, ut est apud Aristotelem, Iouis ales credita est) ignauos uero poëtastros locutuleijs graculis æquiparat. Etsi, inquit, serius æquo hunc tibi hymnum concinuerim, fœlicius tamen hoc ego longe feci, quàm pleriq; alij graculi & inepti poëtæ, qui indignè*

& planè

& planè humilia argumenta contexunt, neq; quomodo heroëm uirtute clarum efferre debeant, norunt. h (κραγέτου δὲ κολοιοί.) *Per graculos Bacchylidem notari Scholia adseuerant. Verum liberior & pulchrior est gnome, si ad multos, & ad unũ omnes osores, uel malos poëtas, graculi referantur.*
i (*Tua sanè.*) τίνγε. *Ludi in Aesculapij gratiam in Epidauro aguntur, post nouem autem Isthmiorum dies exhibentur. Megara uero ad initium usq; Veris protenduntur. Peroratio est, qua hunc hymnum cludit, breuiter & summatim Aristoclidae uictorias congerens.*

TIMASARCHO AEGINETAE LUCTATORI, ODE IIII.

STROPHE I. COLON XIII.

A[a]Bsolutorum laborũ optimus est medicus lætitia. Sapientes uero Musarũ filiæ odæ contactæ permulserunt laborem.
» [b]Verum neq; Thermæ tantũ
» lassa membra reficiunt, quantũ [c]citharæ consona
» laus. [d]Verbũ itaq; operibus diutius durat, quod
» cum [e]Gratiarum fortuna, [f]profundæ mentis lin-
» gua produxerit.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

[g]Proinde mihi liceat Saturnio Ioui, & Nemeæ, Timasarchiq; luctæ hoc hymni proœmium ponere. [h]Recipiat autem Aeacidarum bene turrita sedes, [i]constanti iure cõmune lumen. [k]Quod si parens tuus Timocritus adhuc flagrante sole foueret, bellus citharœdus, frequenter carmini intentus, hymnũ cecinisset, pulchrę testẽ uictoriæ,

EPODOS, COLON XIII.

Eum uidelicet, qui à Cleonæo certamine coronarum allegauisset multitudinem splendidis ce-

lebribusq́ Athenis, & septem portis insignibus Thebis rerũ potitus: eo quod prope Amphitruonis tumulum [l]Cadmæi nõ inuiti ipsum coronis & floribus coronabant, [m]Aeginæ gratia. [n]Siquidem amicus ad amicos perueniens, ad hospitalem urbem, felicem Herculis aulam accessit.

ENARRATIO.

Argumentum. *Timasarchum Aeginetam luctæ uictorem in Nemeis ludis, ab ipsa primum lucta, à patris Timocriti uictorijs, à claris patriæ heroibus, omniq; Aginetarũ insigni genere, ab auunculo Callicle, ab Euphane maiorum uno, à Melesia unctore, prædicat.* a ℭ *Absolutorũ laborum.) A gnome belle quadranti ad uictoriam, orditur. Arduos labores, hoc est, ipsum certamen atq; uictoriã, quæ magnis sudoribus paratur, lætitia sequitur, quæ medici instar laborum difficultatem curat, abigit, eijcit. Ode, hoc est, hymni & encomia, Musarum filiæ. Metaphora: id est, quæ ex bonis literis, poëtica præsertim nascuntur. Laborem permulserunt, hoc est, ipsam uictoriam laudibus extulerunt.*

b ℭ *Verum neq; Thermæ.) Pulcherrima gnome est, qua Lyricen suam extollit. Thermæ natura salubres aquæ sunt, ut quæ natura feruecant, eq́; sulphurea materia, & arcanis naturæ mysterijs, unde scaturiunt, efficacem aduersus uarios morbos uim secum adferunt. Hunc ad modũ Lyrica carmina, ac ipsa in uniuersum poëtica, quæ suis encomijs bonos uiros uehit, salubris est & ζωθάλμιον, hoc est, floride uiuens, quæ æternum heroibus nomen pariat.*

c ℭ *Citharæ consona laus.) Hoc est, Citharæ iuncta prædicatio uel cõmendatio.* d ℭ *Verbum operibus.) Periphrasis est poëticæ, allegoriæ mixta, qua tantum dicit: Poëtica, inquit, & eruditorum uirorum hymni, sunt diuturniores operibus, hoc est, ipsis etiam uictorijs, & claris clarorum uirorum facinoribus stabiliores. Quare principes & semideos maximopere suis factis doctorum hominum scripta accedere, exoptare conuenit.* e ℭ *Gratiarũ fortuna.) Id est, fauentibus Gratijs.* f ℭ *Profundæ mentis lingua.) Emphaticõs illud uerbum, illud poëma diutius duraturum, illud scripti genus stabilius fore ait, quod non lingua tantum, sed profundæ mentis lingua produxerit. Qui fit quod pleriq; omnes hodie ephemera scribant, imò uix unum diem durantia? Ratio est in expedito: quia non ex profunda mente scribunt: non rite secum omnia reputant: non alto consilio componunt: non domi suæ primũ bene ruminant: non in nonum, ut ille ait, annum reponunt, sed quamprimum lingua*

lingua in ore conceperit quicquam, priusquam mens & animus resciscat, rie-ctum, & in publicum protrusum iri necessum est. Atqui & sapientum, & Pindari hic nostri consilium est, ne lingua mentem præcurrat. Atq; hoc exordio beneuolum sibi Timarchum reddit, eum ad præsentis hymni amorem accendens. Vnde statim subijcit: g ℂ *Proinde mihi liceat.) Votum est, quo poëta optat, ut hic hymnus suus sit ceu fœlix insignium factorũ Timosarchi ingressus: atq; ut hæc Lyrice sit ceu æternum monumentum memorabilis uictoriæ eius, ac ueluti præludium: quasi poëta pluribus hunc argumentis posthac euehere cupiat. Simul autem Iouem Nemeæ uictoriæ Ephorũ ac datorem admiscet, pius semper in superos uates.* h ℂ *Recipiat.) Aeacidûm bene turritam sedem, ipsam Aeginam periphrastice appellat, cõmendans eam à munitione & fortitudine: quam dum Aeacidarum sedem uocat, originem & fulgorem eius ad Iouem usq; refert, ut in Pythijs & reliquis cõmemoratum.* i ℂ *Constanti iure cõmune lumen.) Optat uates, ut Aegina cõmune lumen suscipiat: hoc est, poëma & hymnum hunc ex quo ad eam cõmunis laus & fulgor redundet, ob uictorem Aeginetam Timasarchum. Sed quid est quod Constanti iure dicit, græcè ξεναρκεῖ δίκα? breuiter eiuis hospitalitatẽ prædicat, ut quæ iustitiam hospitibus & exteris & cõuenis præstet, non suis tantum ciuibus: id enim ualet ξεναρκούσῃ δίκᾳ. Quasi dicat poëta: Ipsa Aegina & munitißima urbs & iustitia, nedum erga suos, sed exteros quoq; insignis, hunc hymnũ nostrum cum Timasarcho quæso cõmunem suscipiat.* k ℂ *Quod si parens tuus.) Ad patris laudes transit, eum à suis pariter uictorijs extollens. Primum autem ueterum more Musica eum clarum extitiße innuit, postea à tribus eum uictorijs, à Cleonæa, ab Athenienſi & Thebana celebrat. Thebis aũt Iolaia aguntur ludi, quos hic intelligit. Quas uero Athenis & Cleonis uictorias sigillatim retulerit, non constat, quum uarij illic ludi exhibeantur, iuxta mentem Scholiorũ.*

l ℂ *Cadmæi.) Thebani sunt, à Cadmo conditore nomen gerentes.*

m ℂ *Aeginæ gratia.) Hoc est, Thebani Timocritum Aeginetam, propter congenerem sibi urbem coronarunt. Aegina enim & Thebæ sorores sunt & Nymphæ, filiæ Asopi fluminis, iuxta poëtarum sententiam: unde nomina etiam urbibus (quarum Nymphæ illæ ceu tutelares deæ fuerint,) indita.*

n ℂ *Siquidem amicus.) Quis quô peruenerit, exponit. Amicus Aegineta ad amicam Herculis urbem, Thebas.*

STROPHE II. COLON XIII.

[a]Qui cùm Troiam olim fortis[b]Telamon depopulatus eſt, & Coos, & magnum bellatorem, ſtu

pendum [c]Alcyonea Gigantem: quẽ tamen non antea interimere potuit, quàm duodecim currus, ac uigintiquatuor heroës eius, currus admini-
» strantes, Alcyoneus ipse petra contriuisset. [d]Inex
» pertus ille pugnæ fuerit, quisquis uariam non in-
» tellexerit fortunæ rationem, qua & agentem in-
» terdum aliquid ferre oporteat.

a ❨ *Qui cum.)* *Ex Herculis nomine occasione accepta, ad ipsius res gestas digreditur.* *b* ❨ *Telamon.)* *Telamonem Herculi adiutorem fuisse perhibet in deuastatione Troiæ, in Coorum, quos primum Meropes uocatos tradit, excidio, & in Alcyonei Gigantis debellatione.* *c* ❨ *Alcyonea.)* *Alcyoneus hic Gigas erat, qui prope Isthmũ Corinthi in Herculem incidit, cui ex Erythēa boues abduxerat. Hunc Hercules prosternere impune non potuit: Nam uigintiquatuor currus cum totidem ipsorum heroibus, maximi lapidis iactu, Alcyoneus primum Herculi contriuit: tandem in ipsum etiam Herculem lapidem proiecit: cæterum repulsa per clauam petra, Gigantem Hercules adortus confecit.* *d* ❨ *Inexpertus ille pugnæ.)* *Gnome est, qua non mirum esse perhibet, quod Hercules fortissimus heros in conflictu aduersus Alcyonea nõnihil acerbi sit passus, in curribus & amicis suis. Varia belli fortuna est: quare qui nõ uidet eam belli rationem esse, qua uel uictorem interdum succumbere oportet, is ignarus est prælij, ignorat quàm sese uersipellem & ancipitẽ Mars exhibere soleat. Atq; hæc dicit, quasi nonnihil graue etiam uictori Timasarcho acciderit, ut quod inter luctandum ceciderit, uel tale quiddam, quod hic reticet, ac interim clanculum Herculis exemplo diluit. Elegans autem dictum est, qua eum prælij euentũ esse ait, quod agentem interdum aliquid pati oporteat: cui cõsonat tragicus ille uersus, quẽ quia eiusdem sit indolis, quur adscribere pigeat?*

τὸν δρῶντα πού τι καὶ παθεῖν ὀφείλεται.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

[a]Plura me enarrare prohibet lex, urgetq; tempus. [b]Trahor autem ceu iynge quadam in corde meo, ut numeniam apprehendam. [c]Et quamuis profunda, adeoq; medium maris saltum iam occupet sermo, resiste tamen insidijs, alioqui magis

atq;

atq; hostes nostri in luce deuiare uidebimur.[d] Etenim qui inuidia maceratur, uanum secum in tenebris consilium uolutat

EPODOS, COLON XIII.

Humi prostratum. At mihi quam diuinum numen impertijt uirtutem, credo quod in longum procurrens tempus felicem consummabit.[e] Sed enim tu dulcis cithara protinus Lydio concentu carmen modo consue amabilissimũ: Oenonæq; & Cypro, ubi Teucrus est Telamonis filius. Sed Aiax patriam[f] Salamina tenet,

STROPHE III. COLON XIII.

[g] In ponto Euxino Leucen Achilles insulam, Thetis uero[h] Phthiã obtinet. [i] Neoptolemus latum Epirum, ubi [k] montium iuga [l] excellentissimos boues fouentia, à Dodona primũ, ad Ionium usq; mare protenduntur. [m] Ad radices autem Pelij montis ancillarem Iaolcon manu adortus Peleus Thessalis morigeram tradidit,

a ℭ *Plura me enarrare.*) *Temporis angustia à latiori digressione se excludi testatur.* *b* ℭ *Trahor iynge.*) *Se magno desiderio ad numeniam, ad coniunctionem Lunæ rapi confirmat, ut hymnus suus tum temporis absolutus, ad Timasarchum perferatur. Per iynga autem auiculam ueneficijs destinatam & incantationibus, ut est apud Theocritum in Pharmaceutria uidere, hic præstigia & incantamenta intelligit, metaphoricôs. Fuit aũt Lynx Echûs aut Pythûs filia, quæ quum suis incantamentis Iouem ad Inûs amorẽ accenderet, in auem sui nominis permutata est.* *c* ℭ *Et quamuis.*) *Sese à digressione reuocat. Quamuis mediã historiæ Herculanæ partem uixdum absoluerim narrando, desistam tamen, ne quàm aduersarij nostri in excursibus, immoderatiores esse uideamur. Seipsum autem ut redeat ad institutum omissa digressione, hortatur. Sunt, inquit, qui insidiantur poëticæ nostræ, quærentes si quam uenari queant calumniandi ansam: sed ne accusent nimium digressiones meas,*

(*qualibus & Simonides usus est*) *reuertemur, unde sumus digreßi.*

d ¶ *Enimuero qui.*) *Gnome inuidos laceßit. Inuidi, inquit, nihil aduersum me poterunt, sed cæca illorum consilia & cogitationes uanæ erunt. Ad locum cōmunē inuidiæ hæc gnome pertinet. Porrò sibi inuidus plus nocet quàm alijs, iuxta sententiam Horatij:*

Inuidus alterius rebus macrescit opimis. Et Virgilij:

Liuor tabificum malis uenenum. &c.

e ¶ *Sed enim tu dulcis cithara.*) *Ad laudem generis Aeginetarum sese ipse inuitat. Aegina autem primum etiam Oenone dicta, unde hic per Oenonen ipsam accipit. Et quia genus Aegineticum multis urbibus præfuit, ideo talium hic etiam meminit, & primum Cypri, ad quam Teucrus post obitum Aiacis ab Ilio reuersus, patris indignationem metuens profugit, eiusq; imperiū obtinuit.*

f ¶ *Salamina tenet Aiax.*) *Iuxta historiam, Salaminius dicitur. Vt uero interierit in Iliaco bello, est apud Sophoclē in Aiace.* g ¶ *In ponto Euxino.*) *Insula quædam est in Euxino ponto, quæ Leuce appellatur, in quam Achillis corpus a Thetide translatum fertur. Leuce autem appellatur per metalepsim, quasi splendida: quod candidum enim est, fulget. Sunt qui Leucen dictam putant, ab Erodijs auibus, quarum ingens multitudo in littore nidulantiū prænternauigantibus hanc insulam indicet. Appellatur & Achillis cursus, quod Iphigeniam uictimæ destinatam, abreptam per Dianam, ad hanc usq; insulam, æstuanti eius amore inflammatus, prosecutus sit. Quia Thetis ex Peleo Achillem pepererit, ideo & hanc in gente & claritudine Aeginetarum Pindarus recenset.* h ¶ *Phthiam.*) *Thessaliæ urbem obtinet Thetis. Philarchus autor est quod Thetis Olympum ad Vulcanū ascenderit, ut ab eo arma Achilli fabricanda procuraret. Vulcanus fabricatis armis spopondit se traditurū Thetidi, si primum secum concumberet. Thetis annuit se facturam, modo corpori suo primum periculum faciendo aptaret: sibi enim eandem corporis, cum Achille, & mensuram & harmoniam esse. Quo permisso, Thetis armis cincta aufugit. Vulcanus cum eam non posset cōprehendere, malleo arrepto in talum percußit, ut uehementer angeretur. Vnde Phthiam Thessaliæ sceßit, ut illic sanaretur. Hinc ab eius nomine Phthia Thetidion appellata est, ac Phthia colere cœpit Thetin. Alij templum Phthiæ esse Thetidis, cui nomen Thetidio, cuius reminiscatur Euripides in Andromache, adserunt.* i ¶ *Neoptolemus.*) *Achillis filius Epirum obtinet. Regio est, quæ autore Stephano in duas, secundum alios in treis, secundum alios in quatuor partes diuiditur. Plinius in tertium Europæ sinum ad Acroceraunia Epirum constituit.* k ¶ *Montium iuga.*) *Acroceraunia intelligit, quæ sic dicuntur, quod ob summitatem suam crebris*

fulminibus

fulminibus iciantur; παρὰ τὸν ἄκρον καὶ κεραυνόν. *Vt autem Acroceraunia à* Dodona *iuxta Arachtum flumen ad Ionium usq; mare protendantur, est uidere apud* Ptolemæum, *tabula* Europæ 10. *Dodonæ oppido,* Dodonæi Iouis *templum est: inde prouerbio locus factus,* Dodonæum æs, *de loquacibus.*

l ¶ *Excellentißimos boues.)* Boues Epiroticas *cæteris præstare,* Plinius *etiam fatetur, dum lib.* 8. *cap.* 45. *inquit:* In nostro orbe Epiroticis laus magna, à Pyrrhi regis iam inde cura. m ¶ *Ad radices* Pelij montis.) Iolcos Magnesiæ *ciuitas est, in finibus* Pelij montis *sita,* Acasti *regis imperio subdita, quam* Peleus Achillis *pater* Thessalis *hac occasione subiugauit, ut* Pindarus *subindicat breuiter:* Hippolyti *filia* Cretheis, *uxor* Acasti, *amore* Pelij *exarsit, eum ad sui complexum prouocans: at cum ei persuadere non posset, ignominiam secuturam formidans, coram* Acasto *suo rege,* Pelea *iniuriæ accusauit, ceu uoluerit ipsam ui stuprare.* Acastus *uxori suæ, ut fit, fidem adhibens,* Pelea *ad* Pelei *montis deserta perduxit, ibiq; feris futurum cadauer reliquit. Atqui dij* Pelei *& innocentiam & puritatem cõmiserati, illi* Vulcanum *adlegant, ut gladium ei subministraret. Hoc ense accepto, incidentes quascunq; bestias* Peleus *interemit, ac reuersus tandem à bestijs seruatus, in* Acastum *copias armauit,* Iolcumq; Thessaliæ, *ob nefarium* Cretheidis *scelus, subiugauit.*

Huius rei meminit λόγος δίκαιος καὶ ἄδικος *apud* A*ristoph. in* νεφέλαις.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Hippolytes Acasti coniugis dolosis technis respondẽs. [a] Dædali enim gladio mortẽ ei per insidias plantauit Acastus. At Pelei familiaris [b] Chiron adiumento erat, & fatale ex Ioue destinatum malum auferebat. [c] Ignem uero cuncta corrumpentem, acutissimosq; ferocium leonum ungues, aciem item acerrimorum dentium cohibens,

EPODOS, COLON XIII.

Duxit ipsam unam excelsarum sedibus Nereidum. Præterea [d] uidit orbicularem thronum, in quo cœli pontiq; cõsidentes reges, munera & potentiam ipsi, suam iuxta naturã ostenderunt. " [e] Vltra Gadera non licet ad caliginem usq; pro" gredi. [f] Reduc ad Europam nauim. Nec enim ui

rium earum eſt, omnem Aeaci liberorum hiſtoriam percenſere, atq; res præclare geſtas.

a ¶ *Dædali enim gladio.)* *Dædali gladium metaphorice dolum & fraudem appellat: non quod Dædali enſe uſus ſit, ſed quod fraudis nomine Dædalo ſimilis fuerit Acaſtus. Vt enim Dædalus Cocali regis filiabus perſuaſit, ut aquæ calidæ per tecti culmen in lauantem Minoa demiſſo influxu, Minoa interimerent: ſic Acaſtus dolo feris obiectum Pelea occidere meditatus eſt. Hæc Scholia. Poteſt etiam hic locus ad Pelea referri, quod is Dædali gladio, hoc eſt, enſe à Vulcano artificioſe apparato, interfecerit Acaſtum: quod Vulcanus inſigni ac ueluti Dædaleo ingenio eum gladium ſcite & eleganter perfecerit.*

b ¶ *Chiron.)* *Chironem Centaurum Pelei puerum, hoc eſt, amicum & familiarem uocat, cuius ope Acaſtum uicerit.* *c* ¶ *Ignẽ uero omnia corrumpentem.)* *A nuptijs Thetidis marinæ deæ Pelea cõmendat, quum ignem, acutiſſimos ferocium leonũ ungues, dentesq; cohibuiſſet. per hæc omnia ipſam Thetidis permutationem ſignificans. Thetis enim dum nuptijs iungeretur Pelei, in haſce ſeſe formas tranſmutauit, iam quidem in leonem, iam in ignem, iam in aliam figuram, inſtar Protei, Vertumni, Empuſæ, uel Tarandi: neq; ſic tamẽ eius uim declinare potuit. Cohibitis ergo iſtis leonũ formis, ac demiſſis ignibus, duxit Thetin. Metaphora eſt à remigantibus, qui perfecto labore ſuo demittũt remos.* *d* ¶ *Vidit porrò orbicularem thronum.)* *Non cœlum, ſed ſympoſium in Pelio monte deorum uidit, quando & ſuperi & marini dij ſua præſentia nuptias eius et genus decorarũt, eiq; munera dederunt, Neptunus equos, Vulcanus machæram. Summa eſt, & cœleſtes & marinos deos, quales erant, in ſuis nuptijs conſpexit Peleus.* *e* ¶ *Vltra Gadira.)* *Iuxta columnas Herculis Gadira ſunt. Quemadmodũ nõ licet ultra Gadira nauigantibus progredi, ſic Aeaci poſterorum inſignia non poſſum cõmemorare omnia.*

f ¶ *Reduc nauis uaſa.)* *Hoc eſt, ipſam nauim ad Europam. Quia Gadira Europam finiunt, & ultra ea præter caliginem nihil ſit, ac Europa citra Gadira habitetur: ideo, inquit, reuertere iam ad loca habitabilia, ad ipſam Europam, hoc eſt, ad inſtitutum, ad laudes Timaſarchi, ubi tutius iter ingrediar, & felicius pergam. Eſt autem gnome memoratu digna, Vltra Gadira progredi nõ licet: parœmiam complectens, qua ne impoſſibilia conemur, admonemur: ut antehac non ſemel auditum.*

STROPHE IIII. COLON XIII.

*a*Theandridis corpora uegetantium certaminum

num nuncius uenit, Olympia, Isthmo, Nemeaq́ ornatus, ubi experimentum habentes, nunquam sine coronis inclytum fructum ferentibus domũ redierunt. Vbi & patriã illam tuam triumphantibus odis ministram esse audimus Timasarche. [b]Sin me auunculo Callicli iubes

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Columnam locare Pario lapide candidiorem, nihil inficiabor. [c]Aurũ dum liquitur, radios mon„ strauit omneis: hymnus autem egregiorũ facto„ rum, & regibus & dijs hominem parem facit. Is Callicles circa Acherontem habitans, linguam meam suarum laudum cantatricẽ inueniat, ut qui [d]in certamine Neptuno Tridente insigni dicto, [e]Corinthijs floruerit selinis.

EPODOS, COLON XIII.

[f]Hunc Euphanes senior progenitor ille tuus canet Timasarche, alij alios uirtutis suæ æquales habent. Iam quorum præsens aliquis spectatorẽ egerit, ea melius cæterisq́ excellentius explicare & narrare potest. [g]Ecquis Melesiam laudans cõtentionem dirimat? is enim uerba cõnectens insuperabili eloquentia immobilis persistit, erga bonos quidem leni sapientia præditus, iniquis uero & uitiligatoribus [h]asper & indefessus concertator seu aduersarius.

a ℭ *Theandridis.) A contribulibus Timasarchum prædicat. Theander enim inclytus quispiam è maioribus Timasarchi fuit, à quo familia Theandridarum deducta. Indicat autem & Theandridas insignes athletas & uictores certaminum fuisse.* *b* ℭ *Sin me auunculo Callicli.) A fratre matris dea-*

= regibus hominem porte facit parem; ita graec.

functo uita Callicle laudat uictorem. Per columnam Pario lapide albiorem, hoc est lucidiorem, poëma suum & hymnũ intelligit. c ¶ Aurũ dum liquitur.) Præclara gnome, quo hymnum optimo metallorum auro comparat. Quemadmodum aurum dum liquitur, siue conflatur, fulget: ita hymnus quempiam prædicans ipsum resplendere facit, & dijs & regibus eum adsimilans. d ¶ In certamine Neptuno dicto.) Periphrasis est ludorum Isthmiorũ. e ¶ Corinthijs selinis.) Hoc est, apio, quod Corinthijs uictoribus datur, siue quod prope Isthmum Corintho uicinum crescat. f ¶ Quem Euphanes.) Quasi & ille epiniciorũ poëtam egerit, cantaturũ esse Euphanem ait hymnum, quo sit laudaturus Calliclem. Vel quod defunctus ipse, defunctum sit ornaturus præconijs: uel senio confectus grandæuum: uel æqualis æqualem. Atq; hinc ait: Alij alios uirtutis suæ coæquæuos concentores habent. quasi dicat: A tuis coætaneis, uel ab ijs qui tecum spiritum ducunt, & non à uita defunctis, Timasarche tu prædicaberis. Dicitur autẽ Euphanes auus fuisse maternus Timasarchi. Porrò quorum aliquis spectator fuerit, ea melius cæterisq; excellentius explicare & narrare potest. Sententia est, qua speciatim tamen (licet generatim, ut omnes gnomæ, accipi queat) Euphanem clanculum interfuisse uictoriæ Callielis innuit: quare ceu oculatus testis, eundem præ cæteris rectius etiam extollere posit. g ¶ Vt si quis.) οἷον αἰνέων. Didymi iudiciũ hic mihi probatur, qui τὸ οἷον spiritu aspero per admirationem legendum censuit: ut sit sententia: Dij boni, quis nobis hic Melesiam Atheniensem illum, Timasarchi unctorem digne extulerit, ac litem diremerit, qua scilicet ab alijs prouocatur? Laudat uero unctorem hunc tum à uictoria, tum ab eloquentia & facundia, propter quam ab alijs uinci non posit. h ¶ Asper assessor.) Hoc est, difficilis est obseruator suorum aduersariorum, acriter reluctatur eis, suisq; amicis pugna deuictis fortiter adsistit, alacriter opem fert, uires illis & animum addit, eos adiuuat. Tantum enim potest uox ἔφεδρος. Est autem antithesis, mansuetum esse & asperum: mansuetum quidem & mitem bonis & amicis: asperum & difficilem aduersarijs.

Ab aliptæ ergo Melesiæ encomio hanc cludit oden.

PYTHEAE

PYTHEAE LAMPONIS FILIO PANCRATIASTAE, ODE V.

STROPHE I. COLON XI.

S[a]Tatuarius non sum, ut inertia fabricer simulacra in uno solo loco stantia. [b]Cæterũ per omneis tam onerarias, quàm minores naueis uade & annuncia ô Musa, quod condo poëma, quomodo uidelicet robustus Pytheas Aeginetes, Lamponis filius, in Nemeis ludis pancratij coronam uicerit, [c]quum nondum [d]genæ eius autumnum teneram uindemiæ matrem ostenderent.

ENARRATIO.

Pytheam Aginetan Lamponis filium laudat à uictoria pancratij, à fructu uictoriæ, à familiari Pytheæ Euthymene, pancratij itidem uictore: à uictoria Aeaciorum Aeginetica, à uictoria Megaricorum, ab unctore Themistio. Argumentum.

a ℭ Statuarius non sum.) A Lyrices suæ, quam ipse animaduertit sæpe, præstantia orditur. Lysippus, Chares Lyndius, Polycletus, etsi insigneis statuas cælauerint, quid nisi inertia simulacra, quæ neq; mouere se quoq̃ poßint, neq; indicare quicquam, præter sui ferè artificis artem? At hymnus poëticus terram & mare permeat, eorumq; uirtutes quos prædicat, sempiterna memoria prosequitur. Sunt qui Pytheæ amicos Pindarum solicitasse ferant, ut epinicion Pytheæ conscriberet: ubi quum treis drachmas, ut Scholia habent, mercedis loco poposcisset, abnuisse illos, dixisseq;, se potius æream statuam eodem precio comparaturos. Postea tamen reuersos, precio, quod exegerat, numerato. Hinc ab eo facto, à statuarijs & statuis principium duxisse Pindarũ. b ℭ Ceterũ per omnes.) Musam suam inuocat, & hortatur ut per omnes naues transiens Aeginetæ Lamponis uictoriam Nemeã, quam pancratio obtinuit, annunciet. Quare per naues uult itare Musam? quia Aegina insula in mari sita, ad quam & ex qua citra naues nemo iter facere potest. c ℭ Quum nondum.) Ab ætate amplificat. Est autem oratio tropica uel allegorica. Vult aũt dicere, quod impuberis adhuc ætatis adolescens Pytheas uicerit. Porrò sensum poëtæ, non uerba, reddidimus: sic enim Pindarus habet: Mentum nondum autumnũ,

[handwritten margin note:] mill[?]as; non tres tantum; nõ quomodo [illegible]

teneram uini floris matrem, ostenderat. Qua in periodo hypallage utitur, dum autumnum per appositionem facit matrem uitium pullulationis. Non enim autumnus est initium & origo floris uini, sed potius signum uindemiæ & maturitatis. Ipsa autem sententiæ necessitas, per τὴν οἰνάνθην, hic non herbam (quã Dioscorides lib. 3. cap. 126. explicat) accipi, sed ipsam uitis germinationem, cymas & asparagos, ut ita dicã, cogit. d ¶ *Genæ.) Quia uero γένυς uocula illa nedum mentum, sed & τὴν σιαγόνα significat, uel pro malis, uel mento, citra errorem hic uertitur.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

[a]E Saturno uero & Ioue heroës iaculatores plantatos,[b]atq; aureis Nereidibus [c]Aeacidas exhilarauit, metropolinq; [d]charam hospitibus tellurem. [e]Quam olim bonis uiris abundantem ac nauibus celebrem posuerunt, prope aram patris [f]Hellenij stantes, dum ad sydera palmas unà tenderẽt,[g]Endeidos nobiles filij,[h]uisq; Phoci regis,

EPODOS, COLON XI.

Diuinæ illius prolis, [i]quã Psamathea ad littus maris peperit. [k]Verecundor equidem magnum quiddam dicere, neq; iure patratũ damnum, quo modo iam percelebrẽ insulam reliquerũt, & quis genius[l]ab Oenone fortes illos uiros traxerit. Cõtinebo uero me ab huiusmodi narratione. Nam „ [m]non omnis constans ueritas palàm faciem suam „ ostentans lucro est: uerũ sæpenumero silere no„ uisse, homini sapientissimum est.

a ¶ *E Saturno uero.) Fructum uictoriæ Pytheæ nunc subijcit. Is est, quod exhilararit è Saturno & Ioue progenitos: hoc est, præclaros Aeginetas heroës, ceu maiores suos. Est autem Chiron Saturni filius & Phillyræ, Iouis Aeacus, Aeaci Telamon & Peleus, Pelei Achilles: hos, inquit, Pytheas unà cum metropoli Aegina celebres reddidit, eo quod Aeginam ceu patriam præ reliquis urbibus & matrem, Aeacus & nepotes coluerint, ut sæpe suprà indicatum,*

tion. Quam & metropolin appellat, hoc est, primam & præcipuam, ac ueluti parentem reliquarum urbium, quas passim Aeaci proles inhabitauit: ut Cypri, Iolci, Salaminis, Leuces, aliarumq; respectu, hanc μητρόπολιν uocet.

b ¶ Aq; aureis Nereidibus.) Hoc est, à Thetide & Psamathe.

c ¶ Aeacidas.) Hoc est, Aeaci posteros & nepotes, Telamonem, Pelea, Achillem, Neoptolemum, Chironem item, qui ad genus Pelei & Achillis propter amicitiæ legem refertur. d ¶ Charam hospitibus tellurem.) Hoc est, hospitalem: siue quod hospitales fuerint Aeginetæ, siue quod metropolis fuerit inter Telamonis & Pelei urbes. e ¶ Quam olim.) A pietate & religione Aeginetas heroës laudat. f ¶ Hellenij Iouis.) Iupiter Hellenius in Aegina colitur, à promontorio Hellenio nominatus. Vel Hellenium Iouem à Græciæ salute in Aegina impetrata dictum: g ¶ Filij Endeidos.) Endeis Chironis filia, Aeaci uxor, Telamonem & Pelea peperit. Hinc per Endeidis filios hic Aeaci posteritatem accipit. Aeaci ergo nepotes, inquit, Aeginā bonis ciuibus & re nautica exuberantem, celebrem & inclytam reddiderunt. Quomodo celebrem reddiderint, subiungit: dum prope aram patris Hellenij, passis ad sydera palmis, Iouem pro salute Græciæ implorarēt. Sensus igitur est, Aeginam illustrem redditā, precibus & pietate Aeaci ad Iouem. Historiam attingit, ac ueluti per transennam ostendit, cuius meminerunt hic Scholia, & Isocrates in Euagora. Quum enim pestis, uel ut alij uolunt, sordes factæ essent in Græcia quis plures interirent, uenerunt urbium legati Aeginam ad Aeacum, scientes eum Iouis prolem esse, supplicantes ei, ut patris sui Iouis numen exoraret, pro auertenda Græciæ internitione. Aeacus ergo preces ad Iouem fudit, ac salutem Græciæ impetrauit: uniuersa Græcia à uel peste uel grandi isto malo liberata. Ex eo, inquit, facto Aegina celebrior est reddita. Iuxta Isocratis sententiam Aeacus solus obsecrauit Iouem. Iuxta uero Pindari hic mentem, non Aeacus tantum, sed Aeaci & Endeidis liberi Telamon & Peleus Iouem orarunt unà cum rege Phoco. h ¶ Phoci regis uis.) Periphrasis est, pro ipso Phoco. Erat autem hic filius Aeaci ex marina dea Psamathe, frater Pelei & Telamonis. i ¶ Quem Psamathea.) Vbi Nympha Psamathe Phocum pepererit. Dicitur autē Psamathe & Psamathea, sicut Penelope & Penelopea, per extensionem posterioris syllabæ. k ¶ Verecundor equidem magnum &c.) Infortunij, quod fratribus Telamoni, Peleo & Phoco contigit, hic per præteritionem non reminiscitur: nempe quur celeberrimā insulam Aeginam dereliquerint. Porrò infelicitas ea est huiusmodi: Fama est, quod Peleus & Telamon fratrem suum (dum sese mutuò exercerent, lapidis iactu, & alijs id genus corporis exercitijs) occiderint: Peleus quidem disco, sed

Telamon ferro. Hinc ut odium ciuium suorũ effugerent, ex Aegina excidisse, Telamonemq; Salaminã Atticæ, Pelea uero Phthiam Thessaliæ peruenisse & occupasse. l ℭ Ab Oenone.) *Stephanus, Aeginæ tres sunt, inquit: prima est una è Cycladibus, quæ Oenone uocata est.* m ℭ Non omnis constans ueritas.) *Gnome est, quæ non semper ueritatem edisserendam indicat, sed occasionem expectandam esse: potissimũ uero in encomio & genere laudis præcauendum, ne quæ turpia, etiamsi uera, admisceamus. Hinc etiam Isocrates in encomij Helenæ exordio Sophistam quendam carpit, qui Helenã quidem satis pulchre laudauerat, sed interim tamen uitium, uel adulteriũ ab ea cõmissum purgarat. Porrò nõ ubiq;, neq; apud quoslibet, neq; quouis tempore, ueritatẽ dixisse unquam profuit: sed occasio hic etiam quærenda, ne si importune ueritas dicatur, uel ipsa, uel nos cum ipsa reijciamur.*

[illegible] tom. I. p. LXXIV. l. 13.

STROPHE II. COLON XI.

Sin aliam Aeacidarum felicitatem, aut manuũ uires, bellum'ue laudare ferreum uisum sit, [a]longos inde saltus mihi quisquã suffodiat, [b]est enim leuis genubus meis impetus. Sed & [c]ultra mare aquilæ feruntur, [d]quibus cum & pulcherrimus Musarũ chorus prope Pelium haud imprudenter canit. Inter Musas porrò citharam Apollo septichordem, aureo [e]plectro quatiens,

ANTISTROPHE, COLON XI.

[f]Omnis generis modulabatur cantiones. Musæ uero primũ à Ioue orsæ, uenerandam Thetin cecinerũt, Peleaq;, ut ipsum tenera Cretheis Hippolyti filia [g]dolo trucidare uoluerit, coniux ipsa maritum suum Magnetium Episcopũ uarijs consilijs persuadendo. Cæterum falso confictum cõcinnauit sermonem, ut uidelicet sponsus iste in lectis Acasti tentet

EPODOS, COLON XI.

Sedem. Longe enim secus se res habet. Nam

ſæpe toto ex animo illi ſupplicabat, ut ſecum coi- ret. Cuius tamen mentem excelſi tales ſermones contriſtabant, ut adeò protinus abdicaret Nym pham iſtam, [b]hoſpitalis patris bilem ueritus. Ille uero annuit ei, nubium excitator è cœlo Iupiter, immortalium rex, ut repente quandam Nereidũ aureas colos geſtantium ſibi in uxorem duceret, ὀργαν, hoc eſt, mores, uel mentem

STROPHE III. COLON XI.

Aſcito ſibi ſocero Neptuno, qui [i]ab Aegis haud raro ad inclytum Corinthiorum Iſthmum cõmeat: ubi à læta iuuenum corona, qui audaci membrorum robore decertant, arundinea [k]fi- ſtula ſuſcipitur. [l]Apud quos iuuenes de omnibus operibus cognata fortuna locum arbitri retinet. [m]Atenim Euthymenes Aeginæ ad certamina di uinæ uictoriæ perueniens, uarios adſecutus es hymnos.

a ℭ *Longos mihi ſaltus.) In quinquertio ſaltantibus, foſſæ, in ſignum ſal tus & in metam effodiebantur, ut ſequens, ſi uincere uellet, ea ſigna tranſiliret. Hac ratione hic tropice Pindarus ſibi iubet ſignum ſtatim poni quod tranſiliat, in encomijs Aeacidarũ, inſignium uirtutũ. Ac ſi dicere cupiat: Quantamcunq; metam mihi poſueritis, ego tamen pro meæ Lyrices facilitate, facile tranſuola- bo, & omnes alios cõcertatores uel poëtas uincã.* *b* ℭ *Eſt genubus meis.) Hoc eſt* ἀλληγορικῶς, *mihi non eſt difficile hymnum pangere de Aeaci fa- milia, qui præſtantiſsimus iudicetur, qui palmam obtineat apud omneis: non tam Lyrices mea gratia, quàm inſignium factorũ, quæ Aeacidæ tranſegerunt, cauſa.* *c* ℭ *Vltra mare aquilæ.) Confert characterẽ ſuum & ſeſeipſum aquilæ, nedum terras, ſed maria uolatu ſuo emetiente. Mea, inquit, poëmata nedum terras, ſed & maria permeant. Et quia aquila, ob altiſsimum uolatum ſuum diuina ales (ut Ariſtotelis eſt ſententia) creditur, ideo characteris hic ſui ſublimitatem adumbrat.* *d* ℭ *Quibus cum.) Aquilas & Muſarum cho rum unà cum ipſo Apolline circa Pelium canere adſerit, in gratiam Pytheæ: oſtendens Aeaci familiæ uirtutes tantas eſſe, ut eas & ſummi & diuini poëtæ*

cum celebrent, tum admirentur: ac iuxtà subindicat eam familiam & literarum & Musarũ amantem fuisse. Aquilæ enim & Musæ unà cum Apolline suo haud suaueis cantilenas ædent, si non & à Peleo & eius posteritate foueantur & honorentur. Apollini septichordem citharam tribuit, ob septemplicem illum bonarum artium orbem, quem græca gens ἐγκυκλοπαιδίαν uocat, qua bonarum artium uniuersitas, circulus & consummatio consistit. e ℭ πλήκτρῳ.) Plectro quatit citharam Apollo: hoc est, instrumento, quo percussa ædit sonorem suum. f ℭ Omnis generis.) Quid Apollo & quid Musæ cecinerint, per amplificationem adiungit. Pulchre autem Musas à Ioue principium carminis duxisse confirmat. Moris enim est poëtarum, à Ioue sua ordiri poëmatia, uel Iouem ut summum deum primum deuenerari. Vnde & Aratus, ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα, A Ioue, inquit, ordiamur. Et Virgilius hunc secutus,

A Ioue principium Musæ, inquit, Iouis omnia plena.

Dehinc pudicitiam Pelei: impudentiam & calumniam Cretheidos, uxoris Acasti Magnetiorum regis: posthac nuptias Pelei cum Thetide cecinisse Musas testatur. Cui historiæ de instigato ad adulterium Peleo, non dissimilis est impudentia & fictum Prœti uxoris cum Bellerophonte apud Homerum in Iliade: Phædræ item nouercæ cum Hippolyto priuigno: & si sacra miscere prophanis licet, Pharaonis uxoris cum Ioscpho. Iosephum castitatis amantem fuisse, & peccati inimicum, mirum non est, ut cuius animus amore & timore Dei inflammatus erat. Verum si principes gentium uerè, tam omnia domantis Veneris, tamq; sponte sese offerentis cõtemptores fuere, uel maiorem uel parem cum Lucretia non immeritò laudem consequuntur. Atqui ut Cretheis Pelea prouocarit ad sui amorem, præcedenti ode explicatũ. g ℭ Decipiens.) Quomodo decipiebat Pelea? an ficte & simulanter ad amorem prouocauit? haudquaquam. Sed si expugnasset pudicitiã Pelei, tum decepisset & Pelea, & sese. Vel παρφαμένη, pro παραφαμένη, hoc est, inhonesta, & pudicam coniugẽ minime decentia loquens: quæ ecphrasis mihi magis arridet. παρὰ enim præpositio uitiat sæpe uerbi qui cum coit, significationem: ut ἀκούω παρακούω, φημὶ παράφημι. h ℭ Hospitalis patris.) Timore patris sui, qui hospitali iuri præest, permotus, noluit Peleus sceleratæ petitioni morem gerere. Hoc est, quia Iupiter hospitum & peregrinorum tutor, & uiolati hospitij ultor est, hinc ueritus hospitalis Iouis iram, noluit hospitij sui genialem ad se nõ pertinentem torum uiolare. Iouem autem uel hospitalis uris cassati, uel amicitiæ uiolatæ ultorem esse & hic Pindarus, & Nicander, dum Alexipharmaca sua cludit, admonent. i ℭ Ab Aegis.) Aegæ insula est prope Eubœam: unde mare Aegæum dicitur: quod, ut & Stephanus & Plinius lib. 4. cap. 11. tradit, à

capris nomen habet, quas Græci αἶγας appellant. Aegeo mari, inquit, nomen dedit ſcopulus inter Tenedum & Chium uerius quàm inſula, Aex nomine, à ſpecie capræ, quæ ita à Græcis appellatur, repente in medio mari exiliens. Ab Aegis ergo Neptunus ad Iſthmũ, hoc eſt, ad Iſthmios ludos cõmeat. Nam Iſthmij ludi in gratiam Neptuni aguntur. k ❡ *Fiſtula ſuſcipitur.) In Iſthmijs ludis, à decertantibus, deus eorum certaminũ præſes, cantatur, celebratur, fiſtula & inſtrumentis muſicis prædicatur. Hæc uero alia quadã digreſſione adiungit: quum enim Pelei Neptunum ſocerum feciſſet, ſtatim Neptunios ludos, & Neptuni honores, quos ex Iſthmo à uictoribus refert, ſubiecit.* l ❡ *Apud quos.) Gnome eſt, qua fortunam eſſe dominã uictoriarum ait. Hoc eſt, certaminum uictores conſtituuntur, quos fortuna ad uictoriam prouexerit. Hactenus digreſſus eſt ab Aegina, ad heroum eius inſulæ inſignia facta, quos uictoria Pytheæ exhilaratos dixit, qui & quales ſint illi explanando: nũc denuò ad inſtitutum redit, & à familiari Euthymene Pytheam etiam euehit.* m ❡ *Atqui Euthymenes.) Non parum laudis ex inſignibus amicis ad aliquem refluit. Quare dum Euthymenes pancratij uictor familiaris eſt Pytheæ, fortem fortibus, uictorem uictoribus oblectari ob oculos ponit, iuxta Homericã parœmiã,* ὡς μὲν ἀεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον. *Sanguinis aũt gradu iunctum fuiſſe Pytheæ Euthymenem claret: ſiquidem frater matris, ſiue auunculus Euthymenis, Pytheas hoc loci à poëta ſalutatur.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

Quare & nunc auunculus tuus Pytheas eiuſdem originis gentem Aegineta ornat. Siquidem illi Nemea ſic apparatã eſt, [a]patriusq́ menſis, qui Apollini in delicijs eſt, ut [b]coæquæuos aduenas domi, adeoq́ in concauo [c]Niſi cono uincat. [d]Plurimum equidem lætor, quod circa bonũ, cunctæ iam urbes certant. Noueris deinde te dulcium [e]Menandri laborum compenſationem feliciter

EPODOS, COLON XI.

Accepiſſe. [f]Decet ab Athenis certantiũ præfectum eſſe. Quocirca ſi uenias prædicatũ Themiſtium, ne adhuc rigeas, uocem æde, [g]intende

uela ad antennarum iugum, pugilemq; ipsum, & pancratij uictorẽ decanta, duplicemq; uirtutem [h]in Epidauro potitum rerum, ipsum uidelicet ca- pere: in [i]Aeaci uero uestibulis flores coronarum herbidos ferre, [k]uirentibus cum Gratijs.

a ¶ *Patriusq; mensis.)* *Mensis indigena uel patrius uel domesticus, apud Aeginetas Delphinius appellatur, Delphinio Apollini sacer, in quo sacrificant Aeginetæ Apollini ædificatori & patrio, ut scribit Pythænetus. Aliam porrò sententiam Scholia adijciunt, huiusmodi: Mensis indigena est, qui Delphinius appellatur, in quo agũtur ludi, quæ Hydrophoria dicuntur. Hũc ergo mensem Apollo amat, ut in quo ipse magnificat & colatur.* *b* ¶ *Coæquæuos domi.)* *Nedum Nemea, sed & domestica uictoria conspicuus est Pytheas: Aguntur au tem ludi in Aegina, Aeacij, in quibus hunc æqualiũ uictorem fuisse denunciat.*

c ¶ *Nisi cono.)* *A uictoria Megarensi. Periphrasis est Megarorũ. Nisus enim rex Megarorũ est: in ea urbe certamen Pythia, uel, ut alij, Alcothoia age bãtur, in quibus & Pytheã primas tenuisse cõmemorat.* *d* ¶ *Plurimũ lætor.)* *πάθος est, quo prudentiã magistratuũ Græciæ demiratur, qui in multis pas- sim urbibus circa optima desudant, & uarijs certaminibus patriam suam illu- strant. Præter enim Olympiam uel Elin, Isthmon, Pythona, Nemeam, plerisq; alijs urbibus ludi sunt exhibiti, quemadmodum in Olympijs & Pythijs cõmon- stratum est, nempe Pellene, Megaris, Marathoni, &c.* *e* ¶ *Menandri la- borum.)* *Ab unctore Menandro Atheniensi laudat Pytheam, ut quem nõ de- beat pudere, talem se habuisse alipten, cuius exercitatione & sedulitate ad eam peruenerit uictoriam.* *f* ¶ *Decet ab Athenis.)* *Summæ artis præce- ptorem, à summa urbe oriundum docet: breuiter ita Athenas omnis eruditionis matrem, merita sua laude non defraudans. Huc pertinet, quod Theseus Athe- niensis pancratium & luctam in Labyrintho, in interfectione Minotauri, quum ensem non haberet, reperisse perhibetur. Alij à Phorbante Thesei præceptore palestricen repertã adserunt, ut Polemon autor. Quod uero Theseus Athenis primum luctam didicerit, Istrus tradit.* g ¶ *Intende uela.)* *Hoc est, fe lici uento & sequunda aura Themistium auum Pytheæ maternum celebra.*

h ¶ *In Epidauro.)* *Asclepiea, ludi Aesculapio sacri celebrantur, in qui- bus & pugilatu & pancratio uicit ille Themistius.* *i* ¶ *Aeaci uestibulis.)* *Hoc est, in Aegina, uel in ipsa Aeaci aula: quasi coronæ, quas ex Epidauro retu- lisset, in Aegina illi suspensæ uel dijs consecratæ cernerentur. Periphrasis est Aeaci uestibulis, pro ipsa Aegina, uel Aeaci regia. Quod si quis hæc ad Aeacia*

ludos refrat, non errabit admodum, ni fallar. k ¶ *Virentibus uel flauis cum Gratijs.) Hoc est, Gratiarum beneficio, uel summo Aeginetarum applausu & fauore. Est enim græcismus,* σὺν θεῷ, σὺν χάρισι: *pro quo nos dicimus, Dei benignitate, Deo uolente, Deo propitio, fauentibus Gratijs.*

ALCIMIDAE AEGINETAE IVVENI LVCTATORI, ODE VI.

STROPHE I. COLON XIII.

» [a]HOminum idem quod deorũ genus:
» ex una enim parente utriq; spiramus.
» At nos omnis absoluta uis separat, se-
» cundum quã ceu nihil sumus. Dehinc
» ferreum sanè cœlum tuta perpetuò sedes manet.
» Quadantenus tamen pares sumus, siue magnam
» iuxta mentem, siue industriã, dijs immortalibus:
» tametsi ignoremus qua die uel nocte ad uitæ no-
» stræ summam, quam definiuit diuina prouiden-
» tia, nobis currendum sit.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Certis uero signis nunc eam [b]cognationem indicat Alcimides, ex frugifera eam tellure uidens, quæ quidẽ statis uicibus annuũ iam agrorum prouentũ mortalibus tribuit, iam uero quiescens robur iterato recipit. [c]Venit è iucundis Nemeæ ludis puer certaminibus clarus: hanc à Ioue adsequutus fortunam nunc non infelix apparuit, sed instar uenatoris, circa luctam

EPODOS, COLON XI.

[d]In Praxidamantis aui sui paterni uestigijs, pedem suum dirigens. [e]Nanq; is Olympionices pri

mus[f] inter Aeacides circa Alpheum, & quinquies in Isthmo, ter uero Nemeis ramis coronatus,[g] Soclidæ memoriam renouauit, qui Agesimachi liberorum præcellentissimus fuit,

ENARRATIO.

Argumentum. *Aeginetam Alcimidam hoc encomio euehit à luctæ uictoria, à maioribus, ab Aeacidis, ab amico Timida, & Milesia unctore. Orditur autem à pulcherrima gnome, quid & quantum humanæ naturæ cum diuina sit cõmercij, adaperiens.* a (Hominum idem.) *Et deos & homines è Terra matre genitos poëtica opinione adfirmat. Cuius sententiæ & Hesiodus est. E Terra Cœlũ, è Cœlo Saturnus, è quo Iupiter, dehinc reliqui Gigantes. E Pandora postea humanum genus, uel è Prometheo, ut alij. Verum piæ Christianorũ mentes, quid de Deo sentiendum, nouerunt. Hoc tamen planè uerum est, industria, ingenio, & intellectu, alijsq; animi eximijs dotibus hominẽ diuinæ naturæ persimilem, id quod & diuinæ literæ testantur Genesis primo: Faciamus hominem ad similitudinem & imaginem nostram. Rursum pijßima sententia humanã naturam à diuina perfectionis nomine secernit, dum inquit: At nos omnis absoluta uis separat, iuxta quam ueluti nihil sumus. In Deo summa perfectio: in homine quid nisi umbra, & umbræ somnium? Proinde pulcherrimã ephodon & accessum hac gnome ad Alcimidæ uictoris encomion præstruit. Statim enim Alcimidæ diuina uirtute probat hoc quod dixit uerum esse.* b (Certis uero &c.) *Hominibus quadantenus parem cum dijs immortalibus mentẽ, industriã, agilitatem esse, Alcimidæ uictoria probat.* c (Qui cognationẽ suam uidet.) *Genus Alcimidæ uictoris aruis cõparat, quæ uicißim fruges proferunt & quiescunt. Lætiorẽ enim segetẽ & uberiorẽ fructum producunt agri, si post frugũ prouentũ eis, ut fieri solet, spatium respirandi, & uirium recolligendarũ detur. Exhauritur natiua fœcunditas, si intermißionẽ citra, quotannis colantur arua, seminaq; illis mandentur. Consimilem ad modum genus & maiores Alcimidæ, partim certaminibus claruere, partim à certaminibus quieuerunt. Quam rem illis Pindarus laudi adscribens, hoc ad uictoriam modo & alacriores & splendidiores redditos confirmat, agrorum instar, qui post uacationem, ocium & respirationem exuberantiore is fructus progenerant. Porrò genealogia Alcimidæ sic habet: Agesimachus, cuius Soclides, cuius Praxidamas, auus paternus Alcimidæ. Pater uero Alcimidæ neq; in Scholijs, nec in encomio Pindari nominatur. Atq; inter hos Agesimachus athletam egit, Soclides filius quieuit, Praxidamas*

damas Sodidæ filius uictoria inclytus factus est. Rursum Praxidamantis filius, pater Alcimidæ à certaminibus abstinuit, filius Alcimides Nemea potißimum uictoria illustris est redditus. d ℭ *Venit ex amabilibus.)* A *Nemea uictoria Alcimidem effert.* e ℭ *In Praxidamantis.) Aui paterni uestigia insecutum nicephorum adserit: quod in laudem generis eius cedit.*

f ℭ *Nanq; is Olympionices.) Digreditur ad uictorias aui sui Praxidamantis, nouem eius coronas per uictoriam partas recitans, unam in Olympijs, quinq; Isthmicas, tres Nemeas.* g ℭ *Inter Aeacides.)* Hoc est, Aeginetas, *per metonymiã, & per antonomasiã.* h ℭ *Sodidæ memoriã renouauit.) Patris Praxidamantis: qui tametsi non fuerit uictor alicuius certaminis, insignẽ tamen filiũ fortitudine & uirtutibus Praxidamantẽ protulerit. Didymus autor nomẽ huic fuisse σωκλεῖ: poẽtã uero patronymicôs extulisse.*

STROPHE II. COLON XIII.

[a]Postquam ei tres præmia certaminũ ferentes, ad summum uirtutis culmen conscenderunt, qui labores gustarunt, Deiq; beneficio, [b]nullam aliam domum, per uniuersæ Græciæ [c]angulos, coronarũ adeò promam pugilum certamine [d]demonstrauit. [e]Confido me magnifica dicendo, scopum assequi, sagittæ in morẽ ab arcu missæ. [f]Tu Calliope rectum percelebremq; uentum ad hanc metam dirige. [g]Defunctorũ enim uita mortaliũ.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Et poëtæ & [h]oratores, pulchra sibi opera [i]tulerunt. [k]At Bassidarum antiquitus celebratum genus pulchris nõ destituitur uirtutibus, qui priuatim ex sese [l]Pieridum cultoribus, quæ ad laudẽ pertinent suppeditantes, è suis excellenter gestis rebus, multum hymni adhibere possunt. Etenim admirando manus [m] loro ligatus, ab eadem familia progeneratus [n]Callias, Pythiorũ uictor euasit, formosæ concinens

EPODOS, COLON XI.

Latonæ ramis, [o]iuxta Castaliam, ubi [p]decantantium in choro ad uesperam usq; reluxit, [q]marisq; pons indefessus [r]in uicinorum [s]Trieterica taurorum uictima honorauit Calliam per Neptunium delubrum. Ad hæc & [t]leonis herba uictorem [u]sub opacis Ogygijs [x]Phliuntis montibus coronauit.

a ¶ Postquam ei.) *Ei Soclidi tres filij fuere, uictorijs & certaminibus insignes, inter quos Praxidamus celeberrimus inuentus est.* *b* ¶ Nullam domum.) *Alcimidæ & maiorum eius domum in tota Græcia præ cæteris florentißimam & excellentißimã esse. Collatio est, qua genus & domesticũ splendorem reliquis antefert.* *c* ¶ Angulos.) *Vrbes Græciæ, in quibus certamina celebrantur, angulos appellat, & in quibus uictoriam obtinuere. Vrbes enim locorum sunt anguli, & regionum occultationes: seu quod urbes ferè in seceßibus collocentur.* *d* ¶ Demonstrauit.) *Praxidamas.* *e* ¶ Confido.) *Ad seipsum per confidentiam apostrophen facit, non indigna sese Alcimidæ uirtutibus prolaturũ exponens.* *f* ¶ Tu Calliope.) *Deesis & inuocatio est: quia se magna prolaturũ proposuerat, ideo tanquam ipse non sufficiat tantis uirtutibus enarrandis, Calliopen inuocat, poëtices præsidem. Orat autem ut opem suam & sequundum uentum adleget, quo felicius, quod ipse decreuit, perficere queat.* *g* ¶ Defunctorũ enim uita mortalium.) *Quia iamolim defunctorũ heroum, à quibus originẽ duxit Alcimidæ genus, etiamnũ cõmendaturus est, ideo hanc gnomen iam adducit, qua poëtarum opera, defunctos ad uitã quoq; reduci confirmat.* *h* ¶ Sapientes homines.) λόγιοι, *id est, oratores, qui res politicas conscribunt uel narrant: uel etiam historici.*

i. ¶ Tulerunt.) *Id est, extulerunt: simplex pro composito: hoc est, prædicauerunt. Græce* κώμιξαν, *quod Doricum est, pro* ἐκώμιζον. *k* ¶ At Baßidarum.) *Baßidarũ familia à Basso quodam deducta est in Aegina, à quo genus maiorũ Alcimidæ principiũ duxit.* *l* ¶ Pieridũ aratoribus uel cultoribus.) *Periphrastice poëtas Pieridum* ἀροτὸς, *id est, aratores appellat. Estq; metaphora ab agricolis desumpta. Vt enim illi agrum & uineas & hortos colunt, sic poëtæ carminibus suis & Deos & homines, atq; adeò præclara fortium uirorum facta colunt, celebrant, decantant. Et ne quisquam simpliciter colonos uel agri cultores intelligeret, adiunxit uates,* πιερίδων. *Summa, ut*

rustici

rustici sunt agri cultores, sic poëtæ sunt Musarum aratores, hoc est, cultores. Aratores enim poëta pro cultoribus dixit. Basidæ, inquit, domesticis uirtutibus clarentes, abunde argumentorum hymnis poëtarum (qui sunt Pieridum cultores) præbent. m ℂ Loro ligatus.) Hoc est, pugilatu uictor euasit.

n ℂ Callias.) Exemplo probat Basidas uictoriæ ornamentis abundare. Callias enim è familia Basidarum, Delphis, id est, Pythio certamine, Isthmijs & Nemeis ludis uictor, coronas reportauit. o ℂ Iuxta Castaliam.) Id est, Delphos. Castalia fons est prope Delphos et Pythonem. Periphrasis est Pythiæ uictoriæ. p ℂ Decantantiū in choro.) Victores enim uel ad noctem usq; hymnis celebrabantur. q ℂ Maris pons indefessus.) Periphrasis Isthmiorum. r ℂ In uicinorum.) ὑν ἀμφικτυόνων. Amphictyones cōmune Græciæ conciliū est, ut Cicero habet. Harpocration in Lexico decem Rhetorum, Amphictyonas græcum concilium esse item confirmat, quod Thermopylis congregetur: dicti uel ab Amphictyone Deucalionis filio, qui primus regem agens, collegerit gentes, ut in octauo Theopompus scribit. Fuerunt aūt gentes hæ duodecim, Iones, Dorienses, Perrhebi, Bœoti, Magnetes, Achæi, Phthiotæ, Melienses, Dolopes, Aenianes, Delphi, Phocenses. Vel ab eo quod Delphorum gentes illæ accolæ essent, quæ in eo concilio coirent, ut Anaximenes in primo Hellenicōn tradit. Per Amphictyonas ergo uel ipsum Græciæ cōcilium intelligit, cuius consilio institutū, ut in Isthmijs ludis Neptunus uictima taurorū honoraretur: (Solet aūt & Homerus nigris Neptuno tauris litare) uel uicinos & accolas Isthmi, Corinthios nimirum, intelligit. s ℂ Trieterica taurorum uictima.) Hoc est, triennali taurorum sacrificio. Isthmij nanq; ludi tertio quoque anno celebrabantur: ab Isthmia Calliā ita uictoria prædicans. t ℂ Herba leonis.) Hoc est, uiride apium, quo Nemei uictores coronabantur. Qur leonis herba? quia Hercules deuicto leone Nemeæo, ludos illos ad potiorem redegit statum, antea ab Archemori fato instituti.

u ℂ Sub opacis Ogygijs montibus.) Situm Nemeæ exponit, per topographian. Nemea sita est sub opacis Ogygijs Phliuntis montibus. Ogygia uetus est insula, in quam Vlysses naufragium perpessus delatus est tandem, ut & apud Stephanū & Homerū claret. Pro ueteri, adiectiue hic usurpatur, quemadmodum apud Nicandrum in Theriacis. Refertur, inquit Nicander, Ogygia inter adolescentes sanguine feruidos fabula: id est, prisca seu uetus fabula. Ita hoc loci, Ogygijs montibus, id est priscis. Opacis, id est arboribus consitis, umbrosis. x ℂ Phliuntis.) Phlius urbs est Peloponnesi, quæ antea Aræthyrea & Arantea dicta est, à Phliunte Bacchi et Chthonophyles filio nomen habens. Ad Phliuntis ergo Peloponnesi ciuitatis montes Nemea sita est: peri-

phrasticôs hac ratione à Nemea uictoria Calliam extollens.

STROPHE III. COLON XIII.

[a]Sunt autem latæ sapientibus undiq; uiæ, ut præclaram hanc insulam ornent, postquã eis Aeacidæ excellentem præstitere felicitatẽ, magnas demonstrando uirtutes. [b]Nam & per terram & mare procul ipsorum nomen uolat: adusq; enim Aethiopes, [c]Memnone domum non redeunte, prosilijt. Queîs & graue certamen Achilles demonstrauit, qui ad terram è curru desiliens,

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Pellucidæ filium Auroræ, funestæ traiecit hastæ iaculo. Et hanc quidem ueteres [d]curulem adinuenerunt uiam, quos & ipse sequor certe sedulò. [e]Quæ uero ad pedem nauis ingruit procella, cuius maxime turbare animum dicitur. [f]Ego aũt uoluntario dorso geminũ subiens pondus, præco ueni, [g]quintũ hoc ad uiginti priora concinens

EPODOS, COLON XI.

Decus à certaminibus, quæ sacra uocãt, quod inclyto generi suo apposuit Alcimides. [h]Duobus quidem floribus te Alcimida, teq; Timidam prope Saturnij delubrum Olympiadis procliuis orbauit sors. [i]Proinde non dissimilem Delphini Milesiam dixerim, propter saltus celeritatẽ, manuum & roboris, aurigam illum.

a ☾ *Sunt autem latæ.) A claris patriæ heroibus amplificat, nempe ab Aeacidis.* *b* ☾ *Nam per terram & mare.) Ad extremos usq; Aethiopas Aeacidarũ nomen & uirtutem progressam demonstrat: idq; propter Achillem, qui Memnonem Aethiopem Troiano bello interemit, ut statim subijcit.*

c ¶ *Memnone domum non reuerso.*) *Memnon Tithoni & Aurorae filius, Aethiopum rex, auxiliares copias Troianis mittens, ipsisq; succurrens, ab Achille occisus est.* d ¶ *Curulem uiam.*) *Occasione currus, à quo Achilles desiliens Memnonem interemit. Curulem uiam à ueteribus repertam allegorice dicit. Veteres, inquit, poëtae & oratores hanc curulem, id est, tritam & cōmunem uiam, hoc est, encomiorū rationem inuenerūt, quos & egoipse sequor. Vel alia ratione sic: Et ego Pindarus ueterum more ex curru depugnare malo, quàm ex naui: malo terrestri, quàm nauali conflictu decernere. Hoc est, (allegorijs enim & metaphoris frequens est Pindarus) & ego tutiori modo ueterū qui ante me heroum uirtutes extulerunt, exempla secutus, Alcimidem & maiores eius dignis euexi praeconijs: & interim tamen uix periculum effugi, dum ab instituto excidens, ad Aeacidas sum deuectus. Atq; hoc est quod statim rursus allegoricôs adijcit,* e ¶ *Quae uero ad pedem nauis.*) *Pes nauis est ipse temo uel gubernaculum uel clauus, quo dirigitur ac ueluti incedit nauis: hoc est, praesens tempestas animū gubernatoris angere solet. Hoc est, sum quidem latius fortasse digressus quàm aequitas exigat, ut uel animū hoc meum adflictare posit. Caeterum hoc se de industria, non ex ignorantia uel inertia designasse, sed suo iure & suapte consilio fecisse subindicat, dum subiungit:*

f ¶ *Ego uero uoluntaria dorso geminum subiens pondus.*) *Metaphora à baiulis. Non inertia & ignorantia quadam hebetatus, inquit, alios heroës & amicos epinicio Alcimidae admisceo, sed uolens & ex composito, quemadmodum & nunc & Alcimidam & Milesiam unctorem eius unà ad sydera usq; extollo.* g ¶ *Quintum hoc ad uiginti priora decus.*) *Hoc est, uigesimam hanc quintam uictoriam Alcimidae, uigintiquatuor prioribus adiungens, & suis laudibus efferens. Ostendit autem uigintiquinq; uictorijs eum hac ultima, Alcimidae illius ipsius genus illustratum esse.* h ¶ *Duobus quidem floribus.*) *Alcimides & Timidas sortitò electi ut in Olympijs pueri ipsi cum pueris certarent, ad ipsum certandi tempus prima lanugine uestiti reperti sunt: quare à certamine sunt repulsi, quod puerilem iam aetatem egreßi essent, & ex ephebis excessserint. Hinc dicit, duobus floribus, id est, uictorijs procliuis sors uos orbauit: hoc est, ipsa pubes uestra in causa fuit, quo minus pluribus uictorijs augeremini, in Olympico nimirum agone.* i ¶ *Proinde non dißimilem.*) *Milesiam Alcimidae unctorem à uelocitate laudans, Delphini (qui pernicitate sua omnes marinas belluas antecellit) comparat.*

SOGENI AEGINETAE PUERO QUINQUERTIO, ODE VII.

STROPHE I. COLON XII.

P[a]Arcarum mente profundarum assestrix Ilithyia, præpotentis Iunonis filia, liberorum procreatrix, implorantium uoto numen tuum adsis.[b] Tua siquidem destituti ope, neq; lumen, neq; [c]nigram uidere noctem, [d]nec sororem tuam Heben, membrorum ornatu splendidam, adipisci potuimus. [e]Neq; omnes ex æquo æui nostri uitam transigimus. Aliæ enim res, alio nos iugo à felicitate separant.[f] At uero tua ope Thearionis filius absolutus redditus Sogenes, gloriosus etiamnum quinquertij nomine cantatur.

ENARRATIO.

Argumentum. *Hoc encomio Sogenem Aeginetã quinquertionem, qui uicit quinquertio, ab ipsa uictoria, primum natiuum uel à natiuitate, Ilithyæ beneficio, adiectum & insitum ei robur deuenerans, laudat: à patria Aegina, & à consequenti uictoriam præconio. Deinde ad laudem poëtices, qua uirtus & insignia facta prædicantur, excurrit: docta & eleganti digreßione usus, qua miris certe modis poëticen, Homeri maxime, effert. Post à patre Thearione, apud quem ipse Pindarus hospitem egit. Postremo Nemeũ Iouem efferendo ad Aeacũ & Herculem descendit, & amicos & hospites; perinde ac in huius hymni œconomia planum fiet. Tum à uicinia. Estq; hic hymnus, cum ob pias sententias, quas subinde congerit & coaceruat, tum ob insigne encomium literarum, poëtices potißimum, ex omnium præstantißimis unus.* a ¶ *Parcarũ mente profundarum.) Ilithyian hic uocat, quam Olympiorũ ode sexta Eleutho appellauit, Latini Lucinam uocant, quæ parturientibus opem fert, & laboranti in partu fœturæ succurrit. Eleutho dicitur* παρὰ τὸ εἰς τικτούσας ἐλεύθειν, *quod ad parturientes accedat.* εἰλείθυια *uero* παρὰ τὸ ἐλίττεσθαι, τουτέστι ἐπικλώθειν, *hoc est, ab aduoluendo.* ἐλίσσεσθαι *enim est uoluere, quemadmodum*

modum fusum uolutatur, ut est apud Aristophanem in Βατράχοις, ubi uicina quæ gallum gallinaceum suum amiserat, fusum ἐιειειειειειλίσσετε τοῦ χεροῖν. prioris syllabæ multiplicatione ipsam fusi & uolutationē & tractationem exprimens. Lucina ideo Latinis, quod lucem recenti fœtui adferat, seu eundem in lucem proferat. Hanc Parcarum sociam fingit, hoc est, diuinæ prouidentiæ comitem, Iunonis filiam, sororem Hebes, id quod & Hesiodus in Theogonia sentit. Quod si per Ilithyian hanc diuinæ prouidentiæ & sapientiæ potestatē accipiamus, pia erit, nec à nostra Christiana religione sententia remouenda. Diuini enim numinis sapientia omnium creaturarum uerè est procreatix. Hanc iam inuocat, ut adsit omnibus eius opem implorantibus. σχῆμα est, quod Græci δλένσιν, autore Lupo Rutilio, appellant. b ℂ Tua siquidem ope.) Potentiam & uires Ilithyiæ enumerat: quæ sunt, quod citra eius auxiliū nemo uitæ officio & gratia fungi potest. c ℂ Nigram noctem.) Est metalepsis: id est, opacam. d ℂ Nec sororem Heben.) Pindarus hic simul fabulæ μυθολογίαν adnectit. Non possumus, inquit, citra tuum ô Ilithyia beneficium sororem tuam Heben adipisci. Hebe pubertatem significat. Pubertas ergo soror est Ilithyias: id est, diuinæ prouidentiæ potestate, ad ipsam pubertatem ex infantilis ætatis sordibus promouemur. Fingitur et à poëtis, Heben ante raptum Gannymedem deorum immortalium egisse promam, & in promendo nectare ministram: quod superi æternam secum pubertatem, hoc est, optimum ætatis florem retineant, nullo æuo marcescant. Orditur autem ab Ilithyia, ob eam causam, iuxta Aristodemi sententiam, quod pater Thearion prouectioris iam ætatis, Ilithyian inuocarit, ut sibi prolem daret: postq; eam precationem & inuocationem, filium illum Sogenem sustulerit. Hinc Pindarum à Lucinæ imploratione & laude duxisse hic principium. Et quanquam hæc Aristodemi, Aristarchi discipuli, sententia, alijs aliam producentibus, optima uideatur, est ego tamen quur opiner Pindarum, inuentionis copia & ubertate ductum, ad Lucinæ sese numen contulisse, ob insignem uel natura Sogeni inditam ad dimicandum agilitatem & fortitudinem. Nec opus esse hoc exordium, cæteris non dißimili robore pollentibus accōmodari oportere: quandoquidem pauperis ingenij esset, una in diuersis encomijs exordij formula uti. e ℂ Neq; omnes ex æquo.) Non omnibus eandem felicitatem obtingere: uarijs uaria esse uitæ genera: non omnibus consummatam felicitatem, uel etiam robur membrorum obuenire: licet in encomio Helenæ Thesea omni felicitate perfectum Isocrates confirmet, sed αὐξητικῶς. Atq; hac sententia facit προεργασίαν ad sequentem Sogenis laudem. Non omnibus, inquit, datur quod & Thearioni & Sogeni concessum est. Vt maiorem uictoris uirtutem reddat, subindicat, non

omnibus, imò paucis consimilem felicitatem obuiam sese præbere. Estq; iuxta præoccupatio, quæ rationem reddit, cur non omnes ex æquo ab Ilithyia mortales ita foueantur primũ, ut & uirtute & robore, adultiores facti, ex æquo præemineant. f ℭ *At uero tua ope.) Applicat exordium ad institutũ, & ipsum uictorem Sogenem. Tua benignitate effectum est, inquit, ut Sogenes ob quinquertij uictoriam inter quinquertiones celebretur: à quinquertij uictoria primum eum euehens.*

ANTISTROPHE, COLON XII.

[a]Is [b]hymnorum amantem urbem bellicosorũ Aeacidarum incolit, [c]qui & animum certaminis non ignarum in administratione reipublicæ successorem potius uoluerunt. [d]Porrò si quisquam fortunata gesserit, mellitam is, Musarum fluentis, occasionem dedit. [e]Magnæ sanè celebrandæ uirtutes, tenebris obsitæ sunt. [f]Sed enim bonis operibus speculum uno modo nouimus, si quis memoriæ præclara redimicula habentis gratia, laborũ prœmia inueniat, [g]ex inclytis carminũ odis.

a ℭ *Is urbem.) A patria Aegina Sogenem laudat.* *b* ℭ *Hymnorum amantem.) Propter uictores Aeginetas, qui carminibus & epinicijs celebrantur.* *c* ℭ *Qui & animum.) Aeginetæ uel Aeacidæ, animum uictoria quinquertij consummatum habere uolunt: amant quinquertium. Nam & Peleus πεντάεθλον reperisse dicitur, ut Scholia tradunt.*

d ℭ *Porrò si quisquam.) A consequenti uictoriam laude.* *e* ℭ *Magnæ sanè uirtutes.) Virtutes non iuuare alios, neq; suos etiam possessores, nisi celebrentur doctorum hominum scriptis. Digressio est ad laudem literarum, poetices tamen potißimũ. Virtutes, inquit, obscuræ sunt & prorsum ignorantur, nisi sub oculos & poëtarũ & historicorum scriptis ponantur. Quare uictor etsi facto & fortitudine & triumpho suo luceat, longe tamen maior fit, si uirtus eius uel encomio, uel hymno exornetur, & posteritati consecretur.*

f ℭ *Sed enim bonis operibus speculum.) Quid præstent insignibus heroum factis, egregia cum scripta tum poëmata. Comparat autem ea speculo μεταφορικῶς καὶ συγκριτικῶς. Quemadmodum in speculo formã & pulchritudinẽ quisq; suã contuemur, uel etiam diuersum: ita poëtarum & historicorum*

ricorum scriptis, insignia facinora, memoria & imitatione dignas uirtutes, digna exempla perspicimus, obseruamus, animaduertimus: id quod & Liuius in præfatione 1. Decadis 1. lib. testatur. g ¶ *Ex inclytis ergo carminum odis.)* E *Lyricis hymnis & alijs, quisquam laborum suorum præmia inuenit: id est, memorabilium factorum & rerum strenuè gestarum epænon, uel hymnum, uel encomion adsequitur: quo fit, ut sempiterna nominis eius gloria apud posteros uictura sit. Hymni enim sunt præmia laborum atq; uirtutum. Sunt qui hunc locum ad Pindari habendi studium & lucrum, quod ex hymnis suis expectet, referant: tunc, quemadmodū primo uerti, hic locus reddi potest, hunc ad modum: Si quis pro inclytis carminum odis (quæ sunt splendida uersantis memoriæ labores) inuenerit munera. Hoc est, noui quidem ita insignes heroës celebrare hymnis meis, ut ueluti in speculo, res illorum strenuè gestæ ab omnibus perspiciantur, modo aliquid muneris, aliquid præmij laboribus meis impertiant. Quam sententiam, ei qui uoluerit sequi, liberum est. At prior honestior longe uidetur. Decet enim principes & primores liberalitatis non admoneri, ad quā suapte natura propensi esse debebant, εἰμὴ ὁ δὴρ ἱερὸν, ὁ δ' ἡμία σωφροσύνη, ἢ ἀρετὴ, ἢ μεγαλοψυχότης eis insit. Sed quur nō Pindarus admoneret principes & heroës liberalitatis erga literas, erga suos hymnos, quum eius hymni omnibus illorum diuitijs præstantiores fuerint, qui per tot secula, hodieq; durant, quum illi cum suis diuitijs euanuerint, nec de nominibus eorū quicquam posteritati constaret, nisi Pindarus hisce suis illos odis celebrasset?*

EPODOS, COLON VII.

[a]Sapientes gubernatores tertiæ diei futurum
uentum didicerunt, neq; antea quæstus causa sol
» uerunt. [b]Et diues & pauper prope mortis tumu
» lum cōmorantur. [c]Equidem maiorem Vlysis sa
pientiam [d]propter suauisonum Homerū factam,
quàm re ipsa fuerit, arbitror.

STROPHE II. COLON XII.

Quandoquidem [e]mendacijs eius ac desidera
» bili arti, quædam adest grauitas. [f]Iam & sapien
» tia uel fabulis mentem suffuratur humanā. [g]Nam
» plurima pars mortalium cæcam gerit mentem.

[b]Quod si ipsam ueritatem cognoscere licuisset, non armis furiosus, fortis Aiax subter præcordia funestum infixisset ensem: [i]quem optimum Achillis in prælio comitem, pro reducenda flaui Menelai coniuge, secundi Zephyri flatus celeri nauigio duxerunt

ANTISTROPHE, COLON XII.

» Ad Ilium urbẽ. [k]Cæterũ omnibus ex æquo
» Ditis fluctus aduenit, tamq; inglorium, quàm ho
» norificum inuadit. [l]Enimuero illi preciosi & cele
» bres redduntur, quorum [m]præclarã orationem
» adornat deus, adiutoribus uita defunctis. [n]Quod in Neoptolemo sanè perspicuum fit: qui [o]ad ingentẽ sinuosæ terræ umbilicũ peruenit, nuncq; [p]in Pythijs campis situs est, [q]ubi Priami depopulatus est ciuitatem, [r]ubi Danai etiam defatigati sunt: [s]à Scyro quidem soluens [t]deuiauit, [u]ueneruntq; Ephyram palantes.

EPODOS, COLON VII.

[x]Molossiæ quidẽ modico temporis regnauit.

a ℭ *Sapientes gubernatores.) Paradigma & gnome est, cuius applicationem & Sogeni uictori, & alijs adijciendam permittit. Est autem, siue ad priorem uel posteriorem uersionem de speculo poëtices intelligamus, hoc ferè modo hæc accipienda cõparatio: Quemadmodum prudens & exercitatus gubernator, uentum qui perendie sit uenturus agnoscat, nec ante compositam tempestatem sese pelago tradit: sic primores & optimates huius seculi longe antè præmeditari debent, quid secum futurum sit, nempe quod breui ex hoc mundo migraturi sint. Quare iuxtà prospicere eos conuenit, ut præclaris rebus & uirtutibus apud posteros celebrentur: quod fiet, si insignibus huiusmodi Græciæ spectaculis uictoriã reportent: iuxtáq; curent, ut à poëtis conspicui mortalibus uel uenturis reddantur. Poëtæ autem dulcibus eos carminibus cõdecorabunt, si ipsi non clauserint liberalitatis suæ thesaurum.* *b* ℭ *Porrò & diues & pauper.)*

pauper.) Omnes ex æquo omnis status, omnis ætatis homines morituros: unde nihil eos præclarius, nihil melius ex hoc mundo ablaturos, atq; uirtutũ suarũ cum apud contemporaneos, tum posteros præconium. οἱ δὲ χριστιανοὶ ἀγαπῶσι μὲν πᾶσαν ἀρετὴν, ἀλλὰ παρὰ τοῖς βροτοῖς, ἢ τοῖς ἐπιγιγνομένοις, οὐ ζητοῦσι ἑαυτῶν ἐγκώμιον, μένουσι γὰρ ἄλλην μακρὰν μείζονα τὴν ἀθανασίαν, καὶ μισθὸν, καὶ ζωὴν, ὅς ἐστι χριστὸς ἰησοῦς ἐν δεξιᾷ πατρός. ἐκεῖνον μόνον τιμῶσι, τοῦτον δὴ λαβοῦσιν τε καὶ προσκυνοῦσι. ὃν ὑπέρτατον ἀγαθῶν ὄντα ἀγνοοῦντες πάντες ἄπιστοι, καλῶς καὶ μήκιστα ματαιδίως τὴν ἀρετὴν ἑαυτῶν φιλεῖν διετέλεσαν, καὶ ἄμβροτον ζητεῖν φώνομα ἐσπούδασαν. κάλλιστον γὰρ τοῦτο ἦν καὶ τῇ πόλει μάλιστα σύμφερον ἀεί. c ¶ *Equidem maiorem Vlyßis sapientiam.)* In poëtices laude cõmoratur: cuius tanta uirtus est, ut clariores eos efficiat, quos deprædicandos susceperit. Sic Vlyssem Homeri poëtica maiorem, quàm erat, fictum. Vnde & ad amorem & honorem poëtices, cum Sogenem tum alios heroës inuitat. d ¶ *Postquã è sublimitate Homeri.)* Confirmat quod proposuit. Tanta est maiestas Homerici carminis, ut hoc potuerit. Ita uero Homerum laudat, ut & suam Lyricen ab hac laude non excludat. e ¶ *Et mendacijs.)* Purgat fabulosam Homeri partem. Tantus est Homerus, ut & eius fabulis grauitas adsit. f ¶ *Iam & sapientia.)* Alia est gnome, (nam hic uarias gnomas, ceu Hyacinthos, Smaragdos & Saphiros congregat) qua ostendit, quantũ effici poßit sapientis hominis fabula, nempe quod humanam ea mentem permoueat. g ¶ *Quandoquidem pluri ma pars.)* Ratio est, quur fabulis etiam persuadere mortalibus poßint: quia cacæ sunt mortalium, inquat, mentes. h ¶ *Quod si ipsam ueritatem.)* Exemplo Aiacis Salaminij probat cæcum esse hominibus cor. Ni cæca esset homini mens, inquit, non suo sese gladio traiecisset Aiax, qui propter arma Achillis sibi per Vlyssem adempta, furore correptus, suo telo incubuit. Huius factum elegantißime describit Sophocles in Aiace μαστιγοφόρῳ. i ¶ *Quẽ optimum.)* Quomodo Achillem secutus sit, pro reducenda Menelai coniuge Helena ex Ilio, digrediendo subijcit. k ¶ *Cæterum omnibus.)* Repetitio superioris sententiæ. Quia omnibus, ut antea dixi, ex æquo moriendum: ideo cunctis celebritati, potißimum insignibus claritudinis genere uiris, studendum, enitendumq; ut immortale quoddam decus post sese relinquant.

l ¶ *Enimuero illi preciosi.)* Sententia est, qua indicat, quomodo celebriores principes ipsi fiant, & uirtute insignes heroës. Est autem accipienda per descensum à genere ad speciem, uel à catholico ad mericon, ut Vlpiani in Demosthenem uerbis utar. Omnes quidem celebriores redduntur, quorum in-

clytam famam propagat Deus: illi uero potißimũ clari habentur, quos uel post adiutorum suorum, hoc est, parentum fatum seu obitum, Deus euehit & praeclaris factis extollit. Nam quod per adiutores Scholia Eurypyli sodales, & Aristarchus Hectoris adiutores hic intelligant, utpote quos Neoptolemus deuicerit, nõ omnino mihi probatur: quandoquidem uniuersalis sententia, nõ apte, ni fallor, uni rei obscurae adhuc tribuatur. m ℂ Teneram prudentiam.) ἁβρὸν λόγον, tenerum sermonem, delicatã orationem. Scholia intempestiue tropum quaerentia, per λόγον encomia, per Deum poëtas intelligũt: sed hoc loci ualde incõmode. n ℂ Quod in Neoptolemo.) Confirmat sententiam Neoptolemi exemplo. Neoptolemum autem Achillis filium, post parentis sui obitum celebrem redditũ ait, idq; diuino beneficio. Atq; haec adducit, quasi & Sogenes post patris etiam sui Thearionis uictoriam sit illustris redditus. Est enim ingens prudentiae, & magni consilij argumentum, post fata patris sui aliquẽ magnifica conari, altaq; petere: ad quae patris auxilio facilior aditus erat. Quur autem Neoptolemi & non alterius cuiusdam principis hic mentionem facit? quia est de stirpe Aeginetarum: ad Aeacum enim usq; genus eius refertur.

o ℂ Ad sinuosae terrae umbilicum.) Delphos in medio sitas orbis in Pythijs annotatum est: quam insulam hic per sinuosae terrae umbilicum intelligit.

p ℂ In Pythijs campis.) Locũ quo humatus sit, explicat. q ℂ Vbi Priami urbes.) Res gestas Neoptolemi adfert. Post excidium Troiae Delphis sepultus est, inquit. r ℂ Vbi & Danai.) Amplificat à reliquorum principum, qui simul Ilium exciderũt, manu. Non uulgaris res, nec humilis, uel abiectus labor est, à Neoptolemo dirutam Troiam, apud quam tot insignes principes extrema sint passi. Nõ quod solus Neoptolemus exciderit Ilium, sed quia ad patriam & maiores Sogenis pertinet, ideo, ut dixi, huius hic reminiscitur.

s ℂ A Scyro quidem soluens.) Scyrus insula est, Stephano autore, quã olim Pelasgi & Cares inhabitarunt. Vt Plinius refert, una ex Cycladibus, antea Syphnus, Meropia & Acis appellata. t ℂ Deuiauit.) Enallage numeri est: à singulari enim ad pluralem suo Pindarus more ascendit. Deuiauit, ue nerunt, pro uenit Neoptolemus. u ℂ Veneruntq; Ephyram.) Quatuor Ephyras hic Scholia recensent, quarũ prima est Epyri urbs, quae & Cichyros à Cichyro Mermae filio dicta est, atq; haec etiam Corinthus nominatur: altera, Thessaliae: tertia, circa Melin, cuius Hippias meminit: quarta, Thesprotarũ oppidum. Stephanus plures Ephyras colligit in Arcadia, Campania, Italia, eiusdem nominis oppida esse tradens. Frustrarium hic est adscribere, quomodo alij eum qui uicisset, & uictoriae munus in Sogenen transtulisset, Epirotam genere, nomine Telemachum fuisse senserint. Alij, ut Aristarchus, alipten Soge-

nis

nis hoc nominis gessisse putãt: ideoq; poëtam ad Achillis Neoptolemum, nominis similitudine excurrisse. Discerpetur enim hac ratione potius, non explicabitur Pindarus. Nec enim unctoris nomine, sed Sogenis Aeginetæ gratia huc excurrit: quandoquidem Achillis illa proles etiam ad Aeginetarum sanguinem pertineat, ut paulò ante subindicauimus. x ℂ Molossiæ quidem.) Molossia Epiri regio est. Stephanus μολοσία simplici σίγμα legit. Apud huius loci populos Molossos, Plinius Dodonæi Iouis templum esse scribit. Scholia hanc regionem à Molosso Neoptolemi filio appellatam testantur: unde retrograda narratione uti Pindarum putant, quandoquidem non à patre, sed filio illi regioni nomen sit. Sed præstat per Molossiam illam Arachti fluminis locum, uel Dodonam intelligere, quàm Pindarum inertiæ arguere. Vel sic huius loci explicatio constituenda, ut dicamus Pindarum regionis nomen accepisse, nõ quod habuerit regnante Neoptolemo, sed eam nomenclaturam adduxisse, qua post fata Neoptolemi, cum à Molosso filio, tum posteritate fuerit celebrata.

[a]Sed genus eius regium ferre honorẽ semper consueuit. [b]Profectus Delphos bona Troiæ direpta secum tulit, illic in sacrificiorum pugna, gladio cuiusdam infeliciter cæsus succubuit.

STROPHE III. COLON XIII.

[c]Vnde supra modum Delphici xenijs præfecti grauati sunt: [d]sed fatum illud ei reddidit. [e]Oportebat enim quẽdam intus in uetustissimo saltu ab Aeacidis regem apud fortunatã Apollinis domum esse, [f]ac heroicis te apparatibus immolatione abundantibus, iustum speculatorem habitare. [g]Ad bonam uero causam [h]tria hæc uerba satisfecerint. [i]Neq; mendax rebus testis præsidet. [k]Et tuorum & Iouis filiorum Aegina, arduũ fuerit mihi enarrare,

ANTISTROPHE, COLON XII.

Vnà cum lucidis uirtutibus peculiarem negociorum uiam, quæ domi uestræ splendicãt. [l]Sed

" enim requies in omni opere dulcis est. Nam & " mel, dulcesq; Venerei flores satietatem habent. " [m]Natura autem singuli à singulis distamus diuer " sa uiuendi ratione, dum alij ad hoc, alij ad aliud ra " piamur: unum autem omnia consequi impossi- " bile. Nec habeo quo de pronũciem, quod ad sta- " bilem usq; finem hoc fatum porrexerit, ut omnẽ " prosperitatem recipiat. [n]Tibi uero decentem fe- licioris successus opportunitatem Thearion

EPODOS, COLON VII.

Impertit fatum, [o]bonorũ audaciam accipien- ti prudentia mentis non desit. [p]Hospitẽ equidem ago, nihil obscuri apud me conuicij detinens. [q]Enimuero ceu aquæ fluenta in charum uirum ducens, encomio parato ad supera conuexa eue- ham. Atq; hæc non incõmoda bonis uiris mer- ces debetur.

a ¶ *Sed genus eius regium &c.)* *Laus est à duratione regni apud posteros* Neoptolemi. *Etsi Neoptolemus paruo temporis interuallo in regni fastigio perseuerarit, regalia tamen sceptra posteris eius diu permansere.*

b ¶ Profectus Delphos.) *Vt mortem oppetierit* Neoptolemus. *Quum sacrificaret* Delphis, *essetq́; cõsuetudo, ut* Delphici *heroës, sacrificia illa ad sese acciperent:* Neoptolemus *eos ne facerent hortatus est, sed fortasse* Apollini *intacta relinquerent: unde à quodã ense traiectus occubuit.* *c* ¶ *Vnde supra.)* *Non fuisse gratam* Delphicis *heroibus mortem* Neoptolemi *ostendit, qui xenijs, hoc est, muneribus & sacrificijs præfecti erant: seditiose enim interfectus erat, ut* Scholia *subindicare uidentur.* *d* ¶ *Sed fatum ei.)* Interitum Neoptolemi *celebrans, diuina ipsum prouidentia cecidisse confirmat: nimirum ut diuinus & pius heros in diuino* Apollinis *templo cubaret.* *e* ¶ *Oportebat enim quendam.)* *Altera causa est, quur cæsus sit* Delphis Neoptolemus, *ut ex diuina* Aeacidarum *stirpe aliquis illic esset.* *f* ¶ *ἡρωΐαις δὲ πομπαῖς.* Ac heroicis.) *Tertia causa.* Ideo *cæsus est* Delphis, *ut ageret spectatorem solennitatum & festiuitatum & sacrificiorum, quæ* Delphis *agerentur & immola-*

immolarentur, ut qui iustus esset fide & religione spectator. Fiebant aūt Del*phis munera hospitalia, ad quæ* Apollo *ipse heroēs uocabat. Huic solennitati letale erat quempiā interesse, qui & ipse non purus heros existeret. Quare nunc iure spectator semper eorum festorum & sacrificiorum post fata* Neoptole*mus permanet.* g ℭ *Ad bonam uero causam.*) *Parenthesis est, qua simul anticipat obgannientium calumniam. Si quisquam est qui putet indignam tanto heroi cædem, nec in laudem hoc ei cedere, quandoquidē fuisset honestius ad* Epirum *illum suam reuerti incolumen: Iusta, inquit, causa est, in qua uersor, & celebris, ideo non eget multa defensione: satis enim factum est illi per tria uerba.* h ℭ *Tria uerba.*) Hoc est, *per tres causas, quas reddidi.* I*s interitus non est incelebris, qui primo fato cuipiam contingit. Deinde, qua fit ut quispiam diuinæ stirpis heros, in* Apollinis *templo excubat, non est ingloria mors. Postremo, quia solenni ritui & sacrificijs iustus speculator adest* Neopto*lemus, igitur & honeste, & diuino fato* Delphis *occubuit.* Neq; *cauillari potest aliquis, hanc ei mortem ignominiosam, quæ potius æternum ei decus peperit.*

i ℭ Neq; *falsus testis.*) *Neoptolemū & ueracem & grauem rerum quæ* Delphis *aguntur, semper cum testem tum spectatorem esse.* k ℭ Et tuorū & Iouis.) *Epilogus rerum* Neoptolemi *cum apostrophe ad* Aeginam. *Reuocat sese ad institutum, fieri non posse adfirmans, ut* Aeginæ *& procerum eius magnifica & admiranda recenseat.* l ℭ *Sed enim requies.*) *Sententia est minime ignobilis, qua sese à nimia & æquo prolixiore digreßione abstrahit.* Omnium rerum, inquit, *est satietas: quare nō ab re fuerit me in parecbasi quoq; mediocritatis rationem habere.* Imitatur autem Homericum *illud,* πάντων μὲν κόρος ἐστὶ καὶ ὕπνου λαγνείης καὶ μέλιτος. *&c.* m ℭ *Natura autem singuli.*) Non omnium *esse idem studium, non omnibus eandem felicitatem, imò nemini mortalium in hac uita consummatā beatitudinem obuenire: quemadmodum & ille ait:*

– Diciq; *beatus,*

Ante obitum nemo supremaq; funera debet. Qua *sententia digreßionem cludit, & ad institutum uiam præstruit.* n ℭ *Tibi uero decentem.*) *Etsi nemini consummata in hac terra felicitas cōtingat, attamē, inquit, ô* Thearion *(est autem is pater* Sogenis *uictoris) tibi satis, nimirū pro homine, prosperioris fortunæ obtigit, qui in senectute filium tuum summo uictoriæ honore ornatum uideas: quæ res senio tuo nō modicum leuamen est.* o ℭ *Bonorum audaciam.*) *A prudentia & fortitudine* Thearionem *laudat. Prudentia inuenit quod aggrediare, fortitudo & audacia quod inueneris aggreditur.*

p ℭ Hospitem equidem ago.) *Laudis suæ synceritatem cōmendat patri*

ex filio. Quia non sum ciuis Aegineta, sed hospes, peregrinus & alienus illic, hospesq; Aeginetas laudo, à caeco uituperio, hoc est, ab inuidia sum alienus. Nemo mihi inuidebit, nemo uirtuti meae parum aequus erit, perinde ac in republica, alter alterius dexteriore fortuna maceratur, propterea quod honestum & pulchrũ atque adeò uirtutes extollam. Vel, alia ratione: Quia hospes, alienus, nec Aeginae ciuis sum, ideo neminem uituperabo, nulli cõuicium dicam: sed laus mea candida erit & syncera: neq; quisquam mihi obijcere poterit, quod ex affectu, uel te uel alium ô Sogenes commendem, quum non sim Aegineta, paucique admodum Aginetarũ mihi perspecti sint, nec multorum sint mihi mores explorati. q ¶ *Caeterum ueluti.) Comparat encomium suum Pindarus aquae fluentis, uel aquae ductibus, uel siphonibus. Vt arbores & plantae, aquae fluentis irrigantur, uires & succum accipiunt: sic uirtutibus eximij uiri, poëtarum praeconijs fouentur, & feliciores & beatiores redduntur.*

STROPHE IIII. COLON XII.

[a]Prope me uero existens Achaeus quispiam super salum Ionicum habitans, de me non conqueretur. Nam & hospitali iuri confido. Sed & inter populares contribules meos oculo dextrũ uideo, neq; super me caeteros erigo, omnia uiolenta remouens à pedibus.[b]Et quod subsequetur tempus, utinam laetum ac tranquillum accedat. [c]Qui coràm hoc didicerit, is recensere poterit, an ne ad carmen ueniam falsum sermonem proloquens.[d]Hospitali patriae Sogenes[e]deiero, me nõ ultra fines progressum: ceu sagittam ferreis genis miram, excitare tibi

ANTISTROPHE, COLON XII.

Celerem meam linguam,[f]qui ceruicem & intrepidum robur tuum è palestrica eduxisti, priusquam ardenti soli membra tua inciderent.[g]At si labor erat, maior tamen laus è uictoria surgit. [h]Sine me si quid sublimius inueni, gratiã uictori

adferre: [i]neq; sum enim adeò difficilis, hoc ut nõ sponte faciam. [k]Tu uero facile quiddam de sacris coronis ordire Musa, inq; æs & ebur aurum con glutina, amabilem pariter roris marini florem decerpens.

a ❡ *Prope me uero existens.) Purgat sese rursum Neoptolemi nomine. Achaia autem in Epiro sita est, unde uel Neoptolemũ ipsum, uel Epirotas, uel Dodonæos, uel Molosşios intelligit. Accusabatur uero Pindarus, quod Neoptolemum propterea Delphis cecidisse affirmarit, quia pro pecunijs Delphicis sibi conquirendis certarit: unde excusat se Pindarus, sese hoc non dixisse, cæterum quod sacrorum nomine Delphico Apollini decretoriũ pugnarit. Et hic morum suorum puritatẽ uates profert. Neq; Aeginetas maledicentia prouoco: nõ illos lacesso, amicos & hospites ueteres Thebanorũ: neq; Epirotas, uel ipsum Neoptolemum temere irrito, neq; ciues meos exaspero: meumq; hoc studium est, ut omnibus placeam, ut omnibus humanus sim, cunctis arrideam, nemini uel uerbo, uel opere grauis sim, neminem contemnam, nulli me præferam, nemini iniurius, tantum abest, ut in clarißimi principis Neoptolemi umbram sæuiam.*

b ❡ *Et quod subsequetur.) Deesis est & εὐχή. Faxit Deus, inquit, ut & residuum mihi uitæ spatiũ incolume & integrum ab omni odio, inuidia, & bonorum uirorum notatione liberum remaneat, æque atq; hactenus me integrũ seruaui apud Aeginetas, apud Epirotas, & ciues meos Thebanos quibus cum uiuo.* c ❡ *Qui coràm hoc didicerit.) Hoc est, ciuis & familiaris quispiam, cui mores mei perspecti fuerint, certum dicere testimonium poterit, num hic uera loquar an secus. Innocentiam ita suam uel ciuium Thebanorum testimonio comprobans.* d ❡ *Hospitali patriæ.) ὦ ξενίδα πάτραθε. Alij hospitalem patriam interpretantur, quod Pindarus Aeginæ sæpenumero hospitalitatẽ celebret. Alij ὦ ξενίδα uocatiuũ faciunt, referentes ad Sogenẽ, quasi ille à quodam Euxeno, maiorum suorum uno descenderit. Vtrum iam accipiatur parum refert.* e ❡ *Deiero me non ultra finem progressum.) Sogeni sese purgat, quod hac digreßione modum non excesserit: metaphora à quinquertionibus sumpta, qui iaculum quo sunt robore præditi ultra scopum proijciunt. Ego tela mea ultra metam quinquertionum instar non misi. Porrò hoc hymno meo adueni, ut celeri mea lingua, laudes etiam tuas expedite concinerem, ac sagittæ in morem quæ in præfixum scopũ mittuntur, encomion hoc ad uirtutes & egregia tua facta dirigerem.* f ❡ *Qui ceruicem & intrepidum.) A uictoria eum celebrat, & laudi eius in primis adscribit, quod uicto-*

riam obtinuerit, priusquam membra eius solis ardorem & sudorem sensissent: hoc est, quod ipse in quinquertio per iaculum uicit, ideoq; coronatus sit, quum nemo reliquorum uoluerit eius cum fortitudine porrò congredi. Itaq; celeriter eum uicisse ait, nec ad luctam & alias quinquertij species uenisse: hincq; factũ, quod non admodum eo in certamine sudore sit perfusus. g ℂ *At si labor erat.)* πϱομολογία. *Victoria quidem tua labore non caruit, sed laborem cum ipsa uictoriæ uoluptas & dulcedo compensauit.* h ℂ *Sine me.) Deesis est. Rogat autem Sogenem ut hymnum hunc non inepte conscriptum, sed sublimiori quadam uena, admittat.* i ℂ *Neq; enim.) Ratio est cur hymnum admittere debeat. Laudat autem seseipsum Pindarus, ab amœnitate & facilitate odarum suarum. Non asper sum, inquit, in pangendis hymnis, sed iucundus & placidus. Prosilit autem per enallagen personarũ, à secunda persona ad tertiam. Sine ô Sogenes, ut tibi eximium hymnum pangam: tantum enim uult dicere.* k ℂ *Tu uero.) Musam inuocat, ut præclara quædam inchoët: et si hactenus minora ptulerit, nũc maiora adferat in gratiã uictoris: hoc enim uult dum æs, ebur, et aurũ, insignes flores coronis intertexi cupit, & orat.*

Est autem hæc Pindari textus series: Ordire, inquit, Musa coronas plectere, ac facile conglutina seu connecte aurum, æs, ebur, florido simul marini seu pontici roris decerpto flore. Summa, Musam inuocat, ut coronam texat uictori ex auro, ære, ebore, & florenti marini roris flore. Vbi hoc animaduertendum, marinum rorem hic non esse, coronariam illam herbam, quæ Latine Ros marinus dicitur: Nam ea Græcis λιβανωτὶς, *à thuris odore nominatur. Nusquã enim apud medicos græcos ros marinus,* ποντία ἐέρση, *quod ego sciam, eadem significatione, qua Latinis est ros marinus, appellatur. Cæterum periphrasice eum qui ex mari colligitur florem intelligit. Et quanquã ros marinus inter coronarias censeatur, nõ adeò res preciosa erit, rorem marinum coronæ ex auro, ebore, æreq; constanti, intertexi. Porrò dum* λείϱιον ἄνθεμον *præmittit Pindarus, non hic lilij etiam flos, quod* κρίνον & κρινάνθεμον & λείϱιον *à Dioscoride dicitur: quanquam enim* λείϱιον *proprie lilium sit, propter subiunctos à Pindaro genitiuos,* ποντίας ἐέρσης, *qui ab eo accusatiuo dependent, lilium esse nequit. Quare interpres coniectura ductus, Coralium esse putat: quod dum in profundo maris est, tenerum apparet, instar roris: ubi uero extractum fuerit, & à sole uerberatũ, lapidescat. De quo Dioscorides: Maris creditur planta, solidescere autem tum, quum è profundo maris extractum fuerit, & extra mare collocatum, uel tinctum uel fixum fuerit, ueluti à circunfuso nobis aëre. Hanc è mari originem eius, ipsum* ἔτυμον *sub oculos ponit. Nam* κοϱάλλιον, *ueluti* ἡ τῆς ἁλὸς κόρα, *hoc est, maris tonsura uel cæsaries uel*

coma

coma dicitur. Et quia apud Pachynũ Siciliæ promontoriũ optimum inuenitur, ſatis apparet ei lapidi, à Græcis hanc primum inditam nomẽclaturã. Ad quam etymologiam Scholia reſpicientia, κοράλιον ſcribunt, & non κοράλλιον, ut uulgò appellatur. Qui hoc loci purpurã intelligunt per λείριον ποντίας ἐέρσης ἄνθεμον, ſua opinione & ratione fruuntur. Enimuero quia Curalio apud priſcos magnum inter gemmas precium & ingens autoritas ſteterit, & non modicum ornamentum gentibus fuerit, eorum ſententiæ accedo qui hic Corallum intelligendum eſſe putant. Rogat ergo Pindarus, ut Muſa coronas uel ſerta uictori Sogeni texat, ex ære, ebore, auro, & corallijs: hoc eſt, ut precioſum, uarieq́; & præclare ornatum & concinnatum hymnum pangat.

EPODOS, COLON VII.

[a]Iouis quoq; non immemor, circa Nemea celebrem diuinarum laudum copiam collige quiete. [b]Regem uero Deûm in eo ſolo ſacra prædicare uoce decorũ eſt. [c]Aiunt enim Aeacum à Ioue ſub maternis genubus eſſe plantatum,

STROPHE V. COLON XII.

[d]Meæ quidem felici patriæ adiutorem ô Hercules, tibi uero alacrem & hoſpitem & fratrem.
» [e]Quod ſi homo hominis opera fruitur, [f]quidnã
» uicino, intenſa mente ſuum uicinũ redamantem,
» eſſe dixerim? nempe omnium ſummã lætitiam.
[g]Sin idem uicinitatis munus dij exhibeant, tecũ ô Hercules, qui Gigantes domuiſti, feliciter cum patre ſuo uixerit Sogenes, beatè prædiuitẽ atq; diuinam maiorum ſuorum urbem curans.

a ❨ Iouis quoq; nõ immemor.) Apoſtrophe eſt ad ſeipſum: nã μεμνημένος maſculina uox, ad Muſam referri nõ poteſt. A Muſa igitur ad ſeſeipſum adhortationem transfert. Mi anime, inquit, ne ſis immemor diuinarum laudum circa Nemeam: hoc eſt, copioſe & exuberanter Nemeum Iouem prædica, ob uictoriam quã Sogeni Nemeonicæ impertijt. b ❨ Regem uero Deûm in eo ſolo.) Proponit Iouem in ea terra, Nemea uidelicet, dignum laude eſſe, &

rationem statim subiungit. c ¶ *Nam aiunt à Ioue.*) *Propterea est laudandus potissimum Iupiter Nemeus, quod ab eo Aeacus sit progenitus, nõ quidem Nemeæ, sed in Aegina: siquidem Aeginæ Nymphæ, à qua urbi nomen inditum, & Iouis filius est Aeacus Aegineta, à quo tot insignes heroës descenderunt, ut in prioribus hymnis satis præmonstratũ: à maioribus uel primis patriæ uictoris principibus, ipsum Sogenem extollens.* d ¶ *Meæ quidem.*) *Quomodo Aeacus est adiutor patriæ Pindari, quum hic Thebanus, ille uero Aegineta fuerit? Ipse sese explicat, dum statim per apostrophen ad Herculem orationem transfert. Ideo est adiutor Thebarum, quod Herculis Thebani & amicus & hospes extiterit, ac ueluti frater.* e ¶ *Quod si homo.*) *Si homini homo Deus, ut prouerbium habet, quantum cõmodi è bono uicino, uicinus bonus habiturus est, si sese mutuò dilexerint? quasi dicat, plurimi.*

f ¶ *Quidnam? nempe.*) *Subiectio est: suæ enim interrogationi respondet. Gnomen autem hanc ideo hic attexit, quia Herculis uicinum Aeginæ Sogenem dicit, ut qui inter templa atq; delubra Herculis commoretur. Quantum autem bonum sit candidus uicinus, & quantum incommodum uicinus malus, Hesiodus sub apricum statuit, dum inquit:*

πῆμα κακὸν γείτων, ὅς κοὐ ἀγαθὸς μέγ᾽ ὄνειαρ.

Argumentum ergo laudis à uicinia ductum est. g ¶ *Porrò si idem uicinitatis.*) *Hoc est, si dij ita cõmodant hominibus, quibus uicini fuerint, ut homo homini, uicinus uicino: plurimum emolumenti abs te & Sogenes & pater accipiunt, uicinitatis nomine.*

ANTISTROPHE, COLON XII.

[a]Postquam ueluti in quadrijugis curribus in delubris moratur, utrinq; tua manu circundatus. [b]Te decet ô felix Iunonẽ & maritũ eius placare, [c]cæsiamq; filiam. Tu rerum latentiũ, adeoq; imperuestigabilium uim præstare mortalibus potes, si eis non instabilem fortitudine uitam cum pubertate iungas, claræq; senectuti felicia tribuas, pueris & iuuenibus semp iuuenũ fungentibus

vt filij filiorum.

EPODOS, COLON VII.

Officio & nunc & posthac melius. [d]Quapro

pter

pter animus meus nunquã admittet, ut indecen- » tibus Neoptolemum sermonibus pingat. [e] Quæ » terq; quaterq; iterata, dubium liberis ingerunt. [f] At frustra nugatur [g] Iouis Corinthus.

a ℂ Postquam ceu in.) Exponit quomodo sit uicinus Herculi Sogenes, idq; comparatione. Vt currus mediũ temo transit, sic Sogenes ex utraq; parte delubris tuis fultus est, utrinq; te uicinũ habet. b ℂ Te decet ô felix.) A decenti hortatur, & orat Herculem, ut Iouem, Iunonem & Mineruam propitios & Sogeni & posteris eius reddere uelit, atq; intercessorem agere Sogenis & familiæ eius nomine apud superos, ut semper in suo quo fungantur honore permaneant. c ℂ Cæsiamq; filiam.) Minerua est, quæ à cæsijs, hoc est, glaucis ac ueluti cœlijs oculis conspicua est. Et quia bello præfectam deam & bellicosam poëtæ cõminiscuntur, uel ipso uultu seueram esse decet: ideo apte glaucus oculis Mineruæ colos tribuitur, ut uel ipsis oculis hostem terrere uideatur. Atq; hanc precationem, ueluti perorationis uice adijcit. d ℂ Proinde animus meus.) Quia, ut Aristodemus tradit, referentibus Scholijs, Pindarus ab Æginetis accusatus erat, quod in pæanibus suis uideretur Neoptolemum notare, ceu sacrilegij & prædæ causa Delphos profectus esset, eamq; ob causam occubuisset, (Erat autem grauis Æginetarũ infamia, talia de diuino ipsorum principe spargere) ideo sese hic postremo, quemadmodum & suprà, purgat, ueluti uelit Æginetis persuasissimum esse, se nihil unquam tale quiddam in animum induxisse. e ℂ Quæ terq; quaterq;.) Correctio est suijpsius. Sed quia eiusdem rei crebram repetitionẽ exosam habent mortales, ideo præstat me hic etiam desistere, ne inanis nugator esse iudicer. f ℂ ματψυλάκας.) Qui frustra blateronem & locutuleium agit, παρὰ τὸ μάψ, καὶ τὸ λακέω. g ℂ Iouis Corinthus.) Prouerbium est, de inepte & nequicquam eandem rem repetentibus: à Corinthiorum legatis ortum. Dum enim illi sæpius apud Megarenses, qui ab ipsis desciuerant, ingeminarent, ulturum Iouis Corinthum eam defectionem, lapidibus à sese legatos repulerunt: ac postea exorto bello fugientibus Corinthijs, Megarenses præcipiebant, ut Iouis Corinthum cederent: hinc nata parœmia, de inaniter eandem rem reiterantibus. Sed quia Erasmus & hæc in sua adagiorum cõmentaria retulit, inde possunt à studiosis peti.

DINIAE, MEGAE FILIO, STADII CVRSORI, ODE VIII.

STROPHE I. COLON IX.

O [a] Venerande flos, [b] immortalium Veneris amorum præco, [c] qui uirginum puerorumque̜ asſidens palpebris, hunc quidem manſuetis [d] neceſsitatis mani bus baiulas, alium uero non item manſuetis. [e] At pulchrum eſt ſuo tempore non deuiantem, qualibet in re meliores obtinere poſſe amores.

ENARRATIO.

Argumentum. *A ſtadij curſu, & uirtutis amore, quo circa uictoriam ſudauit, Diniam Aeginetam laudat. Excurrit autem ad inſignem Inuidiæ locum, & ſuos & Diniæ æmulatores ſugillans. Porrò ſeſe ſtatuam allegorice Diniæ patriq́; eius Megæ erecturum dicit: hoc eſt, hymnũ, qui & uictoriæ & uirtutũ eius monumentũ eſſe debeat.* a ¶ *O uenerande flos.)* *Quia nicephorus Dinias eſt Aegineta, ideo ab admiratione & potentia formæ orditur: per* τὴν ὥραν *formam & pulchritudinem ſignificans. Vt enim uer & æſtas, quæ per* ὥραν *ſignificantur, ſunt iucundiſsima anni tempora: ſic forma eſt omnium in homine pulcherrimum & delectabiliſsimum bonum.* b ¶ *Immortalium Veneris.)* *Appoſitio eſt, uel etiam definitio formæ. Forma eſt præco, hoc eſt, indicium & diuulgatio Veneris amorũ. Forma eſt, quæ hominem ad Veneris caſtra pertrahit.* c ¶ *Qui uirginum.)* *Potentiam amoris ſubijcit. Tanta eſt formæ & amoris potentia, ut & pueros & honeſte & inhoneſte inflammet.*

et virgines. [illegible] pulchros

d ¶ *Neceſsitatis manibus.)* *Manus neceſsitatis, potentiam amoris metaphoricôs appellat, qua alius ad honeſta, alius ad inhoneſta deſideria rapitur.*

e ¶ *Pulchrum uero.)* *Non ignobilis gnome eſt, qua per* προεργασίαν *ad Iouis & Aeginæ amores uiam præſtruit. Feliciter cum eo, inquit, agitur, qui quauis in re optimorum amore deſiderioq́; tenetur.*

ANTISTROPHE, COLON IX.

[a] Quales fuerunt, qui Iouis Aeginæque̜ lectum circuierunt, [b] Cypriæ munerum paſtores. Quin

Oenones

[c]Oenones filius Aeacus uiſus eſt & manu & cõſilijs rex optimus. [d]Sæpe autem ipſum non pauci cernere optabant: ſuaq́ꝫ ſponte, omni reiecta pugna, finitimorum heroum flores, illius imperijs obtemperare geſtiebant.

EPODOS, COLON XI.

Qui aſperis in Athenis exercitum conſcribebant, quiq́ꝫ cum Spartanis Peloponneſij, ſupplices Aeaci genubus armabant, pro chara tum urbe tum ciuibus. [e]Quos nunc [f]Lydiam ferens mitram uariè ornatam, [g]Nemeam ſcilicet ſtatuam, [h]pro geminis Dinidis ac Megæ patris ſtadijs celebro. [i]Quæ enim diuinitus cõtingit mortalibus prosperitas æternior eſt.

STROPHE II. COLON IX.

[k]Quæ & Cinnyran in marina olim Cypro diuitijs extulit.

a ℂ *Quales fuerunt.) Instituto ſuo gnomem accomodat, ad Aeaci natiuitatem progreſſurus. Quandoquidem enim Dinias uictor ſtadij in Nemeis ludis Aegineta eſt, ideo primum Aeaci clariſſimi Aeginetarũ principis uirtutem admiratur: à primis maioribus magnum etiam Diniam faciens.* b ℂ *Cypriæ munerum paſtores.) Amores Cypriæ munerum paſtores dicit, hoc eſt, Veneris donorum conſeruatores. Munera enim Cypriæ, hoc eſt, Veneris, à Cypro inſula dictæ: uel ab etymo, ueluti* κυὼν ποιεῖσθαι. *Scholia enim in Homerum Venerem ideo græce Cyprida uel Cypriam nominari adſerunt, non quod in Cypro ſit nata, ſed quod, ut etymon indicat, parere faciat Venus, & grauidas reddat puellas. Amores ergo ſunt paſtores munerum Veneris, id eſt, (ſi per munera Veneris fœturam & ſobolem & propagationem cunctarũ creaturarum accipiamus) ſunt conſeruatores & fouent amicitiã & iucunditatem & coniunctionem omnium generum & ſpecierum in cunctis animantibus.*

c ℂ *Oenones filius.) Aegina & Oenone idem eiuſdem inſulæ nomen, ut ſuprà cõmemoratum. Aeacus ergo Oenones uel Aeginæ Nymphæ, unde urbi*

& insulæ nomen, & Iouis filius est. Laudat Aeacum à prudentia & rebus gestis. d ¶ *Sæpe autem non pauci.*) *Ad pietatem Aeaci respicit, qua mortæ cunctæ Græciæ urbes, orto squalore Aeacum accesserunt, ut Iouem pro auferendo illo exitio exoraret: qua de re & in prioribus Aeginetarum uictoruni hymnis, & in Isocraticis orationibus fit mentio. Nec enim apte referri posse arbitror ad bellum Atheniensibus illatū per Minoa Cretensium regē, propter occisum eius in ludis filium, cuius in 7. Metamorph. Ouid meminit. Impetrauit aūt tum imbrem Aeacus, ut arida & exiccata tellus fœcūda redderetur.*

e ¶ *Quos nunc.*) *Iouem & Aeacum. Ab Aeaco ad ipsum Diniam uictorem iam sese uertit, Diniam & patrem eius Megam à stadij in Nemeis ludis uictoria prædicans.* f ¶ *Lydiam mitram.*) *Hoc est, odam Lydia harmonia, quæ uaria est & iucunda, componens.* g ¶ *Nemeam statuam.*) *Metaphoram, alia metaphora interpretatur & excipit. Lydiam mitram, inquit, hoc est, Nemeam statuam: Lydiam suam mitram per Nemeam statuam uel simulacrum exponens. Intelligit autem hymnum suum, quo fit, ut res gestæ & Diniæ & Megæ, præclarius quàm ullo simulacro posteris cōmendentur.*

h ¶ *Pro geminis stadijs.*) *Hoc est, propterea quod diaulo uicerint. Est enim* δίαυλος, σὺ δίον στάδιον, *hoc est, duplex stadium. Hinc* διαυλοδρόμοι, *qui diaulo palmā adsequuntur.* i ¶ *Quæ diuinitus.*) *Gnome est, qua Diniæ laudem diuturniorem ostendit, propterea quod diuina benignitate ad uictoriæ fastigium euectus sit.* k ¶ *Quæ & Cinnyram.*) *Cinnyrā Cypri regem à diuitijs cōmendans, diuina benignitate & clementia immensis diuitijs exornatum ait. Nec hic uel iniquum uel uitijs notatum regem à Pindaro, colligi potest, ut quidam existimarunt: paradigmate enim amplificat. Quēadmodum Diniæ uictoria diuinæ originis est, ideoq; diuturnior: sic Cinnyræ Cypriorum regis diuitiæ Dei clementia amplißimæ sunt factæ. Huius regis diuitiæ prouerbio locum fecerunt, Cinnyræ opes, de immensis diuitijs: de qua Erasmi Chiliades consulendæ.*

[a]Consisto autem pedibus leuibus respirans,
» antequam quicquā dicam. Multa enim ualde nar
» rata sunt.[b]Quin & nupera inuenta examini sub-
» mittere, ut iudicent, omni periculo est obnoxiū.
» Enimuero [c]sermones, liuidis opsonium sunt. [d]Et
» liuor perpetuò bonos impetit, necp unquā cum
» peioribus conserit manum.

ANTISTROPHE, COLON IX.

Ille & Telamonis filium deuorauit ense circumuolutũ, ubi elinguem quidem, corde autem strenuum, tristi certamine obliuio detinet. Atma ximũ picturato mendacio munus expassum est. Occultis enim iudicijs Vlyssem Danai prætulerunt; unde & Aiax propter aurea illa arma, cum sui cæde colluctatus est.

a ❡ *Consisto autem.)* *Seipsum ut respiret parum & uires recolligat hortatur. Nam quum pleraq; hactenus de Aeacidis dixerit, ne rursum ad eos digrediatur longius, sese reuocat: utq; uideat & præmeditetur quid porrò dicat, ne inuidis & osoribus suis ansam calumniandi præbeat. Et quasi prioribus Aeacidarum encomijs defatigatus sit, nunc respirat: eorum instar, qui longis & magnis laboribus defessi, quiescendo uires recolligunt.* *b* ❡ *Quin & nuper inuenta.)* *Etsi, inquit, noua proferre possem, hactenus de Aeacidis nõ audita, attamen uel nouũ quiddam in publicum ædere non caret periculo, non uacat detractione, inuidia & æmulatiõe. Aureæ profectò gnomæ sunt, quas hic de Inuidia cõgerit. Is enim humanæ naturæ adeò prauus affectus, ut alterius uirtutem suis dignari oculis non poßit, ut ei inuideat, odio & inuidentia prosequatur quicquid ab altero excellens & præclarum uel gestum, uel in lucem æditum uiderit. Inuidus præter sua amare nihil poteſt. Quicquid inuidus dixerit, scripserit, somniauerit, rosam, lilium, hyacinthum, purpuram, corallium, aurum & gemmas esse putat. Sin alius quispiam cum uirtute caput exerat, is inuido scarabeus, uipera, draco & basiliscus & satanas est. Enimuero dum inuident, maleuolam suam naturam ostendunt: qua quia nihil egregij efficere possunt, ideo alijs uirtutem inuident: nec aliud ex sua inuidentia referunt, nisi quod sese ipsi suo liuore conficiant, ut præclare Virgilius de talibus cecinit:* carm: de inu:

Liuor tabificum malis uenenum,
Intactis uorat oßibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Quo quisquis furit inuideq; forti,
Vt debet, sibi pœna semper ipse est.

Martialis illorum impotentiam non inscite taxat:

Omnibus inuideas, inquit, inuide nemo tibi.

Vt adeò fœlices iudicentur ij quibus inuidetur: rursum liuidos & osores pro-

pterea infelices, quod nihil in illis dignũ conspiciatur quod inuidiam mereatur. Porrò hoc loco sese Pindarus egregie de inuidis ulciscitur, dum inquit:

c ❡ *Sermones liuidis opsonium sunt.*) *Rationem hic reddit, quare inuidorum causa respiret. Sermones, inquit, liuidis sunt opsonium: id est, quia inuidi tali genio fruuntur, ut ex sermonibus, orationibus, atq; poëmatis, & quibusq; scriptis alicuius ansam calumniandi sumunt, ego quid agam adhuc hæreo. Metaphora usus in dictione opsonij. Quemadmodum dapes & edulia, quæ pani & uino adijciuntur, symposium uel cõuiuiũ exornant & perficiunt: Nisi enim dapes bene conditæ & instructæ fuerint, parum gratiæ conuiuio accedit: consimilem ad modum inuidi si quando conuersentur, si consuetudinem inter sese habeant, tota illorum dissertatio, disputatio, studium, colloquium, ex doctorum hominum uel scriptis uel æditionibus uel monumentis uel operibus sumitur: ea enim sugillant, carpunt, reprehendunt, floccipendunt, aspernantur, rodunt, lacerant, mordent: sed in angulis, sed clanculum, sed apud suos: ut noctuæ enim lucem fugiunt, humiq; repentes graculi nequicquã coelestes aquilas insectantur.*

d ❡ *Et liuor perpetuò.*) *Liuoris aliud officium subijcit, quod bonorum soleat formã petere. Inuidetur tibi, ergo bonus es. Non inuidetur tibi, ergo nulla uirtute insignis es.* *e* ❡ *Ille & Telamonis filium.*) *Exemplum inuidiæ subijcit, iniquum Græcorum iudicium reprobans, quo ex inuidentia, fortißimũ Aiacem, imbelli Vlyßi prætulerunt, Achillis arma ab Aiace ad Vlyssem transferentes: quæ res Aiacem Telamonium tam male habuit, ut sibi ipse mortem conscisceret, ut est apud Sophoclem in Aiace flagellifero.*

EPODOS, COLON XI.

[a] Atqui inæqualia susceperunt in calido corpore uulnera, cum hostibus belligerantes, à perniciosa mortalibus hasta, & ea quidem cæsi nuper Achillis causa, aliorumq; laborum, [b] in multorum „ corruptricibus diebus. [c] Ergo & apud priscos in„ uisa per blandos sermones deceptio fuit, [d] unde „ malum deriuari solet struens technas maleficũq; „ opprobrium: quæ [e] quod lucidum est uiolat, in„ conspicuarũ uero rerum marcidam curã extollit.

a ❡ *Atqui inæqualia.*) *Aiacis & Vlyßis uires confert. Non simili impetu hostes adorti sunt Aiax & Vlysses: nam timidus erat Vlysses, Aiax fortis.*

Demus

Demus consilio eminentiorẽ fuisse Vlyssem, fortitudine tamen Aiax superior repertus & inuentus est. b ☾ In multorum corruptricibus diebus.) In decennali Iliaco bello. c ☾ Ergo & apud priscos.) Non nouum est, inquit, seipsum consolans & Diniam (cui & sui osores, uirtutis nomine erant) inuidiæ malum, quandoquidem clarißimos principes in Troiano bello infestarit. Quid mirum igitur, si nos hodie impetat? d ☾ Vnde malum deriuari solet.) A consequentibus inuidiam malis amplificat, & effectibus ipsius.

e ☾ Quod lucidum est uiolat.) Inuidentiæ est summa petere, præclara reprehendere, quodq; imum est facere plurimi.

STROPHE III. COLON IX.

» [a]Eiusmodi mihi nunquam oro contingat ô Iu-
» piter pater, uerum simplicibus uitæ semitis ingre
» diar, [b]uti mortuus liberis meis celebritatem, ni-
» mirum non pessimam famam relinquam. Alij au
» ri sibi copiam, alij infinitos agros exoptant. Ego
» uero ciuibus placens, in terram corpus meum oc
» culuerim, honesta laudans, iniustis uero rebus
» condemnationẽ adijciens.

a ☾ Eiusmodi mihi nunquã.) εὐχὴ est & λίγοις. Iouem enim orat Pindarus, ut sese ab inuidia seruet. b ☾ Vti mortuus liberis meis.) Sibi hoc unice curæ esse, ut liberis suis, si non diuitias, uirtutem tamen & bonum nomen relinquat. O piam mentem, ô sanctum pectus, ô uere liberalem animum, qui diuitias uirtuti non præfert, opes bonis literis & moribus non antepont, qui non solicitus est ut hæredibus suis ampla pergama, lucentes marmore & ebore domos, sed ut uirtutis exemplum, ut inclytam famam, horum loco relinquat.

ANTISTROPHE, COLON IX.

» [a]Augescit autem uirtus à sapientibus iustisq;
» uiris exaltata, arboris instar, quæ uiridi rore ad
» humidum aëra surgit. [b]Res quidem amicorum
» uariæ, sed quæ circa labores uersantur supremæ
» sunt. [c]Inquirit aũt & oculorum oblectatio fidem.
[d]Tuam ab inferis reuocare animam, ô Mega-

EPODOS, COLON XI.

Impoſsibile mihi: uanæ aũt ſpei imbellis euentus. Atenim patriæ tuæ [e]Chariadisq́ꝫ firmam & à Muſis profectam ſtatuam erigere fortium pedum tuorũ gratia, utriqꝫ ſuam, mihi non difficile. [f]Cuius rei cauſa cõmodum equidem lætor, præſertim quod haud uulgarẽ factis eorum hymnũ ædiderim. [g]Per carmina uero quiſpiam laborem doloris expertem facere queat. [h]Encomia ſanè & quondam fuere, & priuſquã Adraſtus & Cadmæi inter ſeſe depugnarent.

a ℭ *Augeſcit uirtus.)* *Inuidiæ loco abſoluto ad uictorem Diniam redit. Comparat uirtutem bonorũ uirorum, qualis eſt Megas Diniæ pater, qualis eſt & ipſe Dinias, arbori, quæ accepta humiditate & rore in altum ſurgit. Vt arbor naturali humore auctior & altior redditur, ſic uirtus per iuſtos & fortes uiros amplior efficitur.* *b* ℭ *Res quidem amicorum.)* *Id eſt, negocia charorum uirorum ſunt uaria: cæterum ea quæ circa labores, hoc eſt, certamina & uictoriam ludorum uerſantur, omnium ſunt excellentiſsima. Alius alijs rebus eximius eſt: ſed enim qui publicis certaminibus palmam obtinet, omnium excellentiſsimus. & patrem & filium à uictoria hac ratione extollens.* *c* ℭ *Inquirit.)* γνωμὴ *eſt, qua nihil ſatis oblectare poſſe ait, niſi ſit præſens, & niſi in præſentia cernatur, atqꝫ ob oculos ponatur. Eſt autem* προκατάληψις. *Etſi, inquit, magni uiri ob uirtutis & uictoriæ laudem ſint excellentiſsimi, attamen illorũ laus non ſatis oblectat, niſi coram uideatur. Atqui dum fato ſuo perfunctus ſit Megas, nemo eius perſonam intueri poteſt: ſed eius uirtutẽ, atqꝫ per uictoriam obtentum triumphum, meis odis prædicatum, eſt conſiderare.*

d ℭ *Tuam ab inferis.)* *Officium & fidem ſuam Megæ manibus cõmendat Pindarus. Etſi non poſſum te uiuentibus hodie conſpiciendum dare ô Mega, ut qui diem tuum obieris: quod in meis tamen uiribus eſt faciam. Statuam enim & tibi & Chariadis erigam, qua uirtus tua & uictoria ueſtra cunctis plana fiet.* *e* ℭ *Chariadis.)* *Tribus eſt Æginæ Chariadarum, unde Dinias & pater eius Megas. Per ſtatuam autem odam hanc ſuam intelligit, ut ipſe ſtatim ſeſe interpretatur, dum adijcit, A Muſis profectam.* *f* ℭ *Cuius rei cauſa.)* *Lætatur Chariadarum nomine, quod illis hymnum pepigerit, uel ſta-*

tuas

tuas illis erexerit. g ℂ *Per carmina uero.) A præstantia poëtices, odem cludit, suum studium uictori Diniæ cõmendans. Labor, qui magno sudore alicui constitit, encomio sui dulcescat.* h ℂ *Encomia sanè & quondam.) Ab antiquitate encomiorum. Possunt encomiis euehere Nemeos uictores & clariores reddere: quandoquidem & priusquam Nemea sint instituta, magno in precio apud priscos ea fuerint. Instituta enim sunt quum expeditionem destinaret aduersum Thebanos Adrastus, ut in Nemeorum origine cõmonstratum.*

CHROMIO AETNAEO CVRRV, ODE IX.

DYODECAS I.

C[a]Vm tripudio procedamus [b]ab Apolline è Sicyone Musæ [c]ad recens conditam Aetnã, [d]ubi apertæ reuolutæue hospitibus uincunt̃ ianuæ, [e]ad fortunatas Chromij ædes. [f]Cæterum dulcem carminum hymnũ pangite: [g]Siquidem ad equis regendum currum cõscendens, [h]matri & geminis liberis carmẽ denũciat, [i]eximiæ Pythonis æqualibus inspectoribus.

DYODECAS II.

» [k]Est uero prudentia quædam hominum, rem
» insigniter gestam, adeoq; absolutum bonũ, non
» tacite humi recondere: diuina enim carmina com-
» modam uictori laudem præbent. Atqui [l]per sonoram citharam atq; tibiam ipsam excitemur ad equestriũ certaminũ culmen, [m]quæ Phœbo posuit Adrastus ad Asopi fluenta: quæ equidem recordatus, inclytis heroëm honoribus illustrabo.

ENARRATIO.

In Chromij Aetnæi gratiam hoc encomion conscripsit. Hieroni Siciliæ re- Argumẽtũ.

gi charus fuit Chromius, hinc eum Aetnæ gubernatorẽ constituit: unde & Aetnæus à uictoria promulgatus est. A Sicyoniorum Pythiorum uictoria Chromium euehit: unde Nemeorum uictoribus hæc oda non est adscribenda, quum propter Nemea nihil quicquã Chromius laudetur. Deinde digreditur ad Adrasti Sicyonij regis (qui Pythia hæc condidit) res gestas apud Thebas: postea à ciuium Aetnæorum fortitudine & sapientia, à uerecundia & pudicitia iuuenilis Chromij ætatis, à fructu & præmio uictoriæ. a ℂ Cum tripudio procedamus.) Ab apostrophe ad Musas orditur, & ab ephodo, qua rem ipsam uictoris aggreditur: hortatur enim Musas, ut relicto & Apolline & Sicyone, Chromij Aetnæi ædes inuisant. b ℂ Ab Apolline & Sicyone.) Hoc est, à Pythijs ludis, qui in Apollinis decus Sicyone celebrantur. c ℂ Ad recens conditam Aetnam.) Recens conditam & instauratam ideo dicit, quod quum antea Catane nominaretur, ab Hierone renouata, Aetnæ sit nomen sortita. d ℂ Vbi apertæ.) Ab hospitalitate cum Aetnæos tum Chromium laudat. e ℂ Ad fortunatas.) A felicitate rerum & ubertate Chromiũ laudat. f ℂ Ceterũ dulcem.) Quomodo Musæ debeant Chromij ædes accedere, pangendo hymnũ, quo Chromius magnifiat. g ℂ Siquidem.) A causa, quur pangere Musas hymnũ Chromio conueniat: nimirum ideo, quod curru uicerit. h ℂ Matri & geminis liberis.) Hoc est, Latonæ & filijs eius duobus, Apollini & Mercurio, carmen nunciat uictoria sua. Quia Pythia uicit, quorum præses Apollo, ideo & Apollo eius uictoriam, uirtutem & encomion & promulgationem eius admiratur. i ℂ Altæ Pythonis.) Vrbis apud quam Pythia certamina quinquennalia aguntur, Apollo & Mercurius æqualem hæreditatem adeuntes, sunt præsides, sunt spectatores, sunt episcopi.

k ℂ Est uero prudentia.) Digreditur ad encomiorũ excellentiam. Non cuiuslibet esse, rem insigniter gestam, pro decoro efferre laudibus. l ℂ Atqui per sonorum citharam.) Seipsum ad laudem uictoriæ excitat.

m ℂ Quæ Phœbo posuit.) Periphrasis est Pythiorum ludorum. Adfirmat autem Pythia illa certamina instituta esse ab Adrasto, quum ad Clisthenem uerius referantur. Nam ita de Pythijs Sicyonijs Alicarnaseus, ut Scholia habent, tradit: Quum Crisæi in bello facile commeatum in mari adipiscerentur, eamq; ob causam obsidio proferretur in longius tempus, Clisthenem Sicyoniũ suis sumptibus instructa classe, cõmeatum hostibus in mari interclusisse. Cuius beneficij gratia, tertiam prædæ partem Clistheni dederunt, et ipsam Sicyoniã. Vnde & Sicyonij apud sese Pythia primum instituerunt. Porrò Sicyon Peloponnesi urbs est, Crisa uero Phocidis, ut Stephanus habet. Hic ergo poëtica licentia Pythiorum Sicyoniorum institutionem Adrasto regi tribuit. Quanquã

Pindarum rectius hac defenderim ratione, à Clisthene quidem instituta Pythia, sed ab Adrasto in melius redacta.

DYODECAS III.

[a]Qui tum quidem illic regnans, in nouis festiuitatibus fortiumq́ue uirorum cœtu & cælatis curribus fulgebat administrans urbem. [b]Nam fugiebat Amphiaraũ consilio temerariũ, dirumq́ue paternarum ædium statum, & ab Argo. [c]Neq́ue ultrà Talai filij, [d]seditione compresſi, [e]in Argiuorum principum numerum ueniebant, [f]quanquam meliore uiro lis componatur prior,

DYODECAS IIII.

[g]Quum prioris mariti sui domitricem Eriphylam, [h]qui ueluti maximum pulchra cæsarie præstantium Danaorũ iusiurandum fuerunt, Oeclis filio Amphiarao uxorem darent.

a ℂ *Qui tum quidem illic regnans.) Ad Adrasti Argiui Pythiorum in Sicyone cõditoris in Argo discessum digreditur.* *b* ℂ *Nam fugiebat Amphiaraum.)* Occupatio. *Qui factum sit, quod quum fuerit rex Argi, nunc Sicyone regnet: migrationem eius ab Argo Sicyonem exponens. Vt uero ex Argo Sicyoniam peruenerit, ex Herodoto Scholia recitant. Sicyonij, inquit, consueuerant ualde in precio habere Adrastum. Nã ea erat regio Polybi. Adrastus autem Polybi gener erat. Sine liberis porrò discedens Polybus, Adrasto regionem illam tradit. Menæchmus Sicyonius, Adrastum ab obitu fratris sui Pronactis filij Talai & Lysimaches filiæ Polybi, fugisse Sicyonem, & illic aui materni regnum accepisse, autor est. Dieutychidas Adrasti lactes & interanea Sicyone quidem esse ait, ipsum uero corpus Argi tumulo conditum, memoriæ prodidit in tertio Megaricorum. Alij uero hunc Argi dominorũ catalogum faciunt: Prœtus in Argo primus regnauit: ibi quum filiæ eius insania correptæ essent, aduenienti Melampodi uati duas regni sui parteis, si gnatas suas curaret, pollicitus est. Vt ergo eas à furore liberauit, promissam accepit mercedem. Alteram partem cum fratre suo Biante partitus est: alteram, dimidiam nempe, sibi ipse retinuit: ut ita uniuersum regnum in tria scinderetur, in Melampidas, Bian*

tidas & Proetidas. Melampodis igitur filius erat Antiphates, cuius Oicles, cuius Amphiaraus. Biantis Talaus, cuius Adrastus. Proeti Megapenthes, cuius Hipponus, cuius Capaneus, cuius Sthenelus. Ortum est autem dissidium inter Amphiarai & Adrasti parteis, ut ab Amphiarao Talaus mortem oppeteret, Adrastus autem fugeret Sicyonem, Polybiq; filiam duceret: ibi quum socer eius Polybus sine mascula prole ex hac uita discederet, regnum Sicyonium genero Adrasto tradidit. Scite ergo dixit Pindarus, fugiebat Amphiaraum Adrastus, propter dissidium aduersus Melampodidas: postea tamen in gratiam redierunt.

c ¶ Neq; porrò Talai filij.) *Id est Adrasti, & eius posteritas & amici.*

d ¶ *Seditione compressi.*) *Quam Amphiaraus regni nomine concitarat.* e ¶ In Argiuorũ principum.) *Id est, Adrastus Talai filius cum suis, non amplius Argiui regni partem retinuit, quandoquidem ob patris sui internitionem, bellum & seditionem Amphiarai declinarit.* f ¶ *Quanquam meliore uiro.*) *Quomodo in gratiam redierint Adrastus & Amphiaraus cõmemorat. Meliore uiro, hoc est, ipso Adrasto, qui Amphiarao prudentior erat, lis prior inter Melampodidas & Biantidas orta componitur.* g ¶ *Quũ prioris mariti sui.*) *Modum explicat, quo Amphiaraum reconciliarit Adrastus. Eriphylam, inquit, sororem suam Adrastus in uxorẽ tradidit Amphiarao, ita lis est prior sedata. Porrò hæc Eriphyla, priori marito suo causa necis fuerat. Posteriorem uero Amphiaraum fratri suo Adrasto reconciliauit,*

h ¶ *Qui ueluti maximum.*) *Adrasti familiares per hoc quod Eriphylan Amphiarao matrimonio copularunt, fuerunt maximũ iusiurandũ: hoc est metaphoricôs, res certa, fidelis, firma, & perspicua. Summa, omnium reputati sunt celeberrimi, perinde ac iusiurandum firmũ, sanctum & celebre habetur.*

[a]Deinceps & Thebas septem portis insigneis electum exercitum duxerunt, [b]non iuxta fatalis augurij uiam: neq; enim fulmine deiecto, Saturnius à charis suis festinantes progredi excitauit, sed ab ea potius temperandum sibi profectione submonuit.

DYODECAS V.

[c]Perspicuum itaq; damnum accedere festinabat cœtus, [d]ferreis armis equestribusq; copijs. [e]Deinde quũ prope Ismeni ripas [f]dulci reditu liberati

berati corporibus [g]albicātē impinguarūt fumū. [h]Septem nanque pyræ robuſtos abſumpſerunt ui ros. [i]At uero Iupiter Amphiarao uehementiſsi mo tonitru profundam pectore terrā dehiſcere fecit, ipſumque unà cum equis abſorberi curauit,

DYODECAS VI.

Priuſquam animo confunderetur, bellaci dor- ſo Periclymenis haſta percuſſus. [k]Cæterum di- uinis præ terroribus & ipſi deûm filij in fugam ſe conuertunt.

a ℂ *Deinceps & Thebas.)* *Expeditionem quam Adraſtus & Amphia raus aduerſum Thebanos deſtinarunt, breuiter attingit, cuius in ſuperioribus ſæpe meminit: acris enim clades fuit, in qua ſeptem exercitus, ante ſeptem por- tas, nobiliſsimi principes amiſerunt. Huius belli argumento, Iſocrates probat Athenarum urbis benefacta, quod & antiquiores ſint cum Lacedæmonijs, tum præſtantiores benefaciendo. Nam Theſeo Athenienſium regi ab eo bello Adra ſtus ſupplicauit, ut eius autoritate poſſet impetrare à renuentibus Thebanis ſu- ſorum in prælio corpora ad ſepulturam. Citat eam hiſtoriam Iſocrates in enco- mio Helenæ, in Panegyrico, in Panathenaico, in Plataico & Archidamo: Ae- ſchylus in Tragœdia, quam Septem apud Thebas inſcripſit, ut Ariſtophanes in βατράχοις eam adducit.* *b* ℂ *Non iuxta fatalis augurij.)* *Non bo nis auibus ad Thebas profectos fratres illos Amphiaraum & Adraſtum innuit. Iouis enim fulmine admonitos, ut ne proficiſcerentur Thebas, ſed domi potius ſuæ apud charos & uxores & liberos manerent.* *c* ℂ *Perſpicuum itaque damnum.)* *Fatis Argiuos principes reſtitiſſe teſtatur, quum Iupiter tonitru & fulgure eos abſterruerit à profectione, & interim ipſi perrexerint proficiſci, periculum ſuum atque damnum accelerarunt.* *d* ℂ *Ferreis cum armis.)* *Hoc eſt, cum peditatu & equitatu.* *e* ℂ *Deinde quum prope Iſmeni.)* *Iſmenus Bœotiæ fluuius prope Thebas, ubi exercitus Adraſti & Amphiarai ce cidit & fuſus eſt. Quomodo perierint apud Iſmenum uel Thebas renitentes fa tis enarrat. Quia Iupiter eam urbem ſuis filijs Hercule & Libero patre nobi- litarat, ac Thebas ea de cauſa charas habebat, ipſe in hoc bello pro Thebanis & ſtetit & dimicauit, eorumque hoſtes fudit.* *f* ℂ *Dulcem reditum libe- rantes.)* *Dulci reditu liberati, ſiue ſoluti: hoc eſt, prope Iſmenum flumen cum*

Thebanis congreßi ceciderunt, adeò ut ad dulcem reditum non porrò accingerentur. Vel, reditum suum morte apud Ismenum persoluerunt. g ℭ *Albicantem impigrarunt fumum.*) *Dum enim fusi in prælio cremati sunt, fumus per pinguedinē albus est redditus: albus enim ferè fumi color dum in propinquo cernitur, apparet.* h ℭ *Septem nanq; pyræ.*) *Apud septem Thebarum portas, septem fusi exercitus: quos Adrastus Thesei ope à Thebanis recuperauit, ut paulò ante subindicatum, ad sepulturam: quæ erat, quod ueterum ritu corpora cremarentur.* πεῖραν *pro* ἐπειρατία, *fraude & dolo accipit, qualis est piratarum & marinorum prædonum.* i ℭ *At uero Iupiter.*) *Quod terra Amphiarao dehiscuerit, propterea quod cum Periclymeno conserere manum uoluerit, recitat. Fuit autem Periclymenus filius Neptuni & Chloridis filiæ Tiresiæ. Antequam ergo, inquit, Amphiaraus dorso suo Periclymenis tela exciperet, terra Iouis tonitru cogente absorptus est.*

k ℭ *Cæterum diuinis præ terroribus*) *Funesta est historia de expeditione Adrasti aduersum Thebanos: unde non multum laudis neq; Adrasto, neq; familiæ eius accedere potest: ideo apologeticam hic gnomen adiungit. Non est mirum, inquit, Adrastum & Amphiaraum non obtinuisse uictoriam apud Thebas: non enim cum hominibus, sed Ioue ipso pugnarunt. quasi dicat: Parū, imò nihil decedit uirtuti Adrasti uel Amphiarai, quod succubuerint, cæterū nihilominus fortißimi & nobilißimi principes existimandi sunt. Si enim homines cum hominibus depugnassent, eorum uirtus & auitum iuxtà decus enituisset. Adscribit posthac laudi Amphiarao, quod terra sit absorptus, nempe ne miserius & infelicius Periclymeni telo interijsset.*

[a] Si fieri poßit, Saturni, contumacem & arduam conflictationem per hastas à Phœnicibus missas, de morte & uita agentem quamlongißime reiecero. [b] Quæso te felicem fortunā Aetnæorum liberis diu tribuas

DYODECAS VII.

Iupiter pater, ac urbis uirtutibus uulgus admoue: sunt enim illic uiri equorū gerentes curā, [d] & animos rebus præstantiores habentes. [e] Incredibile fortaßis dixerim, quandoquidem lucrum uerecundiam & honestatē suffurari soleat:

que

quæ, uerecundia inquam, gloriam adfert Chromio, defendens ipsum tum in pedestri & equestri, tum nauali quoque pugnis, [f] ubi periculũ acris conflictus fecisti.

a ℭ *Si fieri posit.) A rebus gestis Adrasti, ad uictorẽ redit, à patria eum extollens. Meminit autem belli, quod Hieron & Gelon cum ingruentibus cum in Italiam tum Siciliam Phœnicibus gesserunt. Si fieri posset, inquit, Iupiter, bellum cum Phœnicibus gestum, quo utrinque acriter depugnatũ est, quamlongißime reiecero. Verbum ἀναβάλλομαι, quod & reijcere & præludere cithara sonat, hic ambiguam sententiam reddit. Si pro reijcere accipitur, clanculum indicat grauiter adflictam Siciliam in eo prælio: estque precatio, ut Iupiter in posterum à tali acerbitate prælij ipsum uictorem Chromium conseruet. Sin pro præludere, tum hæc Pindari mens est: Si poßibile est, repetam funestum bellum, in quo de uita & morte certatũ inter Siculos & Phœnices. Enimuero prior mihi sensus magis arridet. Est enim præteritio, qua sese protelaturum id bellum adfirmat: & interim tamen breuiter, quum ad Siculos & Aetnæos sese confert, eam belli historiã adducit.* *b* ℭ *Obsecro te felicem.* εὐχὴ *est & precatio, pro Aetnæorum sequundiore successu. Sunt enim illic equorum curam.) Ab equitatu & diuitijs Aetnæos laudat: equos enim alere, est opulentiorum.* *d* ℭ *Et animos rebus præstantiores.) A sapientia Aetnæos extollit.* *e* ℭ *Incredibile fortaßis.) Chromium à uerecundia & pudicitia, summa in adolescente uirtute, prædicat: idque à contrario gnomes argumento ducto. A lucro & pudicitia & uerecundia uincitur: at uerecundia Chromij neque terrestri neque nauali pugna expugnari superari ue potuit.*

f ℭ *Vbi periculum.) Apostrophe ad Chromiũ.* ὀξείας ἀϋτᾶς, *acris prælij. Spondeus & Bacchius.*

DYODECAS VIII.

[a]In bellis ergo dea illa bellicosum eius animũ instruebat, ut sese de Martis peste ulcisceretur. [b]Iam paucos est reperire, qui instante pugna nubem, adeoque hostium ordines à sese manu & consilio uertere queant. [c]Prædicatur quidem decus Hectori florere ad Scamandri fluxum. At circa præcipitio profunda [d]Helori littora,

DYODECAS IX.

Quem locum [e] Martis transitum uocant, in prima ætate hæc [f] Agesidemi filio lux emicuit. [g] Alia uero aliis diebus pleraque & in puluerulenta terra, aliaque in insulis facinora eius egregia percen-
» seo. [h] E laboribus quidem, in iuuentute iuste per-
» actis, senij tempore dies ipsa transigitur. [i] Sciat
» autem se nactum à dijs admirandam felicitatem,

DYODECAS X.

» Qui cum rerum copia, gloriosam pariter lau-
» dem tulerit. Nam eiusmodi homini non licet por
» rò alium felicitatis scopũ pedibus suis attingere.
» [k] Symposium uero quietẽ amat. Et recenter cõ-
» parata quidem uictoria, dulci encomio augustior
» fit. [l] Atqui cõfidens & alacris uox apud [m] craterẽ æditur, quem haud iniucundum hymni præcentorem quisquam nunc misceat.

DYODECAS XI.

Ac in argenteas phialas [n] uiolentũ uitis filium infundat. [o] Quas olim [p] equi domino suo Chromio, è [q] sacra Sicyone cum recte textis Apollinis coronis tulerunt. [r] Hanc ipsam illius uirtutem celebrare, ac non sine Gratijs multo uenerari præconio, uictoriarum proxime Musas apprehenso scopo, equidem ardeo.

a ℂ *In bellis ergo.) Pudicitiam deam fingit, quæ cum in bellis adiuuerit ut uinceret.* *b* ℂ *Iam paucos est reperire.) Gnome est, qua paucos consilio & fortitudine in rebus bellicis præstanteis reperiri adseuerat.*

c ℂ *Prædicatur quidem gloria Hectori.) A cõparatione. Hectori Chromium comparat, & non Achilli uel Aiaci: ideo quod perinde Chromius pro*

patria,

patria, atq; Hector pugnauerit. d ℂ Helori.) Apud Heloru͂ amne͂ Chromius Carchedonios fudit, Gelonem rege͂ adiuuans Hippocratis successore͂. Helorus, inquit Stephanus, Siciliæ fluuius est, unde ciuitas eiusdem nominis Helorus. Fluuius ille pisces habere dicitur, qui è manibus hominu͂ cibum sumunt, ut Apollodorus Chronicoru͂ suoru͂ primo tradit. Hæc Stephanus. Scholia de Heloro eadem ferè proferunt. e ℂ Martis transitu͂.) ἀρείας πόρον. Dubium est num sit legendu͂, inquiunt Scholia, ἀρείας πόρον, uel ῥείας πόρον, uel ἀρ{ά}απορον per hyphena. Atqui à Marte uel bello apud illum fluuiu͂ gesto per Gelone͂ & Chromiu͂, flumen ἀρείας πόρον uocitatu͂, ueluti belli fluxum seu transitu͂, probabile est. Tædiosum hic foret referre, quomodo ex Timæo confirment bellum hoc Hippocratem Geloorũ regem aduersum Syracusas mouisse, cuius hipparchus uel magister equitu͂ fuerit Gelon, Gelonis autem gener Chromius. g ℂ Alia uero alijs.) Apodioxis est, quâ, quum bellicas uirtutes Chromij, prope fluuium Heloru͂ enumerarit, alia eius nunc egregia facinora quæ cum cõtinenti seu terra, tum mari peregerit, in aliud tempus procrastinaturum, ceu iam non uacaret, nec temporis ratio pateretur, dicit.

h ℂ Porrò è laboribus.) A fructu uictoriæ. Est au͂t sententia generalis, qua iuuentutis uirtutes & cõmoda, senij dicit esse releuamina. i ℂ Sciat se nactum à dijs.) Alia gnome est προσαποδόσει ornata, cui plures bactenus similes attulit, qua & omnes alios uictores, Chromiu͂ præcipue beatum esse pronunciat. k ℂ Symposium quietem amat.) Comparat inter sese, symposium, quietem, uictoriã & encomiu͂. Vt conuiuiu͂ iucundum, amœnu͂ & dulce est, in quo desunt rixæ, iurgia, contentiones, & quies, pax & amica societas præstò est: ut inquam quies, pax, & unanimitas, & amica conuersatio conuiuarum, ipsum conuiuiu͂ exornant, sic hymnus & encomium uictoriam & nicephoros decorant. l ℂ Porrò confidens uox.) Crater ad finem uictoriæ statuebatur, quo libabant dijs, & quo uictori gratificabantur, ut è Scholijs colligitur: hincq; initium sumebat laus uictoris & conuiuium. Est ergo hæc metaphora: Misceat nunc & apparet nobis aliquis craterem, quo uictorem suæ uictoriæ nomine celebremus. m ℂ προφήτην.) Pro prooemio & principio conuiuij & laudis accipit. Potest etiam simpliciter de cõuiuij cratere accipi, ut sic hymnu͂ & encomion conuiuali lætitiæ adæquet. Quemadmodum dulcia miscentur colloquia circa pocula & crateres, & conuiuæ exhilarantur: hunc ad modum uictor Sicyonioru͂ Pythiorum hymno, quo uictor celebratur, gaudet & lætatur. Et crateris cõmodum meminit, quod amplioris uasis uini nomen est, παρὰ τὸ κρατέω, id est capio: quia ad phialas argenteas, quas ex uictoria retulerit, orationem sit translaturus. n ℂ Violentu͂ uitis filium.)

προφήτης.

Periphrasis Bacchi. o ℭ *Quas olim.) A uictoriæ præmio. Sicyon enim Pythiorum suorum uictoribus phialas argenteas pro* ἐπάθλῳ *dabat.*

p ℭ *Equi hero suo.) Hic Chromius ipse uictoriæ non interfuit, sed currum misit, cuius gubernator domino suo Chromio honorē & decorem attulit.*

q ℭ *Sacra Sicyone.) Sacram ideo Sicyonem dici Scholia putant, quod super eam sita fuerit Merone, ubi deorum sedes sit, Hesiodo & Callimacho testibus. Verum quid obest eam sacram appellari, Pythiorum certaminum nomine?* r ℭ *Hancipsam illius.) Voto cludit encomiū.*

THIAEO VLIAE FILIO LVCTATORI, ODE X.

STROPHE I. COLON XI.

D[a]Anai urbem, & stemmatis præclarū [b]quinquaginta filiarum eius Argum, Iunonis diuinā domum, Gratiæ celebrate. Collucet aūt innumeris uirtutibus, fortium gestorū causa. [c]Sunt enim prolixæ
1 de Perse historiæ, quomodo sese circa Medusam
2 ille Gorgonē gesserit. [d]Dein multæ in Aegypto
urbes sub Epaphi manibus habitatę sunt. [e]Neq;
3 uero Hypermnestra errauit, suum unius sententiæ gladium in uagina retinens.

ENARRATIO.

Argumentum. *A patria uictoris orditur, insignia Argiuorū facta enumerans: deinde ipsum uictorem Thiæum à uictoria Hecatombæorum, à Pythia, Isthmia, & Nemea uictorijs, à laude Athenis parta, à maioribus matris, à uictoria Argiuorum, à cognato Pamphaë laudat: à quo ad Castorem & Pollucem digreditur, Tyndaridarum fato hanc oden cludens. Et quia à uictoria Hecatombæorum Argiua potissimum hunc cōmendet, deinde uero reliquas etiam uictorias, Pythiam, Isthmiam & Nemeam congerat, Olympiam uero exoptet, ideo quidam & hanc oden à Nemeonicis, perinde ac priorem, separandam putant.* a ℭ *Danai urbem & stemmatis.) Danaus Beli filius in Argo regnauit. Rogat aūt Gratias, ut Argum urbem & regionem Peloponnesi celebrent. Quia enim Argus*

patria

patria est Thiei, ideo exordium huic odæ ab Argo & insignibus eius heroibus & principibus attexit. Danaum Beliden appellat Hypermnestra, *dum ita dormientem Linum excitat:*

Surge age Belidæ de tot modo fratribus unus,
Nox *tibi ni properes ista perennis erit.*

b ¶ Quinquaginta *filiarum.) Danaum quinquaginta filiarum patrem fuisse* Euripides *etiam testatur in Tragœdia, cuius initium est:*

Δαναὸς ὁ πεντηκόντα θυγατέρων πατήρ.

Quem *uersum* Isocrates *unà cum alijs aliarum* Tragœdiarum *duobus protulit antequam exhalaret animam, ut est in uita eius apud* Plutarchum. *Argos Iunoni charum extitisse &* Homerus *adfirmat, hisce uersibus:*

ἤτοι ἐμοὶ τρεῖς μὲν πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες,
Ἄργος τε Σπάρτη τε καὶ εὐρυάγυια Μυκήνη.

Quos *ita uertere queas:*

Summus amor meus est in treis, nec decidit, urbeis:
Argos, dehinc Spartam, spatio pandaq; uiarum
Insignesq; Mycenas.

c ¶ *Sunt prolixæ de* Perseo *historiæ.) Argos à claris principibus & heroibus euehit, & primum à* Perseo, *qui Argiuus fuit,* Danaës *matris nomine. Natus est hic ex Ioue in aurum permutato, &* Danaë Acrisij *Argiuorum regis filia, qua de in 3. Carminum* Horatius:

Inclusam Danaën *turris ahenea*
Robustæq; fores, & uigilum canum
Tristes excubiæ, munierant satis
Nocturnis ab adulteris:
Si non Acrisium uirginis abditæ
Custodem pauidum, Iupiter & Venus
Risissent.

Ideo enim turri incluserat, ne uiro per cõcubitum alicui iungeretur, postquam ex oraculo didicerat, ex ea orituram prolem, excidium Acrisio & perniciem apportaturam. Perseus ergo Danaës & Iouis *filius, ut caput uiperis intortum Medusæ amputarit, est apud Ouidium lib. 4. & 5. Metamorph. Fuerunt autem Ouidij sententia duæ* Gorgones, *quæ ambæ uno duntaxat oculo utebantur, eiusdem ambæ pulchritudinis. Porrò Medusæ aureos crines in angues propterea mutatos 5. Metamorph. scribit, quod eam* Neptunus *in templo Mineruæ uitiarit, unde indignata dea crines eius in angues permutauit: factumq; ut quisquis Medusam intueretur, lapidesceret, uel in lapidem uerteretur. Ouidij hac de re uersus sunt:*

—Clarißima forma
Multorumq; fuit spes inuidiosa procorum

Danaus ex Aegypto fugiens Argũ uenit, ante Troianum bellũ. Isocr. in Encomio Helenæ.

Illa, nec in tota conspectior ulla capillis
Pars fuit: inueni, qua se uidisse referrent.
Hanc pelagi rector templo uitiasse Mineruæ
Dicitur: auersa est, & castos ægide uultus
Nata Iouis texit: ne'ue hoc impune fuisset,
Gorgoneum crinem turpes mutauit in hydros.

Scholia uero Pindarica ideo à Minerua admissum Persea Medusæ tradunt, quod ea pulchritudine sua Mineruam prouocarit. Quomodo postea Andromedem Cephei & Cassiopeæ filiam scopulo alligatam, & immanis belluæ marinæ ingluuiei expositam liberarit, ex Ouidij 6. Transform. planum fit.

d ℂ Dein multæ in Aegypto sub Epaphi.) *Argiuos & in Aegyptum usq; manus extendisse, Epaphi paradigmate probat. Fuit autem hic Epaphus Aegypti rex Iûs (Inachi Argi fluminis gnatæ) & Iouis filius: à matre quidem Argiuus. Ouidius primo Metamorph.*

Hinc Epaphus magni genitus de semine tandem
Creditur esse Iouis, perq; urbes iuncta parenti
Templa tenet. *Isocrates in Busiride: Busiris, inquit, à patre quidem Neptuni, à matre uero Libyæ, filiæ Epaphi, filij Iouis, gnatus erat.*

e ℂ Neq; uero Hypermnestra.) *In laudem Argiuorum, pietatem hoc tertio loco Hypermnestræ, Danai filiæ, profert. Quum enim quinquaginta fratres, quinquaginta filiabus Danaus suis copularet, regno suo timens inter generos diuidendo, egit cum filiabus suis, ut una nocte, qua matrimonij lege iungendi essent, in somno uinoq; obrutos ferrum distringerent. Patris scelerato imperio, præter unam hanc Hypermnestram, omnes sunt obsecutæ. Ideo nõ iniuria, ob eam suam pietatem & synceritatem, à poëtis & historicis hæc puella commendatur. Hanc historiam recenset ipsa Hypermnestra apud Ouidium in Epistola ad Linum, cuius initium est:*

Mittit Hypermnestra de tot modo fratribus uni. &c. *Quæ epistola huic Pindarico loco lucem adfert. Sponsum huius Hypermnestræ Linum uocatum epigrapha epistolæ ouidianæ testatur, si modo titulus non est uanus. Scholia Pindarica Lynceo illi nomen indunt.*

ANTISTROPHE, COLON XI.

4 [a]Diomedem in diuorum immortalium numerum flaua Minerua quondam retulit. [b]Thebana
5 tellus Iouis fulmine icta, uatem Oëclis filium Amphiaraum

phiaraum ſuſcepit,[c] belli nubem.[d] Et pulchre mu 6
lieribus olim dominatus eſt Iupiter,ad Alcmenã
Danaamq́ perueniens, rationem hanc demon-
ſtrauit.[e] Qui & Adraſti parenti Talao,Lynceó- 7
que mentium fructum recto concinnauit modo.

EPODOS, COLON XII.

Sed & bellum Amphitruonis aluit Iupiter,ac 8
fortuna prſtantiſsimus illius generi adſcitus eſt
quũ ferreis armis Teleboas oppugnaret.[f] Tum enim facie adſimilatus Amphitruoni Iupiter, im mortaliũ rex aulam ingreſſus eſt, intrepidum ſe-
men adferẽs, Herculis puta.[g] Cuius per Olym- 9
pum uxor Hebe prope matrem ſuam[h] Telian, pulcherrima deûm incedit.

a ¶ Diomedem.) *Laudat iam Argos ab indigenis dijs: ex heroïbus enim Argiuis aliquot in deorum numerũ adſciti ſunt, ut Diomedes & Amphiaraus. Diomedes igitur Tydei filius ducta Hermione in uxorem, unà cum Caſtore & Polluce in deorum catalogum & naturam relatus eſt, tali quidem origine. In Thebano bello Melanippus Thebanus heros Tydea ſauciauit: quare excandeſcẽns ira Tydeus rogauit Amphiaraum, ut ſibi caput Melanippi adferret. Allato ergo capite non ſaturauit ſtomachum ſuum tanto ſpectro, ſed carnes etiam eius capitis exedit. Minerua uulnerato Tydeo immortalitatem impertijt: ſed quum animaduerteret ſe ob carnium illarum eſum non poſſe eo dono frui, Mineruam rogauit Tydeus, ut eam immortalitatem filio ſuo Diomedi cõmunicaret. Hunc ergo ad modum Diomedes ex homine in diuinam eſt tranſmutatus naturam. Hæc Ibycus, Polemon & Euripides in Meleagro de Diomede memorant. Colitur numinis loco apud Argyrippos, Metapontios & Thurios.*

b ¶ Thebana tellus.) *Argiuos ab Amphiarai natis immortalitate commendat. Amphiaraus enim ut immortalis fieret, in Thebano bello terra unà cum curru ſuo receptus & abſorptus eſt, quum ipſa primum terra Iouis fulmine diſſecta & aperta eſſet: quo de in præcedenti ode ſatis etiam multa prædicta.*

c ¶ Belli nubem.) *Metaphora eſt. Qui Amphiaraus nubis inſtar, magna manu ex Argo Thebas profectus eſt. Vel accuſatiuus per ablatiuum reddi*

potest: Belli nube, hoc est, in ipso denso prælij conflictu. d ℭ Et *pulchre comatis.) Argûs hic ab heroidibus etiam, nõ solum ab heroibus, effert: quemadmodũ suprà à dexteritate* Hypermnestræ, *ab* Alcmena Amphitruonis *uxore, & Danaë Acrisij filia, quibus cum rem habuit, Argiuis matronis. Vt uero in aureum sese imbrem permutarit accedens* Danaën, *suprà etiam ex* Horatio *indicatũ. Extat ea etiam in Metamorphosi Ouidiana fabula, & apud* Isocratem *in* Encomio Helenæ. *Vt uero sese Amphitruoni adsimilarit Alcmenam ingratidans, facete in Amphitruone Plautina lusum est: cuius rei &* Isocrates *in* Encomio Helenæ *meminit.* e ℭ *Qui & Adrasti parenti* Talao *&* Lynceo.) *Talaum & Lynceum prudentes fecit principes Iupiter. De Talao in oda præcedenti nonnihil dictum. Lynceus item Argiuus rex ad maiores Persei ratione matris pertinens, ut Scholia: ut* Pausanias, *referente* Erasmo *in adagio, Lynceo perspicacior, Danai successor.* f ℭ *Tum enim facie Amphitruoni.) Quum Iupiter cum Alcmena concumberet, nox ea aliarum trium noctium longitudinem adepta est. Vnde Hercules trinoctio illo conceptus, dicitur apud Lucianum* γὰ γυνπνίῳ τριέσπερ@. Ex Ioue Herculem, ex Amphitruone in*sequenti nocte Iphiclẽ Alcmena peperit.* g ℭ *Cuius per Olympũ uxor.) Digreditur ad immortalitatem Herculis. Hebe, inquit, filia* Teléiæ, *id est* Iuno*nis, uxor est Herculis.* h ℭ *Telian.) Hebe filia Teliæ. Pubertas filia est perfectionis. Perfectio generat pubertatem apud superos. Hoc est, qui sempiterna felicitate fruuntur, pubertatem habent: id est, semper uigent & florent immarcessibili ætate. Teliam autem ipsam Iunonem uocat. Aeschylus* ἐπιθετικῶς *Iouis sororem & coniugem* τελείαν *salutat, inquiens,* ἥρα τελεία ζυγὸς θνητοῖς δάμαρ. Iuno Telia, *hoc est, perfecta Iouis genialis coniux. Nuptiæ humanæ uitæ & societatis perfectionem apparant.*

STROPHE II. COLON XI.

[a]Proinde antea me sermo defecerit, quàm omnia præclara enarrauero, quæ Argiuũ delubrum tenet. [b]Cæterum excedere modum in rebus, graue est hominibus. [c]Attamen excita lyram, luctarumq; curam accipe. [d]Certamẽ enim æreum, populum ad litandum Iunoni hortatur, ad præmiorumq; iudicium, ubi Vliæ filius Thiæus uictoria insignis, [e]bina uice [f]fortunatorum laborum obliuionem nactus est.

εὔχορδον sonoram

ANTIST.

ANTISTROPHE, COLON XI.

Obtinuit item [g]græcum quondam in Pythone exercitum fortuna concomitatus: & Isthmici & Nemei certaminis uictor, [h]coronam Musis, unde hymnorum occasionem sumant, dedit. Ter in [i]ponti quidem portis bonam sortem adsequutus, ter item in ueneranđis campis [k]in Adrasteis pascuis. *Iteratio.*

a ℭ *Proinde antea me sermo.)* *Insignia Argiuorum facinora uoto & ab impoßibili claudit.* *b* ℭ *Cæterum excedere modum.)* *Rationem conclusionis reddit.* *c* ℭ *Attamen sonorã excita lyram.)* *Ad ipsum uictorem Thiæum nunc citharam dirigit. Non sic, inquit, ab Argiuis mihi maioribus discedendum, ut nõ posteriores etiam recorder, quorũ de numero hic est Thiæus.*

d ℭ *Certamen enim æreum.)* *Iunoni sacrum certamen in Argo agitur, Hecatombæa, nomen habens à centum bubus: in ea enim panegyri centum bubus Iunoni litabant.* ἡραῖα *dicebantur etiam hi ludi, quod perinde sonat ac si dicas Iunonia. In hisce ludis Thiæus lucta uictoriam obtinuit. Aereum certamen dicit, uel metaphoricôs pro forti, uel quod ærea arma, uictoriæ præmium erant.* *e* ℭ *Bina uice.)* *Bis uictoriã in Hecatombæis retulit. Periphrasis enim uictoriæ est, à fructu. Victoriæ enim dulcedo efficit, ut laborum ante uictoriam toleratorum obliuiscamur.* *f* ℭ *Fortunatorum laborum.)* *Græce est* εὐφόρων, *hoc est, facilium. Victoria enim parta, labores qui præcessere, & faciles & iucundi sunt, Legitur &* εὐφρόνων, *hoc est, iucundorum. Dulcescunt enim post obtentam palmam labores.* *g* ℭ *Græcum in Pythone exercitum.)* *Id est, antagonistas Pythij certaminis: à Pythia uictoria eum prædicans.* *h* ℭ *Coronam.)* *Pythiam & Nemeam. Musis dedit occasionem, ut Pythiam & Nemeam eius uictoriam celebrarent.* ἀρόσαι *colere: ut suprà poëtas Pieridum nominauit* ἀροτὸς, *id est, cultores.*

i ℭ *Ponti portis.)* *Repetit quod dixit, & clarius exponit. Ponti portæ, est periphrasis Isthmiorum.* *k* ℭ *In Adrasteis pascuis.)* *Periphrasis Nemeorum. Ter uictoria potitus est in Nemeis, quæ sunt à septem apud Thebas instituta, quorum Adrastus unus est.*

[a]Iupiter pater, quæ mente quidem expetit, ore conticet. [b]Omnis autem operũ finis & consum-

» matio in te eſt, [c]neq; ignauo corde adferens au»
» daciam à te gratiam petit.

EPODOS, COLON XII.

[d]Cognita Deo cano; [e]& ei qui circa ſummorũ certaminum cacumina inuigilat. Supremum autem Piſa Herculis [f]inſtitutum habet. Suaues certe uoces dilucide [g]in feſtiuitatibus Athenienſium bina ipſum uice [h]per interualla laudauere. [i]Terra uero igni adusta, [k]fructus oliuæ ad Iunonis magnanimum populum acceſsit in uariegatis uaſorum ſeptis.

a ❨ *Iupiter pater.)* *Apoſtrophe ad Iouem, qua & Vliæ filium Thiæum Olympiam etiam uictoriam optare dicit, non ſine labore quidem, quum citra laborem ea conſtare non poßit. Attamen adeò uerecundus eſt, ut non audeat palàm eam à te uictoriam poſtulare.* *b* ❨ *Omnis autem operum.)* *Eſt gnome, qua uictoriam in Iouis nutu conſiſtere uerè dicit.* *c* ❨ *Neq; ignauo corde.)* *Et animo & corpore robuſtus tuum implorat auxilium, ut circulum Græciæ ludorũ abſoluat, per te Olympia etiam uictoria accepta.* *d* ❨ *Cognita Deo cano.)* *Suſpicionem falſi præoccupat. Iupiter Olympiorũ præſes me uera dicere nouit.* *e* ❨ *χ' ἄϊστις pro καὶ ἄϊστις.)* *Ad Thiæum refertur melius. Hoc eſt, & Ioui cognita cano, & ei non inexplorata, qui certat ſumma certaminum culmina conſcendere, hoc eſt, Olympiam uictoriam obtinere.*

f ❨ *τεθμόν.)* *Doricum eſt, pro θεσμόν. Hercules enim Olympiaca inſtituit, ut in Olympiacorũ origine ſubindicatum.* *g* ❨ *In feſtiuitatibus Athenienſium.)* *Id eſt, Panathenæis, quibus nomen eſt ab omnium Athenienſium uel Atticorum ſolenni cõuentu: unde etiam Iſocratico Panathenaico nomen eſt inditum.* *h* ❨ *ἀμβολάδαν.)* *Hoc eſt, non uno tempore, ſed per interualla. παρὰ τὴν ἀναβολὴν, hoc eſt, à dilatione, uel procraſtinatione, uel reiectione.* *i* ❨ *Terra uero igni aduſta.)* *Quid præmij ex uictoria Panathenæorum retulerit, hydriam, aqualem, uel urceum oleo plenũ. Primum hic eſt ἀσύνδετον, dum ait: Terra uero igni aduſta, fructus oliuæ, pro, & fructus oliuæ. Deinde, Terram igni uſtam, ipſum urceum, qui igni conſolidatur & induratur, dicit. Vas enim fictile primum ex luto fingitur, deinde igni conſolideſcit. Vel pro æreo uaſe accipit: æs enim primum è terrea materia*

ria conflatur, deinde ex ære uasa funduntur. k ¶ Fructus oliuæ.) *Est ipsum oleum. Dabatur aũt præmij loco uictori Panathenaico, uas æreũ, oleo refertũ: quod Minerua olei inuentrix fuerit. Nec ulli nisi uictori ex Attica oleum euehere licebat: quod uas pulchre pictura, ut par erat, exornatum conspiciebatur. Summa, Thiæus Panathenæorum uictor, uas oleo oliuarum refertum Athenis Argum pertulit.*

STROPHE III. COLON XI.

[a]Sequitur autem Thiæe, ab auunculis maternis celebre genus uestrum gloria certamina decens, unà cum Gratijs & Tyndaridis frequenter. [b]Atqui dignus ego iudicari queã, Thrasycli Antiæq; cognatus existens, in Argo, [c]non occultare oculorum lumen. [d]Quot enim uictorijs diues illa urbs Prœti floruit? [e]Corinthiacis iugis & [f]Cleonæos apud uiros quater uictoria conspicua fuit.

ANTISTROPHE, COLON XI.

[g]Sicyone uero argenteis phialis uino aptis honorati recesserunt Argos. [h]E Pellene induti tergum molli purpura redierunt Argos. [i]Verum æris indicare multitudinem uires meas excedit: maiore enim ocio indigeret, enumerare quantũ æris [k]Clitor, Tegea, Achæorumq; excelsæ urbes, quantum deniq; [l]Lycæũ, prope Iouis aram contulerint, ubi tum manuum tum pedum robore [m]uicerunt.

a ¶ *Sequitur autem Thiæe.) A matris maioribus.* μήτρωες *& matris fratres & maiores significat. Genus tuum, inquit, ô Thiæa clarum est, matris nomine, cuius cognati Antias & Thrasycles nonnihil ad Castoris & Pollucis stirpem pertinent, quemadmodum subiungit.* b ¶ *Atqui dignus ego.) Hæc poëta in persona Thiææ dicit per prosopopœiam, uel* μίμησιν.

c ¶ *Non occultare oculorũ lumen.) Quum uictoriam, inquit, ego Thiæas obtinuerim in Argo, meorum oculorum fulgorem non occultauero: id est,*

non defigam in terram oculos ceu deuictus, sed libere circumspiciã, uictoris instar. Solent enim sontes & rei & noxij & deuicti, pudore suffusi, & caput & oculos in terram declinare, non libere circumspicere ausi. d ℂ Quot *enim uictorijs diues.*) *Ad Argi laudem redit, ipsum à* Thiæi *maiorum uictoria extollens.* Vrbem Prœti *hic* Argos *appellat, quam principio huius odæ* Danai *ciuitatem nominauit.* Prœtus *enim* Abantis *Argiuorum regis filius, patri in regno successit.* e ℂ Corinthiacis *secessibus.*) Hoc est, Isthmijs *ludis uicerunt* Thiæi *maiores.* f ℂ *Cleonæos apud uiros.*) Hoc est, in Nemeis *ludis.* Cleonæ *enim, ut* Plinius *refert lib. 6. cap. 6. &* Clitorium Nemeam *regionem includunt.* A Cleonis, *leo* Cleonæus, *ab* Hercule *apud* Molorchum *pastorem hospitem agente, interfectus dicitur. Atq; ipsas* Cleonas *pro* Nemeis *hic ludis accipit.* g ℂ *Sicyone.*) *Vt in* Pythijs Sicyonijs *argenteæ phialæ niceterij loco sint datæ, quum è præcedenti ode planum sit, nõ est necessium eadem hic repetere.* h ℂ E Pellene.) *Ciuitas* Achaie *est* Pellene, *ut* Stephanus & Plinius *lib. 4. cap. 6. memorãt. Aguntur aũt* Pellenæ *Dija, à* Ioue *nomen gerentia festa, uel* Theoxenia. *Certaminũ quæ illic agebantur præmiũ erat chlamys uel chlæna, uestis qua hybernum frigus arcetur, ut in* Olympijs *etiam traditum.* i ℂ *Verum æris.*) *Aeris, hoc est, æreorũ præmiorum uel armorum ex ære factorum. In plerisq; nanq; certaminibus lebetes, & ærea scuta dabantur, uictoriæ merces.* k ℂ Clitor & Tegea.) *Vrbes sunt* Argolicæ. Tegeam Stephanus *in* Arcadia *recenset.* l ℂ Lycæum.) Lycæum Arcadiæ *montem* Plinius *lib. 4. cap. 6. tradit, in quo* Iouis *sit delubrũ.* Stephanus Lycæã *urbem* Arcadiæ *ex* Theopompo *refert: fortasse hanc ipsam* Pindarus *intelligit: etsi genere uarient.* Theopompus *enim* τὴν Λυκαίαν, Pindarus τὸ Λύκαιον *habet. Fieri potest quod proxime* Lycæum *montem eiusdem nominis urbs* Λυκαία *habitata sit. Enimuero quid attinet hic multa coniecturare?* m ℂ *Vicerunt.*) *Manuum robore, periphrasis est pugilatus. Pedum robore est periphrasis cursus. Manuum robore & pedum, ipsum & pancratium intelligi potest.*

EPODOS, COLON XII.

[a]At Castore cum fratre suo Polluce ad hospitium diuertente, apud cognatũ tuum Pamphaën, [b]non mirum est uestro generi insitum & agnatũ esse, ut bonos Athletas proferat, [c]postquam latè patentis Lacedæmonis moderatores certaminũ

sortem

ſortem ac lætitiã cum Mercurio & Hercule administrant: [d]Siquidem ij ualde bonos uiros curant, ac fida deûm ſoboles exiſtunt.

a ℂ *At Caſtore cum fratre ſuo Polluce.) A cognato uel maiorũ uno Pamphaë effert Thiæum: cõmemorans tanta iuſtitia & pietate Pamphaën prædi-tum fuiſſe, ut Tyndaridæ ad eum diuerterint, nempe quando alternis iam in cœlis, iam apud homines agunt. Tum enim diuerterunt ad Pamphaën, ad genus Thiæi pertinentem, quando immortales illi fratres Caſtor & Pollux in terris agunt. Quomodo uerò alternis aliàs in cœlo, aliàs in terra, uel ſub terra agant, & Homerus indicat, dum inquit:*

ἄλλοτε μὲν ζώουσ᾽ ἑτερήμεροι, ἄλλοτε δ᾽ αὖτε
τεθνᾶσιν, τιμὴν δὲ λελόγχασι ἶσα θεοῖσι.

& Pindarus hoc loci ſubijcit. Porrò in tertia Olympiorum ode Caſtor & Pollux amantes hoſpitum prædicantur: ac in panegyri Theoxeniorum dij hoſpitio & expectabantur & ſuſcipiebantur. Fieri ergo poteſt, quod & hoc loci Pindarus à Pamphaë in Theoxenijs Tyndaridas hoſpitio ſuſceptos putet. Magnam autem eius hominis & pietatem & religionem eſſe operæpreciũ fuerit, ad quem dij diuertant. In ſacra Bibliorum hiſtoria (quur enim & eius hic nõ liceat meminiſſe) Abraham & Lot & angelos & Deum exceperunt in domum ſuam, id quod & ad Hebræos Epiſtola teſtatur, 11. cap. Illi diui patriarchæ uerè Theoxenia celebrarunt: quorum reſpectu Argiuorum Theoxenia à Tyndaridis inſtituta, ſomnium ſunt & umbræ ſomnium. Chriſtiani Theoxenia agunt quoties καὶ τὸν λόγον θεοῦ τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν ἐγκλείζουσι, καὶ τῇ τοῦ κυρίου τραπέζῃ χρῶνται. *Verum hæc aliò pertinent.* *b* ℂ *Non mirum eſt ueſtro.) Quia Pamphaës hoſpitio excepit Tyndaridas, ideo eorum beneficio, ueſtro Thiæe, inquit, generi uictoria certaminum confertur.* *c* ℂ *Poſtquam latè patentis.) Tyndaridæ diſpenſant lætitiam & conuiuia, quæ uictores concernunt, unà cum Mercurio & Hercule. Sunt enim illi certaminũ in Argo diſpenſatores, uel præſides Hecatombæorum. Hinc paulò ante dixit: Sequitur autem Thiæe ab auunculis maternis celebre genus ueſtrum gloria certamina decens cum Gratijs & Tyndaridis frequenter. hoc eſt, Caſtoris & Pollucis & Gratiarum beneficio.* *d* ℂ *Siquidem ij probos uiros ualde curant.) Amorum ſynceritate Thiæi maiores extollens, bonos uiros Tyndaridis curæ eſſe dicit, ac pariter fidem & amicitiam illorum ad memoriam reuocat. Fratres illi gemini, ut erga ſeſe ipſi fideles extiterunt, ſic erga ſuos cultores nihil non beneficiorum conferre ſolent. Sic & uobis ô Thiæe cõmodant.*

STROPHE IIII. COLON XI.

[a]Permutantes enim alternis diem quidem alteram charo patri Ioui tribuũt, alteram uero ſub occultis terræ locis [b]in Therapnes cõcauitatibus eandem ſubeunt mortem: [c]poſtquã hanc uiuendi rationem Caſtore in bello pereunte, Pollux eligere maluit, quàm ſolus deus eſſe, & in cœlo ſine fratre agere. [d]Hunc enim Idas boues ſurripientẽ conſpiciens, æreæ haſtæ acumine ſauciauit.

ANTISTROPHE, COLON XI.

[e]A Taygeto [f]pede radians [g]Lynceus in ſtipite quercus ſedentes conſpexit. Siquidem omnium hominum longe acutiſsimi uiſus erat Lynceus. Deinde ſubitò, celeri curſu ad eos geminos fratres peruenerunt, & ingens repente opus perfecerunt, grauiaq́ manibus perpeſsi ſunt à Dioſcuris [h]Apheretidæ. Mox enim proſtrato Caſtore Ledæ filius adfuit, perſequens Apherei natos: at illi prope patris ſui tumulum reſtiterunt.

EPODOS, COLON XII.

Vnde arreptam [i]Ditis ſtatuam, politam nempe petram, Pollucis in pectus iniecerunt: cæterũ neq; cõtundere, neq; cohibere ipſum potuerũt. [k]Excandefactus igitur celeri iaculo, in Lyncei latera ferrum traiecit. [l]Iupiter deinde in Idam igniferum fumidumq́ deiecit fulmen, ſicq́ unà exurebantur & interibant ambo. [m]Adeò difficile eſt, fortioribus repugnare uelle.

STROPHE V. COLON XI.

Ilicet ad fratris uiolentiam reuerſus Tyndarides,

des, nondum planè mortuū, ſed adhuc anxie re-ſpirationibus rigentem reperit. Calentibus itaq; lachrymis profuſis, & gemitu facto repente clamauit: "Iupiter pater, ecquis tantorum luctuum finis erit? Et mihi cum hoc infligas mortē ô rex.
" Orbato enim amicis uiro omnis abit honor. Iam
" & pauci mortaliū in adflictione fideles īueniunt,

Id eſt, reſpirantem & palpitantē.

ANTISTROPHE, COLON XI.

" Qui laborem & curam amici ſuſcipiant, aut le-
" uaſsint. Sic dixit. At Iupiter ſic orſus contrà, id uerbi proloquutus eſt: °Tu quidem mihi filius es, illum uero deinde Tyndarus heros matri tuæ appropinquans, maritus ipſe, mortale ſemen ſtillauit. Sed age tamen, horum tibi optionem do: Siue mortem fugiens, iuuiſamq; ſenectam, in Olympo malis agere, unà cum Minerua, cruentoq; Marte,

EPODOS, COLON XII.

Eſt harum tibi rerum ſors. Sin circa fratrem pugnando, in omnibus tuis cum eo æque diuidere cogites, partim quidem ſub terra deliteſcens ſpiraueris, partim uero in aureis cœli ædibus. Hæc ubi fatus eſſet Iupiter, non duplex animo conſilium Pollux uolutauit, ᵖreſoluit ſtatim oculum, dehinc uocem reduxit armati adeoq; fortis Caſtoris.

a ℂ *Permutantes enim alternis.)* *Ad Caſtoris & Pollucis fata digreditur, mutuā illorum fidem & amicitiam exponens. Hac enim ratione diſtributā inter ipſos immortalitatem, ut altera die apud ſuperos, altera apud mortales in terris agant: iuxta Pindari ſententiam.* *b* ℂ *In Therapnes.)* *Therapne*

Laconicæ oppidum, cuius & suprà in Olympijs facta mentio, & alijs paßim Pindaricis, & Encomio Helenæ apud Isocratem, ubi Castor & Pollux & Helena in lucem sunt progeniti. Sunt qui pro Lacedæmone accipiant: de qua satis in tertia Olympiorum ode. c ¶ *Postquam hanc uiuendi.)* *Modum historica narratione subiungit, quo Castor & Pollux alterna uita & morte potiantur: uel, alternis diebus & in cœlo & terra agant.* d ¶ *Hunc enim Idas.)* *Historia de Castoris interitu plana est apud Pindarũ, ut ob abactos surreptosq; boues interierit. Scholia uero hunc ad modum Tyndaridarum fata tradunt. Lynceus & Idas Apherei filij, Leucippi filias Phœben & Elairam in uxorem ambierunt: ad horum nuptias inuitati Castor & Pollux, sponsas illas abreptas abduxerunt. Hinc exorto nuptiarum causa prælio, Castor occiditur. Deinde Pollux utrunq; fratrem, Iouis patris fulmine adiutus, interemit.*

e ¶ *A Taygeto.)* *Mons est Laconicæ Taygetum. Stephanus.*

f ¶ *Pede radians.)* *Propter uelocitatem, pede fulgentem Lyncea appellat, metaphoricôs.* g ¶ *Lynceus.)* *Hic Lynceus est de quo prouerbiũ, Lynceo perspicacior.* h ¶ *Apheretidæ.)* ἀφαρητίδαι, *patronymicum ab* ἀφαρεὺς. *Idas & Lynceus Apherei filij.* i ¶ *Ditis statuam.)* *Ditis statuam, lapideam columnam appellat, quod uita defunctis erigatur, qui in Ditis regia recubãt: id est, qui mortui sunt. Euulsam ergo statuã à monumento patris sui Apherei, in Pollucem proiecerunt.* k ¶ *Excandefactus.)* *Lynceus ferro Pollucis traiectus.* l ¶ *Iupiter uero in Idam.)* *Idas fulmine Iouis ictus, perijt ob interfectum Castorem.* m ¶ *Adeò difficile est.)* ὑποφώνημα, *gnomen inclusam habens & prouerbiũ. Apheretidæ sese præstantioribus congreßi interierunt.* n ¶ *Iupiter pater.)* *Precatio ad Iouem Pollucis.* o ¶ *Tu mihi quidem filius.)* *Iupiter optionem dat Polluci, ut uel solus immortalis sit, uel immortalitatem suam cum fratre Castore æque partiatur.* p ¶ *Resoluit oculum.)* *Iupiter oculos Castoris clausos morte resoluit, & ad uitam restituit.*

ARISTAGORAE PRAESIDI TENEDIO, FILIO ARCESILAE, ODE XI.

STROPHE I. COLON VI.

O [a] Vesta Rheæ filia, Iouis altißimi, eiusq; germanæ dominatione & regno æqualis Iunonis, soror, [b] quæ Curiam inhabitas, benigne quæso tuum

ad tha-

ad thalamum Aristagoram suscipe,[c] illiusq́ prope splendidum sceptrum à cõsilijs benigne complectere,[d] qui te uenerantes iuste administrando conseruant Tenedon,

ANTISTROPHE, COLON VI.

[e] Sæpenumero quidem libaminibus atq́ sacrificijs[f] primam dearum colentes. Ipsis quidem cithara & carmen personat,[g] hospitalisq́ Iouis exercetur ius in æternis eorũ mensis.[h] Quare cum laude & gloria duodecim mensium interuallum læto corde perage.

ENARRATIO.

Primum inscriptio explicanda breuiter. Inscripta est hæc ode Prytáni Tenedio, hoc est, gubernatori, uel administratori Tenedi insulæ. Scholia alteram Tenedon Troiæ esse tradunt, de qua & latinus Poëta:

Est in conspectu Tenedos notißima fama

Insula diues opum.

Alteram Lybiæ. Stephanus unam esse Sporadum testatur, à Tenno & Amphithea uel Hemithea Cycni liberis, ceu τεννου ἕδος, hoc est Tenni sedem: ex Hecatæo id referens. Hæc antea dicta est λευκόφρυς. Est & altera Tenedos apud Lyciam: uel, ut Apollodorus, in Pamphylia est. A Tenedo prouerbia sunt, Tenedius tibicen, de mendaci teste. Tibicinem enim Philonome ad Cycnum perduxit, qui testificaretur Tennẽ ipsam uoluisse comprimere. Et aliud adagium, Tenedia bipennis, de crudeli iudice & legislatore: à rege quodam Tenedio, qui quum legem sanciuisset, ut in adulterio deprehensus securi percuteretur, in filio suo ἐπ' αὐτοφώρῳ comprenso, eandem legem inuiolatam seruauit. Hæc ex Stephano. Verum de his adagionibus Erasmus abunde disputat. Tenedum aũt hic intelligit, quæ est in Lesbo. πρυτανίς. Quur Prytanen uocet, in ipsa enarratione primæ Strophes in dictione πρυτανεῖον planum fiet. Iam ad argumentum stylum uertamus.

Aristagoram itaq; ab administratione sua, à suorum item consiliariorum iustitia, pietate & hospitalitate prædicat: deinde à parente Arcesilao, à lucta & pancratio, à maioribus Pisandro & Menalippo: ad liberalitatẽ tandem ipsum clanculum adhortans. Cæterum neq; hanc odam Didymus Nemeonicis adscri- Argumentum.

bendam putat: quandoquidem id ex eo satis colligatur, quod iam gubernatorē laudet, qui tamē olim in adolescentia sua, lucta & pancratio palmā obtinuerit: cuius eius uictoriæ & iam meminit, acclamans gubernanti hoc epinicio.

a ¶ *O Vesta Rheæ filia.*) *Quia Aristagoras hic* πρυτάνις, *hoc est, gubernator & administrator* Tenedi *erat, ideo ad* ἔτυμον *uocis respiciens* Pindarus, *orditur à Vesta dea illa, quæ* τὸ πρυτανεῖον, *siue* τὴν ἑστίαν, *hoc est, focum incolit. Porrò apud* Athenienses *quinquaginta ab unaquaq; tribu delecti uiri, qui, quæ à* Senatu *decreta essent, persequebantur, dicebantur* πρυτάνεις, *ut* Arpocration *ex* Aeschine *indicat. Hinc metaphorice simpliciter pro administratoribus, ut hoc in loco, usurpantur* πρυτάνεις. *Hinc* πρυτανεῖον *multitudinis numero* Isocrati *pecuniam significat, quam & reus & actor deposuerunt in iudicio: ut idem* Arpocration *testatur.* Pindaro *uero hic* τὸ πρυτανεῖον *domum illam senatoriam, uel ædes magnificas quas immoratur* πρυτάνις *ualet, more nominū in* εῖον, *quæ ferè locum sonant & receptaculum alicuius rei, ut* ἰχθυοτροφεῖον, μουσεῖον, ἀνδρῶνεῖον, κουρεῖον. *Quanquā* Scholia τὸ πρυτανεῖον *dici putent ueluti* πυρὸς ταμεῖον, *hoc est, ignis promptuarium. Vel mutatione* β *in* π, *ceu* βρυτανεῖον, παρὰ τὸ βρύειν, *quod est augescere seu crescere uel florere, quod in* Prytaneo *focus & floreat & splendeat.* Græcis ἑστία *dicitur: hæc ut* Homerus *in hymno in* Dianam *canit, perpetua uirginitate conspicua est, & deorum & hominū amplas domos inhabitat, ut idem* Homerus *in hymno* εἰς ἑστίαν *cōcinit, ubi &* Saturni *eam filiā nominat. Iam* Rhea Saturni *uxor est, ideo recte à* Pindaro *et* Rheæ *filia uocatur. Hæc à ueteribus numinis loco culta, & à* Romanis *in templum* Victoriæ *collocata, æterni ignis præses fuit. Et quia* Vesta *semper uirginitate gaudet, ideo & uirgines ei consecrarunt* Romani, *quas eo in* Vestæ *ministerio uirgines semper permanere necessum erat.* Vestales *illæ puellæ dicebantur.* Ouidius *per* Vestam *ignem intelligendum docet, dum ait:*

Nec tu aliud Vestam quàm uiuam intellige flammam,
Nataq; de flamma corpora nulla uides.
Iure igitur uirgo est, quæ semina nulla remittit.

Ipsa ἑστία *Latinis etiam* Lar *est & focus. Atqui dum æternus ignis firmamenti,* Sol, Luna *& stellæ hunc mundum semper suo iubare illustrent, fieri potest quod ueteres per* τὴν ἑστίαν *æternum* Dei *lumen, siue* Solem, *siue rectius ipsum* Deum *intellexerunt. Solet autem in deorum delubris & principum optimatiumq; perganis focus esse lucidior, & ignis rutilantior: ideo non inscite optimatem* Aristagorā *laudans, cuius focus minime est frigidus, quin potius rutilo* Vestæ *igni renidet, à* Vesta *dea, ædes eius sua benignitate claras reddente, principiū ducit. Schema*

est

est deesis. Vestam enim deam precatur Pindarus, ut ad suum thalamũ & suam sedem Aristagoram suscipiat. b ❡ *Quæ curiã inhabitas.*) *Prytanẽia, hoc est, magistratum, atq; ipsas magnificas ædes administratoris Aristagoræ curas & colis.* πρυτανεῖον *apud Aristophanem in Nebulis & Equitibus domus erat Athenis senatoria, in qua qui magno beneficio rempublicã affecissent, publicis sumptibus alebantur.* (*der herren stub.*) *Pindarus metaphorice pro quacunq; splendida gubernatoris æde accipit.* c ❡ *Illiusq; à consilijs.*) *Rogat ut & Vesta nedum regnantem Aristagoram, sed eius etiam consultores, in suam curam recipiat.* d ❡ *Qui te uenerantes.*) *A pietate & religione prædicat cum Aristagoram, tum eius* συμφράδμονας. e ❡ *Sæpenumero quidem libaminibus.*) *Et hæc ad pietatem pertinent.* πολλὰ δὲ κνίσσα, *hoc est, sæpe etiam pinguedine seu nidore, hoc est, ipsis sacrificijs. Nidor enim est uictimæ & sacrificij indicium. Ex consequenti antecedens intelligitur.* f ❡ *Primam dearum.*) *Ipsam Vestam, à qua hic sumpsit exordium. Vel ideo primam, quod uictima & sacrificijs gaudeat Vesta.*

g ❡ *Hospitalis Iouis ius exercetur.*) *Id est, hospitales sunt. Iupiter hospitalis est, eo quod hospites & peregrinos curet, nolit eos iniuria affici, sed amicè tractari.* h ❡ *Proinde cum laude & gloria.*) *Interuallum duodecim mensium, est* τετράμηνος *anni. Hinc apparet magistratum & functionem Aristagoræ annuam fuisse. Estq;* εὐχή. *Optat enim ut feliciter in suo magistratu eum annum transigat.*

EPODOS, COLON IX.

[a]Præterea uirum illum Arcesilan parentem, admirandum illud corpus [b]cõgeneremq; Atremiam beatifico.[c]Sin quis cum diuitijs, tum forma præstiterit alijs, inq; certaminibus primas tenẽs uires suas demonstrauerit, is & sese mortalia circunferre membra, & terrã se olim fatis ordinantibus subiturum meminerit.

STROPHE II. COLON VI.

Huiusmodi bonos principes & magistratus, bonorum ciuium præconijs euehi conuenit, ac mellita, illorum gratia, fabrefactaq; carmina con

cinere. Verumenimuero [d] quũ è uicinis ſedecim eſſent colluctatores, ſolum Ariſtagoram, patriamq́ eius lucta & magnifico pancratio celebrẽ, ſplendidæ uictoriæ coronauerunt.

a ℭ *Præterea uirum illum Arceſilan.)* *Parentem Ariſtagoræ Arceſilan uehit laudibus: uel à patre Ariſtagoram laudat.* *b* ℭ *Congenerem Atremiam.)* ἀτρεμίαντε σύγγονον, *hoc eſt, congenerem Atremiam. Eſt enim ambiguum, ut Scholia referunt, num* ἀτρεμίας *ſit fratris nomen, uel Atremia ſororis: uel an ſimpliciter* ἀτρεμία *pro* ἀφοβία, *hoc eſt, fortitudine accipiatur.* *c* ℭ *Quod ſi quis cum diuitijs.)* *Gnome eſt, qua eos & ſumma fœlicitate præditos adſeuerat, & ſuæ ſortis iuxtà admonet, ne maiora porrò quærant, ſimulac formam, diuitias, & palmam certaminum obtinuerint: qualeis ſententias ſuprà ſæpe protulit. Meminerint, inquit, diuites & potentes huius terræ, ſeſe homines, nõ deos eſſe: nec ob ſuam efferantur fortunam ſequundiorem, ſed ita ſe gerant, ut ſe mortales eſſe cogitent. Gnome eſt parænetica, cõmonefaciens uictorem, & gubernatorem Ariſtagoram, ne nimium fortuna ſua efferatur.* *d* ℭ *Quum è uicinis ſedecim.)* *Inter ſedecim antagoniſtas ſolum Ariſtagoram & lucta & pancratio uiciſſe, idq́; iuuenem, in uicinorum ludis, nõ in ſacris illis quatuor certaminibus, adſerit.*

ANTISTROPHE, COLON VI.

[a] Spes uero parentum ſegniores, pueri uires retinuerũt quo minus Pythone & Olympiæ certaminum periculum faceret. [b] Per ſanè ipſum iuſiurandum, ac meam exiſtimationẽ, circa [c] Caſtaliam ac [d] nemoroſum Saturnij montem ueniens, pulchrius profectò præ certantibus reliquis collegis redijſſet.

EPODOS, COLON IX.

Ad quinquennem panegyrin, Herculis nimirum inſtitutionẽ lætus ſe contuliſſet, comam purpureis ramis religatus. Cæterum [e] alium quidem mortalium mente carentes gloriationes ab hone

ſtis

ſtis deiecerunt. Alium uero de robore ſuo deſpe rantem à proprijs & præſentibus bonis aberrare fecit animus inaudax, ceu manu ab arduis rebus hominem retrahens.

a ℂ *Spes uero parentum ſegniores.)* *Qui factum ſit, quod Pythijs & Olympijs ludis non ſit adſecutus palmam. Parentes, inquit, timidiores, ueriti ſunt, ne non obtineret uictoriam, hinc domi eum retinuerunt. Alioqui ſi ludos eos acceßiſſet, hauddubie uictoria conſpicuus in patriam ſuam fuiſſet reuerſus. Ideo etiam ſubijcit:* *b* ℂ *Per ſanè ipſum iuſiurandum.)* *Nihil certius eſt inquit, quàm eum prærepturũ cæteris fuiſſe palmam, modo parentes eum non eſſent remorati.* *c* ℂ *Caſtaliam.)* *Caſtalia fons Heliconis prope Pythonem uel etiam Delphos.* περιφραστικῶς πύθια *intelligit.* *d* ℂ *Nemoroſum Saturnij montem.)* περίφρασις *Olympiorum. Cumulus eſt & collis Saturno ſacer apud Olympiam. Nemoroſus collis, propter oleas, quas illic Hercules ab Hyperboreis aſportatas plantauit.* *e* ℂ *Alium quidem mortalium.)* *Sententia eſt, qua cum audaciam damnat, tum timiditatem uel puſillanimitatem. Audacia & uana gloriatio non eſt laudabilis: ea enim bona quæ ante pedes ſunt remouet, dum maiora quàm par eſt affectat. Puſillanimitas rurſum damnanda, quod ab arduis rebus fortem animum retrahat. Medium in omnibus rebus eſt optimum. Non audacem, non deſperabundum, ſed fortem eſſe conuenit. Peccarunt parentes tui Ariſtagora in altero extremorum, nempe in timiditate. Non ſatis fortes extiterunt, dum ad Olympiam & Pythonem ſunt ueriti mittere.*

STROHPE III. COLON VI.

[a]Conijcere ualde facile tũ erat Piſandri quondam à Sparta ſanguinem eum eſſe. [b]Ab Amyclis ille perrexit cum Oreſte armatas Aeolenſium copias huc reducens. [c]Sed & iuxta Iſmeni fluenta Ariſtagoræ genus à Melanippo materno auo pendere, coniecturare non erat difficile. [d]Antiquæ ita uirtutes

ANTISTROPHE, COLON VI.

Auferuntur, [e]robur hominũ, permutatæ gene

rationibus[f] Neq; deinceps nigra tellus in promptu fructum dedit, nec arbores singulis annorũ reuolutionibus, bene olentem florem ferre diuitijs similem uolunt nisi per alternationẽ. Eodem pacto mortales hominum uires ducit

EPODOS, COLON IX.

Fatum.[g] At ex Ioue homines finis manet: illum non prænoscimus, non ob oculos ponimus, sed fastuosi incedimus, multas res in animo nostro uersantes. Sed membra nostra [h] impudenti spei alligata sunt. Prudentiaq; & remoti consilij fluxus à nobis remoti sunt.[k] Ergo lucri modum uenari opportunũ ac decorum est. Amorũ nanq;, quos consequi nequeas, uehementiores insaniæ fuerint.

a ❨ *Conijcere ualde facile erat.*) *Ex uirtute Aristagoræ facile cognosci poterat, eum Pisandri nepotem esse, uel à Pisandro genus ducere, à forti nimirum principe.* *b* ❨ *Ab Amyclis.*) *Qualis Pisander fuerit, & quid gesserit, paucis ostendit. Pisander, inquit, Amyclæus uel Spartiates cum Oreste ex Lacedæmone in Aeoliã migrauit, ibiq; Tenedon Lesbi urbem incoluit, ex qua oriundus est Aristagoras. Hinc ergo colligitur, Tenedon hanc Lesbi urbem uel etiam Aeoliæ esse. Vt uero Orestes in Aeoliam coloniam deduxerit, Hellanicus in primo Aeolicorum prodidit memoriæ, ut Scholia testantur.* *c* ❨ *Sed & iuxta Ismeni.*) *Genus paternũ ad Pisandrum Spartiatam, maternum ad Melanippum Thebanum refert. Ismenus autem Bœotiæ fluuius est prope Thebas, ubi Adrasti copiæ cum Thebanis pugnantes corruerunt, ut in 9. Nemeorum ode subindicabamus. In eo prælio Melanippus aduersus Tydea manũ conseruit, ubi adeò in eum excanduit ab ipso uulneratus Tydeus, ut ab Adrasto interfecti cerebrum exorberet. Ea crudelitate permota Minerua, immortalitatẽ ei, qua donarat illum, ademit. Priscum ergo Aristagoræ stemma est, à matre ad Melanippum illum Thebanũ pertinens: quem pium etiam esse oportuit, quum Minerua eius causa immortalitate Tydea priuarit.* *d* ❨ *Antiquæ uirtutes.*) *ἐπιφώνημα est, quo patrum & maiorum uirtutes in posteros atq; nepotes*

potes

potes transfundi ait. e ¶ Robur hominum.) Appositio. Antiquæ uirtutes, quæ sunt ipsa fortitudo & robur bellicum. f ¶ Neq; deinceps nigra tellus.) Probat exemplis, non semper, neq; simul bona proferri, neq; præclara geri posse. Nigra tellus solet esse pinguior & fertilior alterius coloris aruis: & interim tamen neq; illa semper optimas fruges producit, sed omnia per alternationem & intermissam quietem, progenerantur copiosius. Itidem arborũ fœtus sese habet. Eundem ad modum fortitudo & reliquæ mortalium uirtutes, non in omnibus liberis & nepotibus enitescunt, sed aliàs absconduntur, aliàs caput denuò erigunt. Sic tametsi à Pisandro & Melanippo, uiris & ducibus uirtute claris, pauci rebus gestis celebres effulserint, auita tamen non est extincta planè uirtus: unus enim Aristagoras maiorum suorum inclyta studia ad uitam reuocauit, & per sese restituit. g ¶ Atqui ex Ioue homines finis manet.) Hortatur Aristagoram, ut non felicitatis suæ nomine efferatur, sed cogitet sese mortalem esse. h ¶ Impudenti spei.) Hoc est, nos plura semper nobis pollicemur, quàm possimus consequi. i ¶ Ergo lucri modum uenari.) Ἐπαίνεσις est, qua cõmonefacit administratorem Aristagoram. Ne quæras, inquit, plura uel maiora, qui in ea felicitate & dignitatis fastigio constitutus es, propter sedecim coronas, quas lucta & pancratio passim in Græciæ certaminibus, (licet non periodicis, hoc est, sacris & quatuor illis generalibus) adeptus es: iam beatus es, opulentus es, reipublicæ habenis moderaris: ne ampliora desideres, sed his cõtentus acquiesce, & effice, ut uirtutes tuæ per poëtas & Lyricos decantentur, tum plus gloriæ nancisceris, quàm opum accumulatione: clanculum, ut in argumento monui, ad liberalitatem eum inuitans.

ENARRATIONVM IO. LONICERI IN PINDARI NEMEA FINIS.

HERODOTO THEBANO,

qui curru ODE I. victor evasit.

STROPHE I. COLON VII.

M[a]ATER mea, [b]aureo ſcuto inſi-gnis Thebe, [c]opus tuum omni negocio præſtantius iudicabo. [d]Ne mihi obſecro iraſcatꝰ aſpe-ra Delos, [e]in qua nunc compo-ſui quiddam bonis inclytisq́ꝫ pa-rentibus amabiliſsimū. [f]Cede Apollonias pau-lulum: [g]utrarunq́ꝫ enim gratiarum, fortunanti-bus dijs, copulabo ſummam.

ANTISTROPHE, COLON VII.

[h]Et intonſam ferentē comam Phœbum [i]hym-nis celebrans, in circunflua [k]Ceo [l]cum inſulanis, [m]& mari ſeptam Iſthmi eminentiam: [n]poſtquam ſex coronas Cadmi exercitui, è certaminibus tri-buit, pulchram, uictoriæ cauſa, gloriam patriæ.

ENARRATIO.

Iſthmia ludi ſunt, ad circulum quatuor Græciæ celeberrimorum ſpectacu-lorum pertinentes: nomen habentes ab Iſthmo, anguſtia illa inter Aegeum & Ionium mare, non longe à Corintho. A Corinthi Iſthmo Neptunus Iſthmius di-citur, autore Stéphano: & Iſthmia uictoria, à ludis Iſthmijs. Nam in Iſthmo Neptuni delubrū eſt quinquennalibus ludis inclytum, ut Plinius lib. 4. cap. 5. tradit. Ab Iſthmo παρίσθμια *etiam deducuntur, quas Medici naturæ antiſti-tes tonſillas uocant. Ab Iſthmijs ludis uerbum, quod adagioni locum dedit,* ἰσθ-μιάζειν *deducitur, quo non optime ualentem uitam ducere ſignificant Græci: quod Iſthmiorum ludorum tempus eſſet* ἐπίνοσον, *morbidum & peſtilens, ob confluentem Græcorū multitudinem, ut Heſychius etiam teſtatur. Vt ergo Iſthmia, ludi illi, ab Iſthmo Corinthi dicātur, paucis indicatū eſt. Iam quomodo & quur cœperint, breuiter iuxtà ſubnectendum.* *Quum Athamas Aeoli fi-*

lius

lius Nephele uxore priore defuncta, Ino Cadmi filiam duxisset, ex qua Lear- Isthmio- chum & Melicertē liberos susstulerat, uersus ex ira Iunonis in rabiem (ut Scho rum ludorū lia Pindarica, & Ouid. in 4. Metamorph. adfirmant) Learchum filium suum origo. occidit: hinc & uxor insequentem furibundum maritū fugiens, cum infante suo Melicerta ex petra Moluride in subiectum pelagus se praecipitem dedit. Neptunus utrunq; miseratus, Ino in marinam deam, indito Leucotheae nomine: Melicertem uero in deum, Palaemonis imposita nomenclatura, permutauit. Furoris Athamantis non Iunonem, sed ipsos deos omneis causam fuisse Scholia in Argonautica Apollonij indicant. Quin etiam in adagio, Inûs dolores, Erasmus recitat. Athamas Aeoli filius primū uxorem habuit Nephelen, quae illi Hellen & Phrixum peperit: hac defuncta Ino Cadmi filiam duxit: haec ut nouerca insidias struens Hellae & Phryxo, persuasit mulieribus, ut semina, priusquā terrae mandarentur, igni adurerent ac torrerent: quo facto, eo anno nihil frumenti terra dedit. Athamas rex legatos Delphos mittit scitatum causam. Hic Ino legatos corrumpens euicit apud eos, ut reuersi dicerent, Apollinem poscere ad uictimā Hellen & Phryxū. Reuersi igitur legati, referunt Athamanti, Apollinē hoc respondere, terram non daturam fruges, nisi liberi eius ex priore coniuge immolentur dijs. Athamas rem ita seriò sese habere ratus, adornat aram, Hellen & Phrixum uictimae destinat. Dij uero miserti liberorum Athamantis, aureo ariete eos per aëra abducunt. Helle cum sese non tutò in dorso arietis teneret, in mare decidit, quod ab ea dicitur Hellespontus. Phryxus in Colchum delatus est. Vlciscentes dij Inûs maleuolentiā, adegerunt in rabiem Athamanta, ita ut Learchum filium Inûs maiorem natu occideret rursum, ipsamq; cum infante persequeretur: quae timore perculsa, sese in mare cum infante Melicerte praecipitauit: ubi Ino in Leucotheam deam, quae Latinis Albuna est uel Alba dea, Melicertes in Palaemonem transmutatus est. Nereides igitur quodam tempore chorum ducentes, Sisypho Corinthiorum regi apparuerūt, iubentes ut in gratiam Melicertae, ludos Isthmios institueret. Funebre igitur spectaculum in Melicertae honorem Isthmia fuerunt primū. Intermissi sunt hi ludi aliquandiu, propter pericula latronum, donec Theseus sublato Procruste, eos redintegrarit. Corona uictoribus primum ex apio dabatur, quod esset terrestris plantae. Deinde uero ex pinu texebatur, propterea quod infrugifera, maris instar arbor sit: quo significabant uictorem praeter gloriam & decus nihil expectare. Agebantur Isthmia, ut in 6. Nemeorū ode planum fit, tertio quoque anno: ut uero Plinius, singulis lustris. Ego uero hic Pindaro potius accedendum arbitror, ut qui de his certaminibus graecis, graecus ipse certius alijs scripserit. Trieterica enim taurorum uictima per Neptunium delubrum 6. Nemeorū ode periphra-

ftcōs à Pindaro,ipſa Iſthmica nominātur. Hæc de origine & inſtitutione Iſthamiorum. Herodotum Thebanum ab Iſthmia uictoria, à comparatione laudat. Confert enim eum Caſtori & Polluci. A patre Aſopodoro. Tandem precatur perorationis loco, ut dei benignitate poſthac Pythiorum & Olympiorum etiam uictoriam indipiſcatur. a ℭ Mater mea.) A patria uictoris orditur. Et quia Pindarus ipſe etiam Thebanus eſt, ideo Thebas matrem ſuam appellat, ut in qua ſit & genitus & educatus. b ℭ χρυσάσπιον.) Aureo ſcuto inſignem Thebas nominat, παρὰ τὸ χρύσεον καὶ ἀσπίδα, per metonymian & ſynecdochen: hoc eſt, bellicoſam. Scholia arbitrantur hæc Pindarum ad ipſam heroidem Theben urbis tutelarem deam referre, à qua ſit urbi nomen inditum. Hanc uero filiam Aſopi fluminis & Meropes gnatæ Ladonis putant. c ℭ Opus tuum.) Proponit αὐξητικῶς. Te, inquit, à rebus tuis geſtis cunctis alijs urbibus celebriorem hoc epinicio demonſtrabo.

d ℭ Ne mihi obſecro iraſcatur aſpera Delos.) Copiam ſibi fieri uberius Thebas extollendi, à Delo petit. Quid ergo orat, ne ægreferat Delos? Cauſa eſt, quod Cij uel Coi rogarant Pindarum, ut pæanem Apollini Deliacum conſcriberet: quē dum pangit, Herodoti Thebani cum uictoria, tum ode ſuperuenit, quam primum etiam confecit, Ciorum & Deli hymnū interim ſuſpendens & imperfectum relinquens. Rogat igitur, hoc ne ægreferat Delos, quod omiſſo Deliaco poëmate, Thebas propter Herodotum Thebanum Delo præſtantiorē ſim conſtituturus. e ℭ ἐν ᾇ κέχυμαι τι, in qua compoſui.) In Delo, inquit, carmen pepigi, quod inclytis parentibus, hoc eſt, ciuibus Deli, ſit maximē placiturum. Parentes Deli, ciues & ſeniores, qui liberos propagant, adoleſcentumq́; ſuorum curam gerunt. f ℭ Cede.) ô Delos. Apolloniadem Delon uocat, hoc eſt, Apollini charam, eò quod in ea ſit Apollo genitus.

g ℭ Vtrunq; enim gratiarum copulabo ſummam.) Hoc eſt, connectā finem & conſummationem duorum beneficiorum, uel officiorum, uel inſtitutorum. Id eſt, utraq; perficiam, & hymnum Cijs & Apollini dicatum, & oden hanc patriæ meæ atq; Herodoto Thebano deſtinatam: ſuo tamen utrunq; tempore. Atq; hunc locum ita intelligendum ſubſequenti mox Strophe declarat, dum inquit: h ℭ Et intonſam ſtrentem comam.) ἀκειρεκόμαν Apollinem Lyricus appellat, quem Homerus ἀκερσεκόμην, eadem ſignificatione, παρὰ τὸ α ςερητικὸν, & κείρω & κόμην. i ℭ Hymnis celebrans.) Chorus enim hymnos in Delo in Apollinem cōcinit. k ℭ Ceo.) Cij ſunt, qui Coi dicuntur. l ℭ Cum inſularibus.) Hoc eſt, ciuibus & Cijs & Delijs. m ℭ Et mari ſeptā.) Prima gratia & primū inſtitutum eſt, celebrare Delium Apollinem. Altera eſt, euehere Iſthmia: ex quibus Herodotus

doius patriam suam Thebas illustrauit. n ¶ *Postquam sex coronas.*) *Quare Isthmia euehere uelit, ἄπορ est. Sex coronas, quas uictoriæ causa retulerunt, Isthmia dederunt. Variant hic in senario coronarũ autores. Alij ad Thebanos sex uictores referunt: alij ad solum Herodotum: alij ὃς cum tenui spiritu legentes, ad ἄπασι uerbum copulant: & uerbum ἄπασι nõ ad Isthmum, sed ad Apollinem ludorum præsidem flectunt. Sunt qui ad Herodotum referant solum coronas, sed eas ex uarijs ludis, non è sola Isthmo retulisse sentiunt: atq; huius sententiæ est Aristodemus Alexandrensis. Thebis ergo Iolaia uel Heraclia, in Orchomeno Minyia, in Eubœa Basilia, in Thessalia Protesilia, in Isthmo nunc Isthmia, & alia finitimorũ certamina, quæ hic præterierit, uicit. Sed hic quisq; quod rectius uisum fuerit sentire potest. Verũ mea quidem sententia, quemadmodum ex Pindari uerbis colligere datur, ad Isthmon senarius coronarũ referendus est, nec ad solum Herodotum, sed & alios etiam Thebanos uictores. Vnum enim Herodotum non potest Cadmi exercitum cõmode appellare, nisi per syllepsin & synecdochen totum pro parte accipiat: perinde ac mox Geryonæ canes, unum duntaxat canem appellat.*

[a]In qua & intrepidum Alcmena peperit

EPODOS, COLON XI.

Filium, [b]quem feroces olim Geryonæ horruerunt canes. [c]Ego uero Herodoto qui curru quadrijugo uicit, quiq; per sese habenas gubernauit, hoc Encomij apparans, uel Castoris uel Iolai adiunxerim hymno, [d]illi enim heroũ aurigæ tum Lacedæmoni, tum Thebis præstantissimi nati sunt

STROPHE II. COLON VII.

Ac [e]in certaminibus, plurima sunt præmia nacti, tripodibus, lebetibus, aureisq; phialis domũ suã exornarũt coronis, quæ uictoribus debentͤ, redimiti. Clara uero illis uirtus & [f]nudis stadijs, & in scutis strepentiũ armatorũ cursibus relucet.

ANTISTROPHE, COLON VII.

Quales nanq; erant, dum manibus hastas tra-

ijcerent, ac lapideos discos iacularentur: [g]Nec tum enim quinquatriū erat, [h]sed quodlibet egregium opus sua merces manebat. Siquidem frequentibus coronarū ramis [i]iubas religabant. Id quod [k]prope Dirces fluenta & [l]Eurotę apparuit.

EPODOS, COLON XI.

[m]Iphiclis enim filius Spartanorum generi contribulis erat. [n]Tyndarides uero inter Achæos altam Therapnes sedem incolit.

a ¶ *In qua & intrepidum.*) *Ad Herculem Thebis oriundum Iouis & Alcmenæ filium digreditur: patriā Herodoti Thebas ab insigni heroë efferens.* *b* ¶ *Quem feroces Geryonæ canes.*) *Scholia hic dicunt syllepsin tropū esse, hoc est comprehensionem, quam alij* συνεκδοχὴν *&* ἐναλλαγὴν *numeri dicunt. Pluralis enim est pro singulari. Vnū enim Geryonæ canem fuisse, ut Hesiodus etiam testatur. Geryon ille rex Erythiæ insulæ in Oceano triplicis formæ uixisse dicitur: quod sibi similes duos fratres habuerit, quibus cum unanimiter spiritum duxerit. Ouid. 9. Metamorph.* Nec me pastoris Iberi Forma triplex mouit. *Huic armenta Hercules abduxit, ab Eurystheo sibi præceptum complens: ut est apud Isocratem Encomio Helenæ. Sed quur Geryonæ hunc canes timuerunt? quia rex ille diues armenti fuit: unde ab Ouidio pastor Iberus appellatur. Pastores aūt canes pecoribus & armentis adhibere solent, propter arcendos lupos, ursos, feras & fures. Per metalepsin ergo accipiendum est, Canes Geryonæ timuerunt Herculem, dum armenta Geryonæ abduceret, nec ausi sunt arcere Herculem: ac deinceps ipse Geryon & ciues eius Herculem formidarunt.* *c* ¶ Ego uero Herodoto.) *A uictoria Isthmia, quam quadriga obtinuit, Herodotum prædicans, Castori & Iolao confert. Laudat item, quod non alienis, sed suis manibus currum gubernarit:* ἡνίοχον, *hoc est, aurigatorem ipsum faciens & directorem, suæ, qua uicit, quadrigæ. Simul aūt ab educatione equorum hunc cōmendat, ut qui equos cum ad patriæ commodum, tum ad publica certamina aluerit. Comparat autem propterea Herodotū Castori & Iolao, quod & ipsi equites fuerint; Castor equestris erat, Iolaus Herculis aurigatorem agebat.* *d* ¶ *Illi enim.*) *Rationem reddit, quare Herodotum Castori & Iolao conferat: illi enim inter heroës præstantissimi aurigæ fuere, nempe Castor & Iolaus. Castor Lacedæmonius, & Iolaus Thebanus.*

Porrò

Porrò quæ Iolai sunt, Castori etiam cõmunicat. e ¶ *In certaminibus plura nacti sunt.*) *Quibus scilicet domum suam adornarunt. Palmam assecutus est Iolaus apud Pelium montem, armatus currens. Castor secundas obtinuit disci & hastæ iactu. Sed cõmunes hic ambobus uictorias facit, per episyllepsin.*

f ¶ Nudis stadijs.) *Hoc est, cursu gymnico.* g ¶ Nec tum enim *quinquatrium.*) *Quinquatrium est quod suprà quinquertium dixi, quinq; certaminũ generibus constans (græce τὸ πένταθλον) ut in Olympijs uisum: saltu, disci iactu, iaculo, cursu & lucta. Temporibus Castoris & Iolai nondum institutum erat quinquatrium. Erant & Mineruæ dicta quinquatria, sed his de hic nihil agitur. Mineruæ enim quinquatriorum Pindarus in sua certaminũ periodo nusquam meminit.* h ¶ *Sed quodlibet egregium opus.*) *Hoc est, quamlibet uictoriam singularis corona, & singula certamina singulæ mercedes præstolabantur.* i ¶ *Iubas.*) *Comam, cæsariem adornabant.*

k ¶ Prope Dirces.) *Dirce Thebanus fons est, apud hunc clarus effulsit Iolaus.* l ¶ *Eurotæ.*) *Eurotas fluuius Lacedæmonius, ubi uirtus Castoris enituit. Summa, Castor Lacedæmoni, Iolaus Thebis eximij conspecti sunt.*

m ¶ *Iphiclis filius.*) *Iolai periphrasis est. Ostendit autem nonnihil societatis & necessitudinis inter Spartanos & Thebanos uiguisse, dum Iolaũ Spartiatis contribulem facit. A Sparta enim relicti, Thebanorum sunt facti extructores, ut Hyperenor, Chthonius, Pelorus, Vdæus, Echius. Hinc & Iolaus & dij Thebani, nõ iniuria cum Spartiatis contribules sunt. Vult autem dicere, Iolaum esse Thebanum ciuem.* n ¶ *Tyndarides.*) *Castor Therapnen incolit. Therapne est uicus Lacedæmonis, uel Laconicæ oppidum, in quo fuerit templum Castoris & Pollucis, aliorum sententia. Lacedæmoniũ ergo uel Therapnæum esse Castorem ait.*

[a]Sed ualete heroës coætanei. [b]Ego uero Neptuno, diuinæq; Isthmo, [c]Onchestiq; littoribus hymnum diligenter curans, uictoris huius nomine demirandam Asopodori patris fortunam celebrabo,

STROPHE III. COLON VII.

[d]Orchomeniq; patriã tellurem: [e]quæ ipsum naufragio grauatum ex immenso salo horrida suscepit fortuna. [f]At nunc rursus cognatũ pristinæ

» felicitatis fatum accessit. [g]Fit autem ut qui defati» gatus sit semel, animo posthac prudentior & cautior fiat.

a ❡ χαῖρετ'.) *Valedicit Castori & Iolao, digreßionē illam omittens, & ad Herodoti hymnum porrò sese recipiens.* *b* ❡ Ego uero.) ἐπάνοδος *est: redit enim ad institutum, à patre Asopodoro euehens uictorem. Per Neptunum, Isthmum & Onchestum, sola Isthmia intelligit. Onchestus est Bœotiæ ciuitas Neptuno consecrata.* *c* ❡ Onchesti littoribus.) *Onchesti littora dicit, quod urbi Bœotiæ Onchesto palus Copais adiaceat. Scholia.*

d ❡ Orchomeniq; tellurem patriam.) *Et patrem Asopodorum & patriam tellurem Orchomeni celebrabo. Patriam tellurem Orchomeni, pro ipsa Orchomeno accipit.* *e* ❡ Quæ ipsum.) *Orchomenos Thebarum ciuitas est. Excidens ergo è patria Thebis, Orchomeni à matre sua, quæ Orchomenia erat, susceptus est. Allegoricè enim fugam ex Thebis Orchomenon uates adumbrat. Ipsum autem è patria secessum acri allegoria exprimit, naufragium & horridam ex immenso salo fortunam appellans, perinde ac per seditionem è patria exciderit.* *f* ❡ At nunc rursum.) *Apostrophe ad Asopodorum, qua congratulatur ei, quod pristinæ sit restitutus felicitati, & in patriā Thebas denuò receptus.* *g* ❡ Fit autem ut qui defatigatus.) ἐπιφώνημα *est, quo ex periculis cautiores nos reddi adfirmat. quasi dicat, periculo suo edoctus & cautior redditus Asopodorus, sibi posthac melius prospiciet.*

ANTISTROPHE, COLON VII.

» [a]Sin uirtus omni sua ratione & modo hisce in » duobus, sumptu nempe atq; labore cōstat, æquū » est ut ij qui ipsam consequuti fuerint, eximiā laudem citra inuidiam ferant. [b]Quandoquidem facile donum est sapienti uiro, [c]cōmune erigere bonum, [d]ubi pro uarijs præclarisq; laboribus [e]bonum uerbum dixerit.

EPODOS, COLON XI.

» [f]Alijs hominibus in suis negocijs, alia merces » dulcis est, puta opilioni, agricolæ, aucupi, piscatori, & ei qui [g]difficilem à uentre suo famem dis-

pellere

» pellere molitur. At qui in certaminibus aut bel-
» lis delicatā laudem bene prædicatus tulerit,[h] sum
» mum is lucrum à ciuium hospitumq; linguæ fru-
» ctu receperit.

a ℂ Sin uirtus.) Ad Herodotum uictorem redit. Primū animaduertendum, quod (ut Scholia legunt) plurali fœminino ἀρετοῦ, singulare uerbum iunxerit κατάκειται, pro κατάκεινται, suo more: unde Pindari exemplar haud dubie ἀρετοῦ primū habuit: & non ἀρετά, quemadmodum Romanum Calliergæ exemplar profert. Deinde, quod τὴν ὀργὴν nō pro ira durante, sed pro ἦθος. hoc est, more, natura, ui, Pindarus usurpet. Postremo, quod uirtus duobus hisce potissimum comparetur, utpote sumptu atq; labore. Est autem argumentum ex habitu animi sumptum. Quisquis uirtutem labore & sumptu parauit, citra inuidiam meretur insignem laudem. Hæc est maior. Huic postea subijcit minorem: Herodoti uictoria sumptu & labore constitit. Conclusionem quia manifesta est omittit. b ℂ Quandoquidem facile donum.) A facili maiorem syllogismi dilatat. Sapienti uiro, id est poëtæ, quem sapientem esse par est, non est difficile bene meritos attollere. c ℂ Commune erigere bonum.) Hoc est, exemplum uirtutis, quā imitari debeant spectatores, præscribere: quod fit per encomia bonorū uirorum uirtute præditorum, quales sunt publicorum Græciæ spectaculorum uictores. d ℂ Vbi pro uarijs.) Id est, uictorijs & certaminibus. e ℂ Bonum uerbum dixerit.) Hoc est, encomium cecinerit, uel hymnum uel oden conscripserit.

f ℂ Alijs hominibus.) Non esse præstantiores merces, quàm ipsum uirtutis præconiū. Et quia id uatum sit insignium arte & ingenio, ideo clanculum poëticen Herodoto cōmendat, & eum ad amorē uatum excitat. g ℂ Difficilem à uentre suo famem.) Periphrasis mercatoris. h ℂ Summum is lucrum à ciuium hospitumq;.) Hoc est, & ab indigenis & exteris uirtutis nomine cōmendabitur, ad quos uirtutum eius encomion peruenerit.

STROPHE IIII. COLON VII.

[a]Nos proinde Saturni filium Neptunum [b]uicinum [c]equestrem [d]recompensantes, ipsum [e]curruum benefactorē collaudare conuenit: ac [f]tuos Amphitruo natos, [g]Minyamq; Orchomenum, inclytumq; Cereris nemus [h]Eleusinam & [i]Eu-

bœan in flexibilibus cursibus euehere.

ANTISTROPHE, COLON VII.

[k]Deinde tuum etiam [l]Achiuorũ Phylacæ delubrum inter Herodoti uictorias connumero ô Protesilaë. [m]Omnia uero percensere, quæ Mercurius certaminum præses equis præsertim Herodoto tribuit, breuem mensuram habens hym
» nus non admittit. [n] Atqui sæpenumerò tacuisse,
» non parum gratiæ attulit.

a ℂ Nos proinde.) *Gnomicam hactenus propositionem & amplificationem rursus γνωμολογικῶς tractauit. Iamnunc assumptionem uel minorem subijcit, uarias eius coronas & uictorias enumerans, admixta gratiarum actione, qua Neptuno & alijs, quorum beneficio palmam consecutus est Herodotus, gratias agit. Est autem minor hæc syllogismi propositio huiusmodi: Herodotus Thebanus sumptu & labore uictoria ornatus est, Isthmia curru uincens, deinde Thebis Iolaia & Heraclia exuperans, postea in Demetrijs Eleusinijs, ad ultimum in Eubœæ certaminibus superior inuentus est cæteris.*

b ℂ Vicinum.) *Thebis uicinum Neptunum uocat Onchesti nomine, qui Thebarũ locus est, ut paulò ante cõmemoraui.* *c* ℂ Equestrem.) *Quur equestrem Neptunum appellat? ἱπποδρόμιον, hoc est, equorum cursui, uel equestri certamini (quo Herodotus in Isthmijs uictor euasit) fauentem.*

d ℂ Recompensantes.) *Hoc est, hymnũ & laudem pro beneficijs, quibus Herodotũ affecit, illi dicentes.* *e* ℂ Curruum benefactorem.) *Neptunum curruum benefactorem nominat, & Isthmiorũ aliorum uictorum, & Herodoti nomine, qui curru certans cæteris palmam præripuit.* *f* ℂ Tuos Amphitruo.) *Apostrophe ad Amphitruonis liberos. Herculem & Iolaum intelligit. Et quanquã Iolaus sit nepos Amphitruonis ex filio Iphicle, attamen per cõplexionem, quod ad eius sanguinem pertineat, Iolaum hic pro filio usurpat. Est autem subaudiendum, laudare cõuenit.* σέθεν *genitiuus Doricus, pro* σοῦ. *g* ℂ μινύα τε μυχόν.) *Hoc est, Minyæ angulum. Periphrasis est Orchomeni. Minyæ Orchomenum, quod Minyas Orchomenum inhabitarit: unde Orchomenos Minyius dicitur. Hinc Minyam quidam ab Orchomeno progenitum, inter quos est Pherecydes, tradunt, ut Scholia habent. Alij uero Orchomenum à Minya: alij & Orchomenũ & Minyam Eteoclis esse liberos.*

Dionysius

Dionysus Minyam ad Martem refert. Aristodemus Aleæ filium Minyam scribit, indeq; Argonautas Minyos appellatos idem autor est. Sed de Minyis in ultima Olympiorum ode plura. Ludos autem quosdam & Orchomeni Thebarũ oppido exhibitos fuisse, in quibus uicerit Herodotus, Pindarus innuit.

h ℭ Eleusinia.) *Eleusinæ Atticæ* δημήτρια, *hoc est, Cereris ludi agebantur, quibus hordeum corona erat & præmium uictoriæ.* i ℭ Eubœan.) *Eubœa insula est Bœotiæ auulsa, ut Plinius lib. 4. cap. 12. habet: & huius insulæ ludis superiorem repertum Herodotum adfirmat Pindarus.*

k ℭ Deinde & tuum Phylacæ.) *Phylacæ Thessaliæ urbs est, cuius Protesilaus rex, qui & Phylaciorum & reliquorum suorum ciuium dux fuit, dum ad Troiam proficiscerentur. Vt ille quum primum è naui prosiliret à Dardano quodam sit occisus, & in eius locum frater Podarces suffectus, est apud Homerum in Bœotia seu Catalogo nauiũ, ubi et huius Phylaces meminit, dum inquit:*

οἱ δ' εἶχον φυλάκην, καὶ πύῤῥασον ἀνθεμόεντα.

Stephanus à Phylace Deionis filio dictam tradit. l ℭ Achiuorum delubrum.) *Locum Phylaces, ubi Græcorum uel Achiuorum confluxu certamina sunt edita, Achiuorum* τέμενος, *hoc est, uel delubrum, uel segregatum, uel certamini destinatum locum appellat.* τέμενος, *ut & Scholia & Hesychius habent, omnis segregatus in gratiam & honorem alicuius, locus est: templum uel ara deo uel regi consecrata: uel separatus aliàs locus, non modo templum uel ara, Homeri etiam testimonio:*

καὶ μήν οἱ λύκιοι τέμενος τάμον ἔξοχον. &c.

m ℭ Omnia uero percensere.) *Claudit* αὐξητικῶς *uictorias Herodoti. Impoßibile est ut breui ode magnum & ingentem uictoriarum Herodoti catalogum percenseam.* n ℭ Atqui sæpenumero.) *Gnome qua rationẽ reddit, quur breuior esse uelit, nec omnia Herodoti magnifica enumerare, bifariam intelligi potest: primum, quod ænigmatice ostendat nonnihil etiam infortunij excepisse in certaminibus Herodotum, quod satius sit taceri, quàm in medium, in laudum loco explicari. Vel quod iucundum & pulchrum sit in loco* βραχυλόγον *esse: decet enim lyricos hymnos* βραχυλογία, *neq; quicquã* μακρολογία. *Sin quispiam ad locum cõmunem referre uelit, nempe:*

Haud nocuit tacuisse quidem, nocet esse loquutum. *non cohærebit cum præcedentibus hæc gnome.*

EPODOS, COLON XI.

ᵃFaxint autem superi, ut splendidis canorarũ Pieridũ alis excitatus in Pythijs, ac iuxtà Olym

pijs, excellentibus [b] Alphei ramis manum ſuam obfirmet, gloriam Thebis ſeptẽ portis minime obſcuris allaturus. [c] Quod ſi quiſpiam in penetralibus ſuis diuitias clanculũ coacervans, alium, in quem inciderit, derideat, is non reputat, quod inglorius animam ſuam Plutoni ſeruet.

a ℂ Faxint autem ſuperi.) *εὐχὴ eſt: precatur enim perorationis uice, ut poſthac deûm beneficio & Olympicorum & Pythiorum uictor euadat.*

b ℂ Alphei ramis.) *Olea: ex olea enim Olympij uictores coronabantur. Alpheus autem fluuius præterlabitur Olympiam.* *c* ℂ Quod ſi quiſpiam.) *Inſignis gnome eſt, qua hanc oden claudens auaritiam opulentorum, ſeu auaros opulentos damnat: ac rurſum ad liberalitatem inuitat maiorem, Herodotum. Auari diuites alta mortẽ ſepulti in perpetuum ignorantur. Rurſum, diuites nonnihil facultatum ſuarum ad uirtutes & uictoriam obtinendam impendentes, æternam nominis ſui gloriam poſt ſeſe relinquunt, præſertim ſi eruditorum hominum hymnis illorum uirtus celebretur.*

XENOCRATI AGRIGENTINO, ODE II. ἅρματι.

STROPHE I. COLON VIII.

V[a]Eteres, ô Thraſybule, [b] quicunq; ad precioſarum [c] Muſarum ſcandebant currum, [d] inclytæ participes citharæ, facile mellitos in pueros hymnos condebant, & ut quiſq; pulcherrimus erat, ſic formoſæ Veneris ſuauiſsimum florem ac fructum ad Venerem allicientem habebat.

ANTISTROPHE, COLON VIII.

Nec enim tũ lucro, aliquo pacto inhiabat Muſa: neq; mercenaria: neq; uendebanẽ dulces melliſonæ, faciem deargentatæ, molliloquæ, [e] à Ter-

pſichore

» psichore cantiones. [f]Hodie uero hoc Argiui
» uerbum, proxime uerum incedens, admittit no»
» bis obseruare Musa,

EPODOS, COLON VII.

» Pecuniæ pecuniæ uir. Sic [g]dixit, qui cum fami liaribus tum amicis destitutus erat.

ENARRATIO.

Ode hæc Xenocrati Agrigentino Siculo inscribitur: de quo Artemon, Aristarchus & Callistratus dissentiunt. Alij enim Theronis fratrem, alij cognatũ tantummodo Theronis faciunt: alij fratrem Thrasybuli, qui Hieronis uxoris item frater extiterit, constituũt. Transmittit igitur hanc oden Thrasybulo Pindarus, per Nicasippum ueluti legatum, ut eam Thrasybulus Xenocratis frater etiam legat: atq; principio statim expostulat cum eodem, & cõqueritur potius, quod non dignam pro conscripto antehac hymno à Xenocrate mercedem acceperit. Ab eo principio statim ad certamina Xenocratis dirigit lyram suam, ipsum ab Isthmia & Pythia palma euehens: à Nicomacho auriga: à maioribus Aenesidemi filijs: à comitate & affabilitate, atq; adeò à mansuetudine morum, ab equitatu, à religione, ab hospitalitate. Postremo claudit apostrophe ad Nicasippum. Atqui huic Xenocrati Agrigentino 6. Pythiorum oden inscripsit etiam Pindarus, ubi Thrasybulũ Xenocratis filiũ uates ipse dicit. Quare & hic rectius, mea quidem sententia, Xenocrates pater Thrasybuli huius censendus est: id quod ex 6. Pythiorũ planum fit, dum inquit: Ex nostris uero uel Thrasybulus ad paternam regulam potissimum conscendit. Argumentum.

a ¶ *Veteres ô Thrasibule.) A collatione ueterum Lyricorum, cum suorum temporũ poëtis, orditur: non expressis autem uerbis. De Xenocratis in persoluendo hymno tenacitate queritur, sed ita tamẽ occulte, ut satis Thrasybulus intelligat. Statim autem non ad Xenocratem, sed ad filium eius Thrasybulum, quasi maiora à filio speret, apostrophen facit. Summa est: ô Thrasibule, ueteres lyrici non condebant stata mercede, uel spe lucri hymnos, sed gratis planè celebrabant suos, quos amabant: & ut quisq; pulcherrimus erat, eo faciliores in eius scribundis encomijs ueteres erant lyrici. Lyricos autem illos iuxtà notat, quod non adeò in honestis rebus uersati sint, sed Venerea ferè argumenta tractarint. quasi dicat: Ego non Cupidinem, non Venerem, nõ uæsanos amores concino, sed enim fortia clarissimorum uirorum gesta: quare meum poëma pluris æstimandum quàm priscorum. Veteres, inquam, non pro pecunia scribebant: sed hodie secus fit.*

b ℭ *Quicunq; ad Muſarũ.) Periphraſis eſt Lyricorum.* *c* ℭ *χρυσαμπύκων.) Muſas χρυσάμπυκας appellat, hoc eſt, aureo ornatu capite inſignitas. ἄμπυξ enim ornatus capitis muliebris eſt.* *d* ℭ *Inclytæ participes citharæ.) Hoc eſt, Lyrici. Intelligit autem Alcæum, Ibycum & Anacreontem, qui ſunt Pindaro ueteriores. Atq; hi in amatorijs argumentis cõmorati ſunt. Porrò Anacreon interrogatus, quur non deos potius, ſed pueros tantùm hymnis ſuis excoleret: Quia, inquit, pueri dij noſtri ſunt.* *e* ℭ *A Terpſichore cãtiones.) Quæ à Terpſichore Muſa, Lyricorũ præſide, proficiſcuntur: hoc eſt, lyrici hymni.* *f* ℭ *Hodie uero Argiui uerbũ.) Meis temporibus, inquit Pindarus, non gratis ſcribuntur poëmata. Et quia cum uates non adeò diuites ſunt, & præclara pangunt aſmatia, non immeritò eis iuſta aliqua merces penditur. Hodie Argiui uerbum regnat, & ſceptris potitur, quod in paroemiam abijt, nempe, Pecuniæ uir. Argiui huius nomen non exprimit poëta, ſed Alcæus, ut Scholia recitant, Ariſtodemum Spartiatam fuiſſe teſtatur. Sic enim iamolim Ariſtodemum Spartiatam dicere, Pecuniæ uir. Nemo pauper, neq; bonus, neq; ullo honore dignus exiſtimatur. Argiuum dixit, quia & Argos & Sparta ad Peloponneſum referuntur. Ellipſis eſt: deeſt enim ſubſtantiæ uerbum, eſt. Pecunia eſt uir. Hoc eſt, Nemo pro uiro, pro forti, bono, alicuius uirtutis habetur, niſi bene nummatus ſit. Tantus eſt unuſquiſq;, quantæ ſunt eius opes. Citra nummos nihil cõmode expediri poteſt, ut eſt apud Demoſthenem in 2. Olynthiaca, & Aphthonium. Epheſius ad ſeptem ſapientes hoc adagij refert. Chryſippus non eſſe paroemiam, ſed apophthegma, in Scholijs eſſe arbitratur. Atqui Eraſmus hic etiam conſulendus.* *g* ℭ *Dixit qui cum familiaribus.) Hoc eſt, Ariſtodemus quum omni auxilio deſtitutus eſſet, & iam tam opes quàm amicos perdidiſſet, hoc apophthegma protulit, Pecuniæ uir.*

[a]Verum tu ſapiens es: [b]nec enim incognita cano: Iſthmiam equeſtrem puta uictoriam, quam Xenocrati [c]Neptunus tribuens, coronam illi è [d]ſelino Dorico miſit, qua comã ſuam exornaret,

STROPHE II. COLON VIII.

[e]Curru decorum uirum honorans Agrigentinorum lumen. [f]Criſæ nanq; late potens apparuit: idq; Apollinis nomine, qui eum & benignus inſpexit, & ſplendorem tribuit. [g]Illic enim cele-

bribus

bribus [h]Erechthidôn gratijs, in altum ſublatus præclaris Athenis, nihil conqueſtus eſt de laxa aurigæ manu,

ANTISTROPHE, COLON VIII.

[i]Quam Nicomachus opportune omnibus habenis uerſat. [k]Hunc & horarum Olympici ludi præcones agnouerunt, Saturnij Iouis in Elide ſacerdotes, ubi hoſpitalitate aliqua adfecti, ſuauiter ſpirante uoce Xenocratem ipſum ſuſcipiebant, aureis uictoriæ genibus incedentem

EPODOS, COLON VII.

Suam per terrã, quam Olympij Iouis ſaltum uocant, [l]ubi Aeneſidemi filij immortalibus aucti ſunt honoribus. Etenim neq; uobis [m]incognitæ ſunt [n]ædes amabilium hymnorum Thraſybule, neq; non mellite ſonantium odarum.

a ¶ Verũ tu ſapiens es.) Conciliat ſibi & beneuolũ reddit Thraſybulũ, dum eum ſapientem appellat. Sapiens es, inquit: atq; ideo ſatis intelligis quid hoc ænigmate uelim, quid'ue inquiram. Satis uides & ſentis quô iter faciam, quod uidelicet Xenocrates pater tuus me nõ adeò liberali mercede pro hymno Pythio decorarit. b ¶ Nec incognita cano.) Iam ad laudes Xenocratis patris Thraſybuli ſeſe accingit. Non cano incognita, ipſam ſcilicet Xenocratis uictoriam Iſthmiam. c ¶ Neptunus.) Neptuni enim in Iſthmo delubrum, ad quod ludi Iſthmij aguntur. d ¶ Selino Dorico.) Hoc eſt, Iſthmio. Nam Dorienſes ſunt Peloponneſi accolæ. Vel Corinthiaco: quoniam Dorienſes Corinthum accoluere: & ipſa Corinthus porta fuit Peloponneſi.

e ¶ Curru decorum uirum.) Quia curru uicerit. Laus eſt Xenocratis à uictoria Iſthmia, quam curru obtinuit. f ¶ Criſæ.) Criſa Phocidis locus, & ipſa Python urbs. Pythios ludos hic intelligit, in quibus & Xenocratẽ Apollinis benignitate ſuperiorem factum refert. g ¶ Illic & celebribus.) Ab Olympia uictoria non ipſum quidem Xenocratem laudat, quandoquidem nullam ex Olympia uictoriam retulerit: ſed ipſum Theronem. Iam quod ne-

cessarij amici Theronis est, in Xenocratem transfert: & quod unius est, alteri cõmune facit, consueto sibi more, iuxta fortasse prouerbium, τὰ τῶν φίλων κοινά. Theronis ergo uirtute & Xenocratem nobilem facit. h ❡ ἐρεχθιδᾶν.) Erechthidæ Athenienses sunt, ab Erechtheo rege suo. Erechthidarum gratijs aptatus in præclaris Athenis: hoc est, usus Nicomacho aurigatore, qui genere Erechthides uel Atheniensis erat, fœliciter compos est uoti factus, & uictoriam obtinuit. i ❡ Quam Nicomachus.) A diligentia & agilitate Nicomachi amplificat. k ❡ Hunc & horarum.) Præcones & Olympici certaminis sacerdotes agnouerunt Nicomachum, ut qui eos Athenis amicè pariter antehac tractasset, si quando eò sese recepissent: qui'ue ab ipso Xenocrate antea etiam nonnihil beneficij accepissent, iam rursus Xenocratẽ uictoria conspicuum reuerebantur. l ❡ Vbi Aenesidemi filij.) A maioribus amplificat. Fuerunt autem Aenesidemi filij Theron & Dinomenes Siciliæ reges: & quia Isthmionices Xenocrates Siculus est, ideo horum meminit. m ❡ ἀγνῶτες.) Incogniti uel expertes. Aedes uestræ nunquam hymnis & odis uirtutum uestrarum uacant: illic enim mellite sonantes cantiones frequentes audiuntur. n ❡ Aedes amabilium hymnorum.) Vel ad ædes Xenocratis & Thrasybuli, uel ad ipsam Olympiam hæc referri possunt.

STROPHE III. COLON VIII.

[a]Nec scrupulosa, nec aduersa uia est, si quis ad gloria dignorum uirorum domos Musarum honores ducat. Hinc ego tanto [b]sermonem meum longius iecero, quanto præ cæteris mortalibus dulciorem conuictus rationem exhibuit Xenocrates: [c]uenerãdus enim & gratus ob sui conuersationem ciuibus erat.

ANTISTROPHE, COLON VIII.

Equitatum deinde [d]græco curabat more, [e]deorumq; omneis panegyres suscipiebat religiose quidem. [f]Neq; unquam spirans felicior aura uelum circa mensam hospitibus contraxit: [g]cæterum æstiuo tempore [h]ad Phasin usq;, hyberno uero ad Nili usq; littora proficiscebatur.

EPODOS

EPODOS, COLON VII.

[i]Ne igitur, tametsi liuidæ curæ mortaliũ mentes obsepiant, paternam unquam uirtutem sileat, neque hymnos, quandoquidem non ineptos eos condiderim. [k]Proinde ubi ad meum diuinum hospitem perueneris, hec Nicasippe recita.

a ❡ *Nec scrupulosa nec ardua uia est.) Laus est à facilitate Xenocratis & filij Thrasybuli in hospitalitate, & eruditorum complexu. Gnomice autem sic argumentatur: Si quis Musarum honores, id est periphrastice, carmina uel poëmata, ad uestras & clarorum uirorũ ædes perduxerit, non est asperum iter, hoc est, facile ad nos peruenient, uosq; citra omnem difficultatem ea complectimini.* *b* ❡ *δισκήσαις.) Lapidem teretem proijciens, uel disco ludens. Metaphora à disco athletarum. Per discon hymnum suum ἀλληγορικῶς intellige. Disci instar hymnum hunc tanto uenustiorem & elegantiorem pangã, quanto ipse Xenocrates morũ clementia & mansuetudine cæteros antecellit.*

c ❡ *Venerandus.) ὀργὰν pro moribus & uiuendi consuetudine Pindarus hic usurpat, ut suprà in Nemeis. A morum ergo dulcedine Xenocratem laudat.* *d* ❡ *Græco curabat more.) Ab equorum educatione & alimonia, quod reipublicæ ornamentum sit alere equos, iuxta græcam legem, quæ præcipiebatur opulentis, ut alerent equos.* *e* ❡ *Deorumq; omnes panegyres.) A pietate & religione. Panegyres festa religiose colebat, non ex sola consuetudine.* *f* ❡ *Neq; unquam spirans.) Ab hospitalitate allegorice uictorem cõmendat. Confert autem inuidiam uento. Nunquam spirans aura uelum circa mensam hospitibus contraxit: id est, nulla inuidia obsistere potuit, quo minus beneficijs hospites suos prosequeretur. Comparatio est huiusmodi: Vt naues sequundo uento impulsæ uela nõ submittunt, sed assiduò procurrunt: eundem ad modum Xenocrates adsidua & hospitalitate & amicitia suos afficiebat, nec desinebat & hospitalis & beneficus esse.* *g* ❡ *Cæterum æstiuo tempore.) Perstat in allegoria hospitalitatis & liberalitatis in hospites.*

h ❡ *Ad Phasin & Nilum.) Phasis Scythiæ fluuius frigidissimus. Nilus Aegypti ab oriente ortum ducit, unde calidus est. Hoc est, æstiuo & calenti tempore amicos & hospites suos refrigerabat suauiter: hyberno & frigido tempore eosdem calefaciebat atq; fouebat.* *i* ❡ *Ne igitur.) Si quis hæc unquã prædicaturus, uel in uulgus proclamaturus est, nimirum dulces mores, hospitalitatem & alia, ne taceat uel occultet etiam ipsam patris tui Xenocratis uirtu-*

tem ô Thrasybule, ut parenthesis sit, Tametsi liuidæ curæ mentes mortaliũ obsepiant. Omnia quidem sunt plena inuidia, sed propterea uirtus non est prætereunda silentio. i (Neq; hymnos.) Et hymnis suis iustum honorem uult seruari & exhiberi Pindarus, neq; quicquam contemni, uel nihili fieri: uidebat enim quanto in precio essent, & quomodo ab omnibus peterentur: unde eos οὐκ ἐλινύσοντας, id est, non inertes, non in uno tantum loco permanentes, statuæ ritu, appellat: respiciens per hæc ad Nemeam oden, cuius initium, Statuarius non sum. quasi dicat: Mihi exploratum est, quod hymni mei & terram & mare transeant, non maneant uel Thebis, uel Athenis. k (Proinde.) Apostrophen ad Nicasippũ ceu legatum facit, præcipiens, uel orans, ut Thrasybulo uel Xenocrati hæc omnia fideliter recitet: per Nicasippum enim hanc oden transmisit, ut in argumento subindicatum. Quod ad nomina huius odæ attinet, Thrasybulus idem sonat quod Germanis Cunradus, hoc est, consilio audax. Xenocrates idem est quod hospites retinens, germanicè gasthart. Aenesidamus παρὰ τὸν αἶνον καὶ δῆμον, hoc est, à laude uel etiam hortatione populi, quem Romani à populi fauore, ni fallor, Publiũ dixere: uulgò Lobuolck, uel Manuolck, uel Volckman, qui populũ animet uel hortetur ad ardua. Theron uenatorem sonat: θὴρ enim feram, θήρων à feris & uenatione deductum. Dinomenes, παρὰ τὴν δεινότητα καὶ τὸ μένος, hoc est, à potentia uel uehementia & animi robore corporis'ue, uulgò Starckgmuet, uel Vestgmuet. Nicomachus, aurigæ nomen, παρὰ τὴν νίκην καὶ μάχην, hoc est, à uictoria & conflictu: uincens in pugna, germanicè Vuindtzkrieg, oder kriegstreidt. Adeò Græci semper heroibus & claris & liberis parentibus progenitis, heroica & liberis hominibus digna nomina imposuere, quibus ad uirtutem, ad fortitudinem, ad reipublicæ cõmoditatem atq; salutem semper admonerentur: eaq; nomina è sua lingua, iam simplicia, iam composita, ut satis apparet, desumpserunt: id quod omnibus linguis familiare est.

MELISSO THEBANO EQVIS, ODE III.

STROHPE I. COLON X.

» SI quisquam mortaliũ fortunatus, siue
» cum gloriosis certaminibus, siue diui-
» tiarum robore continet animo conti-
» nuam satietatem, dignus est, cui à ci-

uibus

» uibus bene dicatur Iupiter, [b]Eximiæ uirtutes tuo
» beneficio mortales comitantur. [c]Enimuero futu-
» ra considerantium maior est felicitas. At peruer-
» sæ mentis hominibus non peræque omni tempo
» re florens prosperitas adest.

ANTISTROPHE, COLON X.

[d]Celebrium uero operum [e]præmia, pro bona re debita, euehere decet, ac [f]admirandis laudibus efferre. [g]Duorum ergo certaminum [h]portio, hæreditas, seu uictoria est Melisso, qua cor suum ad dulcem uertat lætitiam: primũ quod in Isthmi uallibus coronas acceperit, deinde quod [i]in cauo alto pectore insignis leonis nemore [k]Thebas pronunciarit,

EPODOS, COLON XI.

Simulac [l]equestri cursu uictoriam obtinuisset. [m]Scilicet complantatam & congenitam uirorum indolem & fortitudinem nõ redarguit. [n]Agnoscitis sane Cleonymi antiquam in curribus uirtutem & gloriam, & eos qui matris nomine Labdacidis, haud inæquales diuitias posidebant
» quadrigarum laboribus. [o]Tempus autem subin-
» de alia aliàs dierum reuolutione producit. [p]Deo-
» rum uero liberi immutabiles & ad malum infle-
» xiles perseuerant.

ENARRATIO.

Melissum Thebanũ ab Isthmia & Pythia uictoria laudat: à patris & matris maioribus Cleonymo & Labdacidis. Melissus ab apibus nomen habet, quas Græci μελίσσας, quasi dicas Apitius. Cleonymus, celebre nomen, uel nominis celebritatẽ sonat. Labdacidæ à Labdaco maiore, quod Syrium uel Chaldæũ Argumentum.

nomen esse uidetur, à λάϐδα deductum: perinde ac omnium Græcorum elementorũ nomina ab Hebræis uel potius Chaldæis deriuata apparet: ut ab aleph alpha, à beth beta, à gimel gamma, à daleth delta, à chet chi, à tet theta, à iod iota, à cap cappa, à lamed lambda uel labda: à Cadmo primum Phœnice in Græciam illata nomina. Apud Græcos ergo nihil significant literarũ nomina: apud Chaldæos uero & Hebræos, illarum etymon & fons nemini est obscurus. Sic lambda ad lamed reductum, à uerbo limed, quod doctrinæ accommodatur, doctrinam & institutionem sonabit. Consimiliter Labdacus à λάϐδα primo uel lamed deductum satis apparet. Verum quia in propriorum etymo non multum situm est, ideo hæc iam missa facimus. a ¶ Si quisquam mortalium.) Ad Iouem apostrophe facta, cum à ciuibus uirum meritò laudandum ait, qui uictoria & diuitijs pollens, sua illa præclara quidem sorte contentus uixerit: à uictoria pulchre & animi moderatione exordium ducens, uictorem modestia clarum Melissum prædicaturus, beneuolentiã pulchre hoc gnomologico principio conciliat. b ¶ Eximiæ uirtutis.) Alia gnome est, qua uictoriam Ioui refert acceptam, pro solita sua pietate Pindarus. c ¶ Enimuero, futura considerantium.) Futura consideranda monet, ne uidelicet Melissus uel alius quisquam præsenti felicitate efferatur: id quod sacræ literæ etiam hortantur, dum tempore bonorum, felicitatis & gaudij, mala nos recordari præcipiunt, & econtra. d ¶ Celebrium uero operum.) Exordio & ingressu peracto, προκατασκευὴν adijcit, atq; adeò præparationem ad rem ipsam uel uictoriam Melissi. e ¶ Præmia pro bona re debita.) Periphrasis est coronarum quibus uictores ornabantur, ac nicecteriorum. f ¶ Admirandis laudibus.) Hoc est, eximijs & arte cõpositis hymnis & odis efferre. τὸν κωμάζοντα, hoc est, conuiuantem, & uictoriæ nomine chorum ducentem uel tripudio deditum Melissum: uel indefinite pro gnomæ natura, qualemcunq; uictorem. g ¶ Ergo duorum certaminum.) A duplici uictoria, nempe ab Isthmia primum, deinde à Nemea euehit Melissum. h ¶ Portio.) Id est, possessio, pars & hæreditas. i ¶ In caua alto pectore insignis leonis sylua.) Periphrasis est Nemeorũ. k ¶ Thebas pronunciarit.) Per præcones Pythios & Nemeos. Victores enim & suo & patriæ nomine proclamabantur à præconibus. l ¶ Equestrem uictoriam.) Equestrem uictoriam Pindarus appellat. Et quia non constat ex hac ode, num quadriga, uel celete tantum uicerit Melissus, ideo etiam epigraphe huius hymni, equis uel equestri cursu hunc adsequutum palmam testatur. m ¶ Scilicet complantatam.) σύμφωνημα est, qua Melissum maiorum suorum ingressum uestigia confirmat. Qui uero sint maiores isti, statim adiungit. n ¶ Agnoscitis sane Cle-

n Cleonymi.) *Cleonymus auus paternus est Melyßi, Telesiades pater. Auum ergo Cleonymum primum enituisse quadrigarum uictoria, deinde matris etiam cognatos uel maiores eadem palma insignes fuisse testatur. Refert autem maternum potißimum, & ipsius etiam Cleonymi genus & genealogiam ad Labdacidas. Sunt autem Labdacidæ Labdaci posteri, ut Laius Oedipus, uetustißimi etiam Thebani principes, ut & in Olympijs & Pythijs annotatum.*

o ¶ Tempus aũt subinde.) *Claudit oden pulcherrima gnome, qua uel ad Labdacidarum & Oedipodis fata respicit, uel ad cognatos Melißi, quorum meminit in sequenti ode. Quatuor enim Melisso sanguine coniunctos, bello perijsse subsequenti ode refert.* p ¶ At deorũ liberi.) *Alia gnome, qua non mirum esse adseuerat, nonnihil infortunij mortalibus accidere. Eam enim hominum conditionem, ut uarijs subinde periculis obijciantur. Solos autem superos & immortales deos à calamitate immunes esse. Per deorum autem liberos, ipsos deos intelligit, ut Scholia uolunt, quemadmodum Homerus dicere cõsueuit, υἷους ἀχαιῶν, filios Achæorũ, pro ipsis Achæis uel Græcis: & perinde ac Hebræi בני ישראל filij Israël pro ipsis Israëlitis, peculiari cum Hebræis tum Græcis loquendi formula.*

EIDEM MELISSO, ODE IIII.

STROPHE I. COLON X.

[a]EST mihi deorũ gratia, infinita undiq; uia ô Melisse: sed & tu opportunitatẽ Isthmijs uictorijs monstrasti, ut hymno uestras uirtutes prosequar. [b]Quibus Cleonymidæ perpetuò florentes, [c]cum Deo mortalem uitæ transigunt finem. [d]Sed enim aliàs alius [e]sequundus uentus omnes homines adflans & excitans trahit.

ANTISTROPHE, COLON X.

[f]Quinetiam Thebis è prisco stemmate cum celebres prædicant, tum [g]in uicinos hospitales, [h]ab omni prorsus tumultuante iniuria alieni. [i]Quæcunq; testimonia super homĩes tam uiuos, quàm

præcipue tamen Isthmios ludos. b ℭ Quibus Cleonymidæ.) Est autem Cleonymus auus paternus Melißi, ut priori demonstratum ode. Verum hic nedum auum paternum, sed & alios maiores omnes & posteros Cleonymidas appellat, ceu à remotiori quodam Cleonymo principium ducentes. Laudat aũt eos à uirtutibus inadulanter, dum inquit: c ℭ Cum Deo mortalem uitæ finem transigunt.) Quasi dicat: Quantumuis hac in terra fortunati sunt heroës, attamen mortales sunt: sola uirtutis memoria est æterna. d ℭ Sed enim aliàs alius.) Gnome est, qua nonnihil infelicitatis Melißi domui cõtigisse subindicat: at uxtà id infortunij cõtegit, & Melissum ea de re consolatur. Non mirum est homines non omni ex parte beatos esse, quum nemo mortaliũ perpetuam sit hic beatitudinẽ nactus. e ℭ ὖρ☉.) Ventus uelum inspirans. Allegoria est à nautis sumpta. Vt nautæ non semper sequundo uento impellun tur, ita nec mortalium uita à procellis, hoc est, calamitate, potest esse immunis & libera. f ℭ Quinetiã Thebis.) A natalium splendore. g ℭ In uicinos hospitales.) Ab hospitalitate. h ℭ Ab omni prorsus tumultuante.) A iustitia. i ℭ Quæcunq;.) A uirtutum circulo, & earundem encomio. k ℭ Ad hæc domi.) Quod nulli alij domesticis his uirtutibus & rebus strenuè gestis anteeant. l ℭ Herculanas adusq; columnas.) A prouerbio deducta auxeseos formula: quasi dicat, à nemine hic superatur: ille enim eò peruenit, ubi non poßit ultra pergere. m ℭ Neq; ultra Gades.) Prouerbialis eadem cum proxima locutio. Hoc est, quum ad summa peruentũ est, quiescas necesse est. Hunc ad modum Cleonymidæ, quum Gades & Hercu lis columnas uirtutibus suis contigerunt, ad id culminis conscenderunt, ut conscendere altius non poßint. n Præterea fuit illis quo equos.) Ab equorũ educatione, quæ diuitias & ingenuum ortum demonstrat: non enim cuiusuis est ἱπποτροφεῖν, sed procerum, nobilium & potentiorũ. o ℭ Et quo ferreo Marti.) Ab armis & apparatu bellico. p ℭ Cæterum una quapiã die.) Ad cladem digreditur & prælium, quo quatuor Melisso cognati occubuere. Adeò perpetuò felicitatis, syncerus uates meminit, ut infortunij tamen iuxtà non obliuiscatur: non ut improperet obijciat'ue, sed ut præsenti felicitate exacta mala obliteret, & dulcem acerborum memoriam, prosperiore successu rerum faciat; utq; simul humanæ sortis nos omneis cõmonefaciat. q ℭ Belli tempestas.) Conflictum tempestati & niui comparat. Vt enim tempestas cœlum nubibus obducit, & uentus & murmur auræ & fulgur & tonitru omnia ita confundant, cœlum obscurent, ut intremiscant mortales, nec sciant, maxime maris tempestate correpti, quid agant: & ut densa decidente niue, ipsum iter & uisus noster tantũnnon obscuratur: Sic in martia compreßione, tantus

impetus, tantus furor, tanta uehementia, tremor & clamor, ut nemo uerius exa presserit, quàm qui semel interfuerit: quanquam ne uerbis quidem efferri posit, sed mente uix etiam concipi. r ☾ *At nunc rursum.*) *Pulchra allegoria, post abactam calamitatem per Melissi uictoriam, nunc felicitatem reuersam ad firmat: pulchra iuxtà antithesi hybernorum mensium caligini (id est, exactæ calamitati) terram purpureis rosis uernantem (hoc est, summã iucunditatem ex Melissi uictoria profluentem,) opponens.* s ☾ *Deorum consilijs.*) *Non suis id uiribus Cleonymidæ consecuti sunt, sed deorum benignitate: quo simul ipsos pios & deorũ timentes fuisse arguit.* t ☾ *Terræ uero cõmotor Neptunus.*) *Neptuni beneficio, Isthmia nimirum uictoria, obscuratam Cleonimydarum famam illustrari.* u ☾ *Onchestum.*) *Onchestum Neptuno sacrum locum esse, in 1. Isthmiorum prædictũ est. Est autem amplificatio à loco & τοπογραφία.* x ☾ *Marinum pontem.*) *Periphrasis est Isthmi. Nam cingulum illud, seu terræ angustiam inter utrunq; mare, ponti adsimilat.* y ☾ *E lecto.*) *Hoc est, decumbentem & ægrotantem famam. μεταφορὰ à decumbentibus: hoc est, sopitam ac ueluti infirmam.* z ☾ *Ea in somno cecidit.*) *Metaphora est: hoc est, sopita est & obscurata.*

a ☾ *Excitata uero.*) *Pulchre in comparatione perseuerat. E somno excitata fama, hoc est, reparata & instaurata, lucet ceu φωσφόρος. Famæ splendorem per Melissi uictoriam excitatum τῷ φωσφόρῳ comparat. Vt enim lucifer cæteris stellis est rutilantior, sic hæc Melissi fama cæterorum Thebanorum decori præeminet.*

ANTISTROPHE, COLON X.

[a]Quæ famæ claritudo & cultis in Athenis, & Adrasti certaminibus Sicyone peractis, currum proclamans uincere, præbuit huiusmodi encomia, qualia & progenitorũ tuorum à tum uiuentibus poëtis fuere. [b]Qui neq; in publico cõuentu flexibilem retinebant currum, sed cum uniuersis Græcis certantes [c]equorum sumptu gaudebant.
» Eorũ enim [d]qui nihil experti sunt nulla est memo
» ria: incognitã enim uitam silentio pressam uiuũt.

EPODOS, COLON XI.

» [e]Est autem quædam fortunæ & pugnantium

obscuritas,

" obscuritas, quandiu ad finem non fuerit peruen" tum. [f] Alia enim alijs fortuna impertit, quæ & in" terdum bonum uirum à peioribus arte & fraude" circunueniri facit. [g] Agnoscitur id in martia Aia" cis fortitudine, quam in concubia nocte suo ense" resecans, ingentem luctum Græcorum liberis," quicunque Troiam se receperāt, reliquit.

STROPHE III. COLON X.

[h] Atqui Homerus Aiacem apud mortales honorificum reddidit, qui omnem ipsius uirtutem colligens ad uirgam diuinorum carminum posteris celebrando recensuit.

a ¶ *Quæ famæ claritudo.*) *Ab Atheniensibus ludis obtenta palma, & Sicyonijs Pythijs, de quibus in Nemeis satis auditū, prædicat uictorem Melissum, eum curru uicisse confirmans.* *b* ¶ *Qui neq; in publico.*) *Maiores Melissi ab encomijs, quos per suorum temporum poëtas, ab equestri uictoria retulerunt, prædicat.* *c* ¶ *Equorum sumptu.*) *Ab* ἱπποτροφίας *maiores effert.* *d* ¶ *Qui nihil experti sunt.*) *Hoc est, qui in certaminibus non sunt defatigati uel exercitati, qui nō adepti sunt palmam, non sunt in hominum memoria, ut qui nullis odis celebrentur. Potest & generatim ad omneis inertes & ignauos referri hæc gnome.* *e* ¶ *Est autem quædam fortunæ & pugnantium obscuritas.*) *Gnome est, qua obscurā primum Melissi famam, priusquam palmam arriperet, fuisse ostendit: adeoq; in persona non apparuisse, quod euentus certaminis conspiciendum in eo dedit.* *f* ¶ *Alia enim.*) *Varium esse euentum humanarum rerum: unde non mirum, si quisquam, quæ sibi polliceatur, non semper adsequatur. Porrò non omnia semper pro uotis mortalibus euenire, exemplo Aiacis probat, dum subijcit:* *g* ¶ *Agnoscitur id in martia Aiacis.*) *Aiax, inquit, quum esset post Achillem omnium fortißimus, attamen Achillis armis per longe inferiorem, Vlyssem nempe, orbatus est. Charum autem habet Pindarus Aiacem, & fortißimo principi miserrimum fatum inuidet: quo de apud Sophoclem in Aiace* μαστιγοφόρῳ. *h* ¶ *Atqui Homerus.*) *Etsi uictus sit Aiax, attamen perpetuis Homeri monumentis, æternum etiam uiuit. Scholia hic Chrysippum & alios adferunt, qui hic dubitant, num hic locus Homericæ celebrationis, uel Aiaci uel Vlyßi attribuendus*

sit, quum Homerus neutrũ nominet. Ego, tametsi quidam ad Vlyssem hæc pertinere putent, Aiaci potius accenseri posse autumo: quasi uelit poëta subindicare nonnihil infelicitatis passum esse, instar Aiacis, uel aliquot maiores eius. Qui ad Vlyssem referũt, per hoc persuadentur, quod subinde uates Melissum paruæ staturæ fuisse testatur, & uictoriã tamẽ cæteris præripuisse. Sic Vlyssem respectu Aiacis paruum extitisse. Verum frustra demiratur, ac ueluti deplorat fatum fortissimi herois, si postea in iniuriam Aiacis Vlyssem ad sydera uehat.

i ¶ Ad uirgam diuinorũ carminũ.) Hoc est, ipsis poëtices monumentis: in Iliade uidelicet τὴν ῥαψῳδίαν circunloquens hac περιφράσει.

» [a]Hoc porrò immortale præconium est, si quis» piam quid apte & eleganter dixerit. [b]Ac rerum » bene gestarum fulgor & laus nullis unquam se» culis extinguibilis, tum per fertilem terram tum » pontum commeat.

ANTISTROPHE, COLON X.

[c]Vtinam & ego solertes Musas consequar, ut illam hymnorum [d]ardentem lampada cõtingere queam, [e]dignamq; pancratij coronam [f]Melisso, Telesiadæ ramo. [g]Est enim illi animus æque in labore, atq; leonibus, dum feroces ipsi, uenantur non citra laborem bestias. Consilio uero & calliditate uulpẽ agit, quæ supinè recumbens, aquilæ » impetum remoratur & arcet. At uero prudentis » est ac nihil non tentantis, hostem inglorium red» dere seu deijcere.

EPODOS, COLON XI.

[h]Neq; enim Orionęam naturã nactus est: statura quidem breuis, cæterum dimicandi artis peritissimus. [i]Verum ad Antæi domos Cadmeijs Thebis, corpore quidem non adeò magnus, animo uero indefessus Antagonista uenit, ut eum

qui

qui hoſpitum craniis Neptuni templum coronaret, cohiberet

STROPHE IIII. COLON X.

Filius Alcmenæ, [k]qui uniuerſæ terræ, tamq́ maris, præcipitiis alti, reperto fine, fretoq́ ad nauigationes pacato, Olympum conſcendit, ubi apud [l]Aegiochum, pulcherrima felicitate fruens demoratur, precioſus & charus immortalibus diis, quandoquidem & aurearum domorũ rex, Heben ac Iunonis generum coniugauit.

ANTISTROPHE, COLON X.

[m]Cui ſuper Electridas conuiuium exhibentes ciues, & nouis aras coronis ornamus, in memoriam & ſacrũ octo fortium interemptorũ, quos Megera Creontis nata Herculi peperit filios, quibus ab obitu ſolarium radiorum oriens flamma totam noctem lucet, aërem uapore fumi quadantenus calcitrans.

EPODOS, COLON XI.

[n]Poſtero dehinc die annuorum ludorum finis eſt, in qua tum fortitudinis opus abſoluitur, ubi redimitus caput myrtis, uir ille [o]duplicem uictoriam demonſtrauit, qui antehac tertiã ab adoleſcentibus reportarat, [p]prudentis gubernatoris, agilisq́ aurigatoris conſilio uſus. [q]Proinde cum Orſea ipſum uictorem exultans laudabo, iucundam deſtillans gratiam atq́ præconium.

a ¶ *Porrò hoc immortale.) Digreditur ad poëtices & bonarum literarum præſtantiam. Ea eſt eximia laus, inquit, quæ cuipiam ab elegantibus poëtarum carminibus, & eruditorum hominum ſcriptis prouenit.* *b* ¶ *Ac rea-*

rum gestarum radius.) Metaphora est, pro excellentia. Hoc est, uirtutes à doctis celebratæ cum terram tum mare transeunt. c ℭ Vtinam & ego.) Deesis est: precatur enim, ut perinde Melissum queat prædicare, atq; Homerus cum Aiacem tum Vlyssem extulit. d ℭ Ardentē facem.) Hoc est, splendorem & autoritatem poëtices. e ℭ Dignamq; pancratij.) Vt possim suis celebrare laudibus uictoriam Melissi, quæ ei ex pancratio contigit, unde & coronatus est. f ℭ Melisso ramo Telesiadæ.) Vtinam possim celebrare digne coronam pancratij, in gratiam Melissi, qui ramus est Telesiadæ. Solet autem & Homerus magnanimos principes atq; insignes heroës appellare ἔρνυ ἄρηΘ-, & θεράποντας ἄρηΘ-, ramos Martis, quasi à Marte proseminati uel plantati essent. Est autem Telesiades pater Melissi. g ℭ Est enim illi.) Hic post uotum & precationem ex integro præconium Melissi texit, conferens robur eius leoni, prudentiam uulpeculæ, heroica sanè & principe digna comparatione. h ℭ Neq; Orionæam.) A statura corporis uirtutem animi extollit. Etsi corpore paruus fuit, animo tamē magnus, ideoq; uel maiorem sese uicit. Orionem Gigantem non æquiparauit corpore, attamen antagonistam suum Orioni statura haud dißimilē superauit. i ℭ Verum ad Antæi domos.) Alia comparatio. Quemadmodum Hercules Alcmenæ filius statura Antæo inferior, Antæum tamen Gigantem longe sese statura quidem excellentiorē prostrauit & cōpressu interemit, sic Melissus se maiorem deuicit, perinde ac Hercules cōparatione sui maiorem Antæum. Hic deserta Libyæ incolens, è prætereuntium occisorum capitibus Neptuno templum exornauit: quod sceleris alij Diomedi Thracio, alij, ut Bacchylides, Eueno accōmodant. k ℭ Qui uniuersæ terræ.) Digreditur ad fata Herculis, ut post erectas Gades & absolutos labores tandem in cœlum migrauerit, ibiq; Heben uxorem duxerit.

l ℭ Aegiochum.) Aegiochus Iupiter, ueluti capram tenens. Scholia in Homerum Aegiochum dici Iouem autumant, quod Aegida scutum teneat. Mea est sententia, ut ab αἲξ αἰγὸς, id est capra, à qua in Creta altus est, αἰγίοχΘ-, τουτέστι τὴν αἶγα κατέχων, appelletur. Verum de Aegide scuto & Aegiocho suprà. m ℭ Cui super Electridas.) Electridæ portæ sunt Thebis, ubi sacra faciunt Herculi, & octo filijs eius, quos & Creontis regis filia Megera peperit, quosq; ipse indignatione Iunonis in rabiem actus occidit. Etsi Lysimachus dolo ab hospitibus interemptos scribat. Variæ sunt uariorum de filijs Herculis hisce opiniones. Lysimachus enim & Socrates, Dionysius, Euripides, Aeneas Argiuus, Pherecydes, Batus, Herodotus, nedum historia mortis, uerum numero etiam dissentiunt. Batus nominibus recenset eos, Polydorum, Anicetum, Mecistophonum, Patroclem, Toxoclitum, Menebronten, Chersibion.

Hæc Heraclea dicuntur.

bion. Alij alia nomina proferunt, Therimachum, Creontiadem, Aristodemum, Deicoontem, Deionem, Antimachum, Clymenum, Glenum. n ¶ *Postera uero die.) Post sacrificium super Electridas perficitur certamẽ, aguntur ludi, ubi uictores myrtea corona exornantur.* o ¶ *Duplicem uictoriam.) Bis inquit, adultior factus, & uirili ætate conspicuus, funebribus illis Herculis ludis uictoriam obtinuit Melissus: tertiam autem uictoriam dum puer esset reportauit. Obscurũ est autem, num Herculanis certaminibus uel alijs euaserit uictor, dum puer esset imberbis adhuc.* p ¶ *Prudentis aurigæ consilio.) Aurigam etiam laudat.* q ¶ *Proinde cum Orsea.) Orseas haud pœnitendus Melissi aliptes fuit.*

PHYLACIDAE AEGINETAE PANCRATIO VINCENTI, ODE V.

STROPHE I. COLON VIII.

V[a]Eneranda Solis mater Thia, te propter alijs metallis præpotens aurum excellentius iudicarunt mortales.[b]Etenim in ponto cõtendentes naues & in curribus certantes equæ propter tuum honorem regina, in uelociter uertentibus sese ludis admirandæ sunt,

ANTISTROPHE, COLON VIII.

Inq́ꝫ [c]ludicris certaminibus [d]uenerabilem gloriam & ingens decus pepererũt, quibus manuũ robore, aut pedum uelocitate uincentibus densa » serta cæsariem coronarunt. [e]Sed fortitudo mor» talium à Deo est.[f]Duo sunt autem quæ iucundũ » uitæ florem, cum uirenti felicitate pascunt:

EPODOS, COLON XI.

» Nempe si quis bene adfectus, seu in bona for» tuna constitutus, celebri pariter fama claruerit.

εἰς	ἥλιον			χρυσὸς
	σελήνην			ἄργυρος
	ἄρη			σίδηρος
	κρόνον	ἀνάγεται		μόλυβδος
	δία			ἤλεκτρος
	ἑρμῆν			κασσίτερος
	ἀφροδίτην			χαλκός.

Soli		aurum
Lunæ		argentum
Marti		ferrum
Saturno	attribuitur	plumbum
Ioui		electrum
Mercurio		stannum
Veneri		æs.

Qur ergo tale huic hymno attexit exordium: in gratiam'ne uictoris, an sui ipsius causa? Etsi neutrum ipse expresserit, quisq; tamen per sese satis abundeq; percipere hinc potest, quod primũ in gratiam hoc Phylacidæ, dein suo quoq; nomine faciat. O multi nominis Thia, inquit: ô uenerãda, ô præclara, ô eximia, tua causa homines aurum cæteris metallis prætulerunt. Deinde & quæ terra, & mari ludi exhibentur, propter tuum honorem & precium sunt admirationi. Quid est, tui causa, & tuum propter honorem? hoc est, propter tuum beneficium, quo mortales adiutas: & propter tuum honorem, quem hominibus impertis: id est, propter aurũ, quod humano generi largiris. Propter liberos tuos Solem & Lunam, id est, aurum & argentum, quæ per te generantur. Huius exordij χόλιον *est apud Demosthenem in secunda Olynthiaca, dum inquit: Citra pecunias nihil cõmode expediri potest. Neq; ludi quinquennales, siue periodici, siue alij per Græciam, neq; uictoria citra Thiæ filios Solem & Lunam, hoc est, aurum & argentum, agi comparari'ue possunt. Neq; uictoriam Phylacides adipisci potuisset, nisi opibus esset adiutus. Neq; ego condere poëmation possem, nisi me Thiæ clara, fulgensq; soboles, aurum & argentum inuitarent.* b ☾ *Etenim in ponto.) Ratio quare aurum excellentius sit metallum: quia spectacula quæ & terra & mari aguntur, per te, hoc est, aurum adeoq; pecunia aguntur: quandoquidẽ, ut iam dixi, sine pecunijs nemo quicquam rite queat persequi.* c ☾ *Ludicris certaminibus.) Equorum & curruum.* d ☾ ποθεινὸν κλέος ἔπραξεν. *) Desiderabilem celebritatem peregit. Enallage numeri est. A plurali enim ad singularem decidit Pin-*

darus, pro more sibi consueto. Hoc est, ipsa etiam decertantiũ uictoria, non sine sumptibus & sine munere tuo ô Thia constat. e ℭ *Sed fortitudo mortalium.*) *Pietas Pindari. Gnome enim sibi consueta uirtutes hominum Deo refert acceptas.* f ℭ *Duo sunt.*) *Commendaturus Phylacidam, in quibus humana felicitas consistat proponit, nempe in rebus praeclare gestis, & earundem encomio. Perficitur autẽ & constat encomion nicephori hoc syllogismo: Beatus est, qui rebus praeclare gestis & illarum encomio exornatus conspicitur: Phylacides est huiusmodi: igitur est felix & beatus. Duo sunt, intentio est.*

g ℭ *Praeter haec.*) *Rhetoricae intentionis uel maioris dilatatio.*

h ℭ *Mortalia mortales decent.*) *Gnome ethnica, imò & Christiana, si corpus spectes, & animi etiam ταπεινοφροσύνην.* i ℭ *Tibi uero in Isthmia.*) *Minor est, quã rebus gestis, hoc est, uictoria Isthmia Phylaciden insignitum memorat.* k ℭ *Et Pytheae.*) *Meminit Nemeonicae Pytheae, cuius laudes praedicauit in 6. Nemeorũ. Fratres fuisse, ex subsequenti odes col ligitur epigrapha: utrunq; autem pancratiasten fuisse commonstrat.*

[a]At meus animus, [b]haud sine Aeacidis encomia tua decantat. [c]Cum Gratijs enim, [d]Lamponis filijs adueni

STROHPE II. COLON VIII.

[e]Ad hanc legibus bene confirmatam urbem. [f]Sin horum uita per puram diuinorum operum semitam uersa est, ne inuideas pro laboribus illorum, hymnum poëtae cõuenientem concinnare. [g]Etenim qui ex heroibus insignes bellatores fuerunt, uel post mortem encomia consequuti sunt: [h]Celebrantur nanque & citharis & sonoris tibiarum concentibus,

ANTISTROPHE, COLON VIII.

Omne per aeuum. [i]Meditationem poëtis, [k]Iouis gratia, praebuerũt fortiter agentes. [l]In Aetolorum quidem sacrificijs, conuentibus'ue lucidis, Oenidae praeduri uiribus. [m]Thebis uero eque-

strib

ſtris Iolaus munus habet, [n]Perſeus autem in Argo. At [o]Caſtoris Pollucisq́ haſta, prope Eurotæ fluenta.

EPODOS, COLON XI.

[p]Oenone uero magnanimi [q]mores Aeaci liberorum celebrantur: [r]qui ſociali pugnæ fœdere bis urbem Troianorum depopulati ſunt, Herculem primum ſequuti, deinde Atridas.

a ¶ *Meum uero cor.*) *Alteram partem, nempe encomion Phylacidæ adeſſe oſtendit. Seipſum enim rerum ab eo geſtarũ, præcipue uero uictoriæ eſſe encomiaſten.* *b* ¶ *Nõ ſine Aeacidis.*) *Tuas uirtutes ita celebro, ut Aeacidarum non obliuiſcar.* *c* ¶ *Cum Gratijs.*) *Gratiarum benignitate, & iucundis hymnis.* *d* ¶ *Lamponis filijs.*) *Hoc eſt, in honorem & gloriam filiorum Lamponis Pytheæ & Phylacidæ.* *e* ¶ *Ad hanc legibus.*) *Circunſtantia, qua patriam Phylacidæ à bona politia laudat.* *f* ¶ *Sin horum uitæ.*) *Ad inuidos digreditur. Non inuidendum bonorum uirorum encomijs.* *g* ¶ *Etenim.*) *Bonorum uirorum laudes poſt mortem uiuere.*

h ¶ *Celebrantur enim.*) *Qui uiuant poſt fata bonorum laudes.*

i ¶ *Meditationem poëtis.*) *Fortium heroum facta, poëtis argumenta ſuorum monumentorũ dediſſe.* *k* ¶ *Iouis gratia.*) *Id eſt, Iouis beneficio & uoluntate fortiter agentes.* *l* ¶ *In Aetolorum.*) *Exemplis externis & domeſticis probat. In ſolennitate & panegyri Aetolorum inclyta, Aenei fortes filij celebrantur à poëtis.* *m* ¶ *Thebis.*) *Equeſtris Iolaus honoratur Thebis & feſto & carminibus.* *n* ¶ *Perſeus in Argo.*) *Celebratur.*

o ¶ *Caſtoris & Pollucis.*) *De quorum fato ſuprà.* *p* ¶ *Oenone.*) *Oenone uocata eſt, priuſquam ex Ioue Aegina, Aſopi fluminis filia, illic produceretur: hoc eſt, in Aegina res geſtæ Aeacidarũ cõmemorantur.* *q* ¶ *ὄργαί.*) *Rurſum pro moribus, & uitæ conſuetudine, ut antehac ſæpius.*

r ¶ *Qui ſociali pugnæ fœdere.*) *Bis depopulati ſunt Aeacidæ Troiam: primum quidem Telamon cum Hercule, deinde Neoptolemus cum Atridis.*

[s]Proinde à principio mihi Muſa repete, qui Cycnum, qui Hectorem, & intrepidum Aethiopum exercitus ducem inſigniter armatũ Memnona interfecerint. Quis enim fortem Telephũ

Caicus fluuius est Mysiæ. ſua haſta ſauciauit prope Caici ripas?

STROPHE III. COLON VIII.

[b]Quibus fama Aeginam decoram illam inſulam patriam tribuit. [c]Extructa eſt autem & iam olim turris, quam altis ſuis uirtutibus conſcendant. [d]Quin & lingua mea multas circa Aeacum ſagittas cōtinet, quibus illum reſonet. [e]Nuncq; in Marte teſtari queat ciuitas Aiacis, nautis defenſa

ANTISTROPHE, COLON VIII.

Salamis, in multa corrumpente Iouis imbre, in denſa innumerorū uirorum ſtrage. [f]Attamen " gloriationem hanc ſilentio complue, cela. [g]Iupi" ter hæc & hæc gubernat omniū dominus. [h]Huiuſmodi uero fortium uirorum uirtutes, uictoriæ pulchrum gaudium, præ amabili melle diligunt. Eat nunc & belligeretur aliquis ſtrenuè,

EPODOS, COLON XI.

Et in certaminibus [i]Cleonici genus addiſcat: necq; enim prolixus uirorum labor obliteratus eſt, necq; quantum in ſpes uictoriarum inſumptū eſt, ego cura & carmine meo obſcurauerim. [k]Cæterum & Pytheam membrorū domitorem laudo, qui Phylacidæ laborioſum curſum manibus ſuis felicē reddidit, mente prouidus. Apprehende igitur ei coronā, adfer uilloſam mitram, [m]& adlega ſimul elegantem recens natū hymnū.

a (Proinde.) *Ad Muſam apoſtrophe eſt, rogans ipſam, ut dicat, quinam fuerint & unde, qui in Troiano bello fortiſſimos quoſq; occiderint. Quis, inquit, Cycnum, quis Hectorem, Memnonem interfecit? quis Telephum haſta ſua ſauciauit?* b (Quibus fama.) *Reſpondet interrogationi. Illi iſtos principes*

principes interfecerunt, quorũ patria Aegina fuit. Achilles enim Hectorẽ &c.

c ❨ Extructa est iamolim turris.) *Allegoria est. Magna celebritas, ingẽns & ueluti fastigiatum decus eis propositum est, quod suis uirtutibus Aeacidæ conscendant.* d ❨ Qui & lingua mea.) *Sibi multa in Aeaci laudem in promptu argumenta esse: aq; primo Aeginæ summo principe laudat Isthmionicen.* e ❨ Nuncq; in Marte testari queat.) *Ad naualem pugnam, qua circa Salaminem Græci cum Persis conflixere, uertit animũ, in qua primas tenuere Aeginetæ, ut Herodotus & Ephorus tradunt.* f ❨ Attamen gloriationem.) *Ne nobis inuideant reliqui, si tanta solis Aeginetis tribuamus, Iupiter quæso hæc occulta, ne omnes aduersum nos excitentur æmuli.*

g ❨ Iupiter hæc & hæc.) *Vt & superbiæ & inuidiæ adimatur locus, aurea gnome & bona & mala in Iouem reijcit.* h ❨ Huiusmodi fortium uirorum uirtutes.) *Quid & alij & Aeginetæ heroës potißimum deament: uictoriam nempe, imò potius uictoriæ hymnũ: gaudium enim uictrix est oda, qua ad gaudium allicimur.* i ❨ Cleonici genus.) *Ab auo paterno Cleonico Phylaciden euehit. Cleonicus Lampon, Phylacides & Pytheas. Cleonicus auus, Lampon pater, Phylacides & Pytheas filij.* k ❨ Cæterum & Pytheam.) *Alipten eiusdem cum Pythea fratre Phylacidæ nominis intelligit.* l ❨ Apprehende ei coronam.) *Claudit cum apostrophe ad seipsum uel ad Musam, ut uel Aeginã uel uictorem Phylacidem coronet.* m ❨ Adlega.) *Simul destina ad uictorem.*

PHYLACIDAE PYTHEAE, EORVMQVE AVVNCVLO EVTHYMENI, ODE VI.

STROPHE I. COLON XIII.

S[a]Ecundum calicem (quemadmodum in florenti hominum symposio fieri solet, [b]ut misceantur pocula) musicorũ cantuum super certaminibus præclari generis Lamponis temperamus. [c]At Iupiter tibi florem coronarum in Nemeis suscipientes, primum craterẽ libamus. [d]Nunc minore inter pueros natu Phylacida uincente Isthmia, Neptuno

ac [e]quinquaginta iuxtà Nereidibus, alterum statuimus. Tertium uero Seruatori Olympio exhibentes, liceat dulcisonis Aeginam celebrare carminibus.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

" [f]Sin quisquam sumptu laboreq́ adiutus, diui-
" nas perficit uirtutes, ac illi iuxta Deus amabilem
" gloriam parat, is ad summã certe felicitatem an-
" chorã iacit, diuino honore adauctus. Hanc uiam, Cleonici filius inambulans, & canam senectam ac ipsam iuxta [g]suscipere mortem optat. [h]Ego uero alto sedentem solio Clothonem sororesq́ eius Parcas imploro, ut inclytis chari hominis uotis propitiæ sint.

EPODOS, COLON XI.

[i]Vos aũt curribus uenerandi Aeacidæ, mihi ius esse clarissimum dico, ut insulam illam ingrediens laudibus adspergam. [k]Atqui multæ magnæq́ in promptu uiæ cõstitutæ sunt, quibus res bonæ extollantur, & [l]ultra Nili fontes & per Hyperboreos. Neq́ usquam adeò barbara, aq́ sermone aliena ciuitas fuerit, quæ Pelei herois felicis, [m]deorum generi, famam non audierit:

STROPHE II. COLON XIII.

Neq́ si ipsa Aiacis Telamonij, eius'ue parentis urbs fuerit.

ENARRATIO.

Argumentum. *Lamponis filios Phylaciden, Pytheam, horumq; auunculum Euthymenem pancratiastas hac ode simul extollit, à Nemeorum & Isthmiorum uictoria, ab aui paterni Cleonici felicitate, à maioribus Aeginetis, Aeacidis, Peleo, Telamone,*

Telamone, à maioribus Psalychiadis, ab hospitalitate patris Lamponis, ab aurea eiusdem mediocritate. Res gestas Herculis & Aiacis suo loco interserit, ut subinde patebit. a ℭ Secundum calicem.) Haud iniucundam metaphoram usurpans proponit, quid sit acturus. Est autem à côuiuio tralatio sumpta, ut ipse etiam exprimit. Quemadmodum in symposijs fit, ut cyathus cyatho adijciatur, ut alter post alterum temperetur, ut pateræ uino ornentur: sic & ego alteram iam craterem, hoc est, alteram oden Lamponis filijs pango. Elegans autem utrinq; similitudo. Vt enim Bacchus conuiuas exhilarat, sic epinicia, & hymni, quibus uictores celebrantur, illos ipsos lætos reddunt. Hephestion hinc argumentum sumpsit, ut crederet hanc oden præponendam præcedenti, ut ordine quinta Isthmica fieret. Primum enim calicem musicorum cantuum Lamponis filijs, quintam Nemeorum oden fuisse, cuius initium est: Statuarius nõ sum. Atq; hoc ipsum ex hoc principio cõfirmatur, ubi dicit, ex Nemeis primum Ioui craterem libari: ex Isthmijs, Phylacida uincente, secundum Neptuno & Nereidibus temperari. Vnde constat, nõ habitam esse ratione͂ temporis, quo compositæ sunt, apud eos, qui hasce digesserunt: sed numerũ tantum obseruatum. b ℭ Vt misceantur pocula.) Treis crateras miscet: primũ Ioui Olympio, ob Nemeam uictoriam, quæ in 5. Nemeorum celebrata est, ut dixi. Secundũ Neptuno & 50. Nereidibus, ob Isthmiã, quam pancratio Phylacides & Pytheas obtinuerunt unà cum Euthymene auunculo. Tertium ex uoto & exoptatione Ioui Seruatori temperat: non quod Olympiacam obtinuerint, sed quod optet ut posthac eam omnium sibi clarißimam uictoriam adsciscant, & ad eam adspirent: hacq; ratione Aeginam se rite celebraturũ ait, ut quæ huiusmodi heroas producat. Apud ueteres, ut est apud Euripidem in Nauplio, & Aeschylum in Epigonis, uti Scholia habent, tres crateras libabant: primum Ioui Olympio, secundum Terræ & heroibus, tertiũ Ioui Seruatori: propterea quod ternarius sit numerus perfectus, quippe cui sit principium, medium, & finis. Vel quod qui tertium cratera biberint, stabili adhuc mente consistant: quo sumpto, qui sapientes esse uolunt, domum sese, ut est apud Athenæum in 2. recipiunt. Quartus enim & reliqui deinceps hominem in uitia procliuem ac tantumnon dementem faciunt. Locus est ex Eubulo poëta apud Athenæum de Bacchi cyathis: quem, quod mirifice Bacchi uirtutes exprimat, non pigritabor subnectere:

τρεῖς γὰρ μόνας κρατῆρας ἐγκεραννύω,
τοῖς εὖ φρονοῦσιν τὸν μὲν ὑγείας ἕνα
ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι. τὸν δὲ δεύτερον
ἔρωτος ἡδονῆς τε, τὸν τρίτον δ᾽ ὕπνου,

ὧν εἰσιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι,
οἴκαδε βαδίζουσιν. ὁ δὲ μὲν τέταρτος
οὐκ ἔτ' ἀμέτερός ἐστ', ἀλλ' ὕβρεως. πέμπτος βοῆς.
ἕκτος δὲ κώμων, ἕβδομος ὑπωπίων,
ὄγδοος δὲ κλήτορος, ὁ δ' ἔνατος χολῆς.
δέκατος δὲ μανίας, ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ
πολὺς γὰρ εἰς ἓν μικρὸν ἀγγεῖον χυθεὶς,
ὑποσκελίζει ῥᾶστα τοὺς πεπωκότας.

c ☾ At tibi Iupiter.) Primus crater Iouis: huius respectu, hæc ode secundo crateri adsimilatur. d ☾ Nūc inter iuuenes minore natu.) Secundus crater Neptuni Isthmiorū præsidis est, ob uictoriam Phylacidæ Isthmiam, qui inter Lamponis filios est minor natu. e ☾ Quinquaginta Nereidibus.) Nereides filiæ sunt Nerei & Doridis. Hæ quinquaginta numero sunt, ut apud Hesiodum denumerantur. Virgilius aliquot Nereides item recenset, uerum Hesiodus quinquaginta esse testatur, quem hic Pindarus imitatur. Sunt aūt ut ab Hesiodo recensentur, hæ:

νηρῆος δ' ἐγένοντο μεγήειτα τέκνα θεάων
πόντῳ ἐν ἀτρυγέτῳ καὶ δωρίδος ἠυκόμοιο
κούρης ὠκεανοῖο τελήεντος ποταμοῖο.
πρωτώ τ', εὐκράτη τε, σαώ τ', ἀμφιτρίτη τε,
εὐδώρη τε, θέτις τε, γαλίνη τε, γλαύκη τε,
κυμοθόη, σπειώ τε θοὴ, θαλίη τ' ἐρόεσσα,
πασιθέη τ', ἐρατώ τε, καὶ εὐνείκη ῥοδόπηχις,
καὶ μελίτη χαρίεσσα, καὶ εὐλιμένη, καὶ ἀγαυή.
δωτώ τε, πλωτώ τε, φέρουσά τε, δυναμένη τε,
νησαίη τε, καὶ ἀκταίη, καὶ πρωτομέδεια.
δωρὶς, καὶ πανόπη, καὶ εὐειδὴς γαλάτεια,
ἱπποθόη τ' ἐρόεσσα, καὶ ἱππονόη ῥοδόπηχις
κυμοδόκηθ' ἣ κύματ' ἐν ἠεροειδέϊ πόντῳ
πνοιάς τε ζαθέων ἀνέμων σὺν κυματολήγῃ
ῥεῖα πρηΰνει καὶ εὐσφύρῳ ἀμφιτρίτῃ,
κυμώ τ', ἠιόνη τε, εὐστεφανός θ' ἁλιμήδη,
γλαυκονόμη τε φιλομμειδὴς, καὶ ποντοπόρεια,
λεαγόρη τε, καὶ εὐαγόρη, καὶ λαομέδεια
πουλυνόμη τε, καὶ αὐτονόμη, καὶ λυσιάνασσα,
εὐάρνη τε φυήν τ' ἐρατὴ καὶ εἶδος ἄμωμος,

καὶ

καὶ ψαμάθη χαρίεσσα δέμας, δίητε μενίππη,
νησώτ᾽, εὐπόμπητε, θεμιστώτε, προνόητε,
νημερτής θ᾽ ἣ πατρὸς ἔχει νόον ἀθανάτοιο.
αὗται μὲν νηρῆος ἀμύμονος ἐξεγένοντο,
κοῦραι πεντήκοντα ἀμύμονα ἔργ᾽ εἰδυῖαι.

f ❨ *Quod si quispiam.) Gnome est, non dissimilis ei quam in præcedenti in eandem sententiã protulit. Felicitatem humanã, in rerum gestarum splendore, earundemq́; encomio consistere ait. Est autem talis ratiocinatio, qualis & illa prioris odæ 5. Maior est, eos beatos, qui rerum gestarum splendore, & carũ præconio floreant. Huic minorem subiungit huiusmodi: Lampon Cleonici filius pater Phylacidæ & Pytheæ, & rebus gestis, & earum encomio floret. Cõplexionem quia plana est, relinquit menti lectoris. Est igitur fœlix Lampon.*

g ❨ *Mortem suscipere optat.) Lamponem ad extremam usq; senectutem in ea fœlicitate perdurasse innuit.* *h* ❨ *Ego uero.) Deesis Pindari, ut Parcæ misereantur Lamponis, & uitam ei, quia id optet, abrumpant.*

i ❨ *Vos aũt curribus uenerandi.)* χρυσάρματοι, *aureis curribus insignes. Epitheton est heroicum. Primores enim & principes uiri, uel aureis, uel auro obductis curribus uehuntur. Mihi, inquit, in more est, si quando ad insulã Aeginam ingressus fuero, laudibus etiam primum uos aspergere ô Aeacidæ: à patria ita & maioribus heroës Phylacidam, Pytheã, Euthymenemq́; Aeginetas prædicans.* *k* ❨ *Atqui multæ.) Multa superesse quibus uirtutes Aeacidarum exornentur.* *l* ❨ *Vltra Nili fontes & Hyperboreos.) Tam eximiæ sunt Aeacidarum uirtutes, ut ultra Nilum & Hyperboreos planè currant. Atqui Nili ostia, & Hyperboreorum plagam, pro uniuerso terrarum orbe accipit, pro Europa & Asia, in quas apud priscos œcumenicus orbis diuidebatur.* *m* ❨ *Deorum generi.) Pelea deorum generum uocat, quod Thetin Nereida in cõiugem duxerit. Est ergo gener Neptuni uel Nerei & Doridis.* *n* ❨ *Aiacis Telamonij urbs.) Salamis. A rebus gestis amplificat.*

[a]Quem (Telamonẽ dico) unà [b]cum Tirynthijs, ad gaudens ferro bellum, prudentem sanè auxiliatorem, adusq; Troiam (quæ heroibus negocium fecit) secum ob perpetratum à Laomedonte scelus, classe aduexit Alcmenæ filius. [c]Cepit quidem Pergama, deinde [d]Coorũ etiam gentes Telamone adiutus, [e]bubulcumq́; Alcyonem

monti ſimilem,[f] Phlegris Thraciæ repertum, nec manibus pepercit grauiter ſtridenti arcui ſuo

ANTISTROPHE, COLON XIII.

Hercules. [g] Enimuero Aeacidem ad claſſem uocans, omnium in conſpectu prædicauit: ac [h] in tergore leonis ſtantem Amphitryoniadem bello inuictũ libare dijs nectare iuſsit. Hic phialam auro grauem, uini ſuſceptricẽ, præſtantiſsimus ei Telamon reddidit, qui indefeſſas manus ad cœlum tendens, [i] tali quadam oratione precatus eſt: Si unquam, ô Iupiter pater, preces meas tuapte ſponte audiſti,

EPODOS, COLON XI.

Nunc tibi, nunc inquã diuinis precationibus ſupplico, ut uiro huic fortem gnatum, ex Eribœa tribuas: ipſum uero amicum meum ita fortunatũ reddas, ut corporis uiribus alioqui ineffabilem, talis animus maneat atq; ſequatur, qualis eſt, quẽ hæ cõtegunt exuuiæ leonis, quem olim ante omnia primum certamina in Nemea occîdi.

a ¶ *Quem Telamonẽ.) Hic ad inſignia facta Telamonis Aiacis parentis digreditur, qui item ad maiores Aeginæ pertinet.* *b* ¶ *Cum Tirynthijs.) Tiryns urbs eſt Argi. Tirynthios ergo pro Argiuis uſurpat,* κατὰ συνεκδοχὴν. *Argumentũ tale eſt: Hercules Telamonem ſecum ad Troiam aduexit, dum primum Troiam caperet, eiusq; regem Laomedontẽ leto daret, ob iniuriam quam à Troianis ſuſtinuerat: dum cum Argonautis Colchos usq; pro aureo uellere diripiendo nauigaret. Appulſi enim ad Sigæum Troiæ littus, à Laomedonte, tanquam inſueti hoſpites & aduenæ uel prædones repulſi ſunt, ut antehac etiam cõmemoratum, utq; Dares Phrygius memoriæ prodidit.*

c ¶ *Cepit quidem Pergama.)* πέργαμον *uel* περγαμίαν. *Vrbium arx & altum ædificium pergamus uel pergama numero multitudinis dicuntur: pro ipſo Ilio per* συνεκδοχὴν *accipit.* *d* *Coorum gentes.) Græce eſt*

μερόπων

μεγόπτωρ ἔθνεα. Merops, inquit Stephanus, filius Triopæ est, à quo Coi Meropes dicuntur: unde & interpres Pindaricus, per Meropes Coos intelligit.

e ❡ *Alcyonem bubulcum.*) *E Gigantibus unus est Alcyoneus, de quo suprà auditum. Bubulcũ appellat, quod Soli boues abegerit: huic Hercules eas abstulit, ipsumq; interemit, ut 4. Nemeorum ode tentatũ, ubi eadem quæ hic ferè de Hercule Pindarus refert: Qui cum Troiam olim, inquit eo loci, Telamon depopulatus est, & Coos, & magnum bellatorem stupendum Alcionea.*

f ❡ *Phlegris.*) *Phlegræ Thraciæ oppidum.* g ❡ *Verum Aeacidem.*) *Telamonẽ præ cæteris fortitudinis exhibuisse specimen, ideo & ab Hercule etiam præ alijs prædicatum ait, ut qui fortiter in expugnatione Troiæ, & in prælio aduersus Alcyonea dimicauerit.* h ❡ *In tergore leonis stantẽ.*) *Telamon præcipit Herculi, ut dijs litet. Hæc dicit uates, ut ampliorem Telamonis autoritatem faciat. Quanquam hic Scholia hæc desumpta ex magnorum Eyiorum historia tradant, in qua Herculem hospitio à Telamone exceptũ memoriæ proditũ, tumq; hæc contigisse, Herculemq; ut hospitem obsecutum præcipienti Telamoni. Verũ hæc eruditiores iudicent.* i ❡ *Tali quadã oratione precatus est: Si unquam ô Iupiter.*) *Precatio Herculis pro Telamonis posteritate, ut Telamon ex Eribœa fortem filium progeneret. Hic rursum apparet, Pindarum inique tulisse iudicium Græcorum, quo Vlyssem Aiaci prætulerunt, dum arma Achillis ab Aiace ad Vlyssem transferrent. Nusquam nõ enim impense admiratur uirtutem & fortitudinem Aiacis: unde & hic mirificam & miraculo prænunciatam Aiacis Telamonij natiuitatem fingit poëta,*

[a]Hæc ubi dixisset, magnã altitrũ ducem aquilam Deus demisit: ingenti uero intus gaudio perfusus est: ἀρχὸν οἰωνῶν μέγαν αἰετόν.

STROPHE III. COLON XIII.

[b]Hæcq; ceu uates aliquis oraculũ ædens, protulit: Erit quidem tibi filius quem petis Telamõ, uocabisq; prolem ex uiso alite, excellentem uiribus Aiacem, belli sudoribus cunctis populis admirandum. Sic fatus continuò resedit.

a ❡ *Hæc ubi dixisset, magnam altitũ ducem.*) *Iouis alite, aquila, precationem exauditam esse, denunciatam ostendit. Iupiter ad eius preces aquilam demisit, qua certior redderetur Hercules orationem suam exauditam.* auium

b ¶ *Dixitq; ceu uates aliquis.) Vaticinium Herculis de nascituri Telamonis filij cũ nomine, tum uiribus. αἴας appellabitur à uiso αἰετῷ, ab aquila quæ iam apparuit. Apud Sophoclem tamen in Aiace μαστιγοφόρῳ, Aiax nomen sibi inditum esse à luctu & calamitate conqueritur, atq; adeò ex fato, quandoquidem in eam decidere calamitatem debuerit.*

[a]At omnes mihi enarrare uirtutes, prolixius est, quàm ut res ferat. [b]Siquidem Phylacidæ, Pytheæ, Euthymeniq; laudum ô Musa dispensator ac promus ueni. [c]In quorũ gratiam [d]Argiuo more quicquam tamen breuissime dicetur.

ANTISTROPHE, COLON XIII.

[e]Tulerunt enim uictorias à pancratio treis in Isthmo, & eas quas à florente Nemea suscceperunt, splendidi filij & auunculi: [f]qualẽ uero inde hymnorum sortem ad lucem reduxerunt? [g]Psalychiadarum quidem tribum pulcherrimo Gratiarum rore rigant, iustitiæ administrantes domum, ciuitatem illam Deo gratã incolunt. [h]Lampon uero tribuens exercitium operibus, carmen illud Hesiodicum impense ueneratur, [i]filiosq; suos eò, dum recitat, hortatur,

EPODOS, COLON XI.

Commune patriæ suæ ornamentum adducens: [k]qui & beneficentia, quam in hospites exercet, cõmendatur. [l]Moderata enim in animo suo sequens, moderata etiam obtinens, linguam non imprudentem gerit. [m]Dixeris illum inter athletas esse id, quod eos Naxia ferrum domans, inter reliquas petras. [n]Equidẽ dabo eis bibere puram Dirces lympham, [o]quam castæ Mnemosy-

nes comptæ filiæ produxerunt, prope bene munitas Cadmi portas.

a ¶ *At mihi omnes enarrare.*) *Redit ad institutas uictorum laudes: digreßioni, qua Herculis precationem & res gestas explicauit, umbilicum adijciens.* *b* ¶ *Siquidem.*) *Ratio quur breuem eum esse oporteat.*

c ¶ *In quorum gratiam.*) *Se nonnihil de uictoribus Aeginetis dicturum proponit.* *d* ¶ *Argiuo more.*) *Id est, Laconicè seu breuiter.*

e ¶ *Tulerunt enim.*) *Ab Isthmijs uictorijs & Nemeis.* *f* ¶ *Qualem uero.*) *Per interrogationem legendum. Hoc est, multa argumenta & poëtis & λογογράφοις per suas uirtutes dederunt.* *g* ¶ *Psalychiadarũ.*) *Psalychidæ, tribus est & familia Aeginæ, ex qua Cleonicus, Lampon cum liberis suis. Eam à iustitia, & beneficentia laudat.* *h* ¶ *Lampon uero.*) *A patris in uirtutibus exercitio. Ipso opere uirtutes complet Lampon, & Hesiodicum uersum re ipsa honorat. Est aũt Hesiodi ad Persem fratrem parænesis, μελέτη δέ τε ἔργον ὀφέλλει.* *i* ¶ *Filiosq; suos.*) *Adhortatur, inquit, liberos suos, ut uirtutem opere exhibeant, in ea sese exerceant, uictoria & sese & patriam illustrent.* *k* ¶ *Qui & beneficentia.*) *Ab hospitalitate.*

l ¶ *Moderata enim.*) *A modestia & prudentia.* *m* ¶ *Dixeris illum.*) *Eleganti comparatione coti Naxiæ Lamponem adæquat. Vt cos Naxia inter alias cotes & lapides omniũ est præstantißima ad acuendum ferrum: non dißimilem ad modum Lampon inter reliquos athletas est fortißimus, qui quosuis antagonistas sibi obuios uincit. Hyperbolica & αὐξητικὴ comparatio. Est aũt Naxus Cretæ ciuitas: unde Naxius lapis uel cos Naxia, quæ alibi nascentes bonitate sua plurimum excedit.* *n* ¶ *Equidem potabo eos.*) *Allegoria est: Thebano hymno eos exhilarabo. Dirce enim fons est Thebis, & ipse Pindarus Thebanus.* *o* ¶ *Quam castæ Mnemosynes filiæ.*) *Hoc est, quem hymnum ego Musarum beneficio Thebis pepigi. Summa est, meis eos carminibus, meis lyricis odis celebriores constituã. Nec prætereundum est quod dicat Pindarus, πίσω σφε, pro ποτίσω αὐτὸς, uel ποτιῶ, quasi thema sit πίζω. Annotant Scholia hic, quod ueteres, potatrices & bibulas appellarint πιοὺς.*

STREPSIADAE THEBANO QVINQVERTIO VICTORIAM CONSEQVVTO, ODE VII.

STROPHE I. COLON VIII.

IN[a] quonam uero bonorū ueſtrorum
animū ueſtrum antehac exhilaraſtis
maxime, ô felices Thebæ? [b] Arbitror
1 equidem tum, quum [c] ære pulſantis
Cereris [d] aſſeſſorem comoſum Bacchum protu-
2 liſti: [e] aut quando in intempeſta nocte aurū nin-
gentem deorum præſtantiſsimum ſuſcepiſti.

ANTISTROPHE, COLON VIII.

3 [f] Quando in Amphitruonis ueſtibulo conſti-
tutus uxorē [g] cum Herculana prole acceſsit: [h] aut
4 quando Tireſiæ uatis denſa conſilia imitata es:
5 [i] aut quando Iolaum aurigandi peritum conſpe-
6 xiſti: [k] aut quum Spartæ lanceis indefeſsi admit-
7 terentur: [l] aut quando acri Adraſtum ex confli-
ctu remiſiſti orbatum

EPODOS, COLON VIII.

Innumeris ſocijs ad equeſtre Argos: [m] aut quan
8 do Doricam Heraclidarū coloniā in recto Lace
dæmoniorū pede ſtatuiſti. Ceperunt enim Amy
clas [n] Aegidæ ciues tui, idq́ Pythijs ducti oraculis.

ENARRATIO.

Argumentum. *A uictoria pancratij Iſthmica, à corporis & animi pulchritudine, à bonis literis Strepſiadem Thebanum laudat: ab auunculo eiuſdem nominis, qui pro patria dimicando, mortē oppetierit. Tandem uoto hanc odam cludens Strepſiadæ aſſumpta perſona, Apollinem orat Pindarus ut Pythiam etiam uictoriam uictori Strepſiadæ tribuat.* a (*In quonam uero bonorum ueſtrorum.*)

Exordium

Exordium ducit à mirifica comparatione, qua Strepsiadem clarißimis heroibus, imò ipsi etiam Ioui confert. Atq; prior huius comparationis pars interrogatione & responsione constat, quam subiectionem Rhetores uocant, non paucas & historias & fabulas congerens. Est uero comparatio huiusmodi: Quemadmodum ô Thebæ exhilarastis animũ uestrum in natiuitate Bacchi, in aureo Iouis imbre, in Herculis & conceptu & ortu, in consilio Tiresiæ uatis, in uictoria aduersus Adrastum: itidem & iam mentẽ uestrã exhilarare debetis in uictoria Strepsiadæ uestri, qui Isthmia uicit &c. b (*Arbitror equidem tum.*) *Interrogationi suæ respondet uates, uarias cum fabulas tum historias colligens, quibus gaudio perfusas olim Thebas adfirmat.* c (*Aere pulsantis Cereris.*) *Ad inquisitionem Cereris respexit poëta: quum enim filiam suam Proserpinam paßim quæreret, cymbalis & tympanis circumcursitans sonitum & tinnitum ciebat, ut nemo nõ resciret, quidnam Ceres inuestigaret.* d (*Assessorem Bacchum.*) *Quur Bacchum assessorem Cereris fingit poëta? Mystica est ratio: quod humido frugum nutrimento, liquidus Bacchi potus adsocietur: uel quod uua sit & ad edendum & ad bibendum accommoda.*

e (*Aut quando in intempesta nocte.*) *Alterum paradigma & responsio. Tum exhilarasti animum tuum ô Thebæ, quando Iupiter in concubia nocte, aureæ niuis uel pluuiæ specie ad Danaën descendit.* f (*Quando in Amphitruonis uestibulo.*) *Fabulam Danaës cum Amphitruonis Alcmena miscet.* g (*Cum Herculana prole.*) *Hoc est, quando Iupiter in specie Amphitruonis cum Alcmena congressus, diuinam è semine suo prolem, Herculem nimirũ ex ipsa propagauit.* h (*Aut quando Tiresiæ uatis.*) *Tertia responsio per exemplum. Tum lætitia es perfusa, quũ usa es consilio prudentißimi Tiresiæ uatis. Quando apud uos clarüit optimus ille & pientißimus & sapientißimus ciuis & natus Tiresias, tum respublica uestra felicißime administrata, tripudij causam uobis dedit.* i (*Aut quando Iolaum.*) *Herculis hic aurigator fuit, in cuius gratiã Iolaia, ludos, instituerunt.* ἱππόμητιν *ideo nominat, hoc est, equis consulentem, quod aurigam egerit.* k (*Aut quum Spartæ.*) *Spartas undecunq; collectam conuenarum manum uocat,* παρὰ τὸ σπείρεσθαι. *quod, ut Androtion in Scholijs refert, quum Cadmus ex Phœnicia Thebas usq; fugeret, cum sint secuti & paßim & sparsim congregati exteri & profugi. Sententia igitur est: Tum gauisæ estis Thebæ, dum Cadmum undiq; collectis conuenarum copijs ad uos usq; iter facere perspiceretis. Conuenas autem & eos qui Cadmum sunt comitati,* ἀκαμαντολόγχας, *hoc est, fortes, bellicosos, hastis indefesse pugnantes appellat. Atq; hoc quintum responsionis* παράδειγμα *est. Cauendum autem ne hic per Spartas Lacedæmon uel*

Lacedæmonij intelligantur. l ❡ *Aut quando ex uehementi conflictu.)* *Sextum responsionis exemplum. Vel tum gauisæ estis, dum ingentes Adrasti & Amphiarai copias fudistis prope portas uestras, ipso tantū Adrasto è ducibus & populo seruato & ad Argos remisso. Huius belli suprà crebro facta est mentio.* m ❡ *Aut quando Dorica expeditione nos exhilarastis Thebæ, eo quod eam in recta Lacedæmoniorum planta statuisti.)* *Heraclidæ ab Apolline responsum tulerūt, quod Aegidarum ope Peloponnesum obtinere deberent. Pertinent autem & Lacedæmonij & Amyclæi ad Peloponnesiacos.*

n ❡ *Aegidæ.)* *Aegidæ familia in Thebis fuit, seu tribus quædam, ab Aegeo quodam, nō illo Atheniensium rege, quos Heraclidæ secum armarunt, quū Doricum suum reditū in tuto collocare uellent Heraclidæ. Admonent hic Scholia, quosdam pro Aegidis scribere Argidas: quod Aristodemi ab Heraclidis oriundi, uxori nomen extiterit Argiæ, ex qua geniti sint Procles & Eurysthenes, qui Laconicā sibi uindicarint. Hac de re nōnihil est in Archidamo Isocratico, & in alijs orationibus. Sunt qui hic Pindarū nolint intelligere bellum Amyclæum, cuius dux fuerit Timomachus, qui Lacedæmonijs aduersus Amycleenses Aegidis adiutus, opem tulit: cæterum eorum hic Aegidarum mentionem facere, qui cum Herculis posteritate Peloponnesum reuersi sint, quorū duces fuerint Aristomachus Cleadæ filius, & Hylli gnatus Cleadas.*

» [a]Cæterum uetus gratia sopita est, priscæ uir-
» tutes obliuioni dantur. Immemores enim sunt
» mortales

STROPHE II. COLON XIII.

» Eius rei, quæ non ad summum florem, inclytis
» carminum, à sapientibus poëtis conditorum, flu
» xibus cōiuncta peruenerit. [b]Deinceps uero Strepsiadem dulcisono hymno canas. [c]Is nanque ab Isthmo pancratij uictoriam refert, [d]robore quidem stupendus, cuius formosa mens non minorem corporis pulchritudine uirtutem ducit.

ANTISTROPHE, COLON VIII.

[e]Lucetq; nunc uiolacea cæsarie decoris Musis. [f]Huius quidem eiusdem nominis auunculo com

munem gloriam uictoria dedit, Marsq́ mortem propinauit.[g] Atqui suum bonis preciū propositū » est. Id enim planè nouerit, quisquis [h]in tali ne» » bula, sanguinis grandinē pro chara patria [i]ferat,

EPODOS, COLON VIII.

» Hostemq́ contrario exercitu fundat, ciuium » suorum generi, maximis auctibus gloriam sese » addere, siue superstes manserit, siue occubuerit.

a ¶ *Cæterum uetus gratia sopita est.)* *Gnome est, qua ad poëtices laudem excurrit breuiter. Hæ omnes, inquit, enumeratæ per me historiæ, dormiunt & silentio prætereuntur, quia eruditis uiris, qui taleis prædicare solent, caruerint: & quia non in suos poëtas inciderint, qui æterno carmine eas ad posteritatem transmisissent. quo iuxtà, more suo, ad amorē poëtices & gratitudinem & munuscula, uictorem Strepsiadem inuitat.* *b* ¶ *Deinceps uero Strepsiadem.)*. *Applicatio comparationis. Vt uos ô Thebæ hactenus enumerati ciues & heroës uestri exhilararunt rebus cum uirtute gestis: sic uos nunc haud immeritò, lætitia perfundere debet Strepsiades. Potest autem hæc apostrophe uel ad Thebas, uel ad Musam Calliopē, uel ad ipsum Pindarū referri: enimuero, ut cōparatio consistat, rectius Thebis accōmodabitur.* *c* ¶ *Is nanq; ab Isthmo.)* *αἴτιον est, quur uelit laudari Strepsiadem, Isthmia, inquit, uel Isthmios ludos, pancratio certans, uicit. Victoriam ex Isthmijs reportauit, pancratio siue quinquertio pugnās. à uictoria eum paucis, si uerba spectes, multis, si sententiam & uerborum pondus, extollens.* *d* ¶ *Robore quidem stupendus, cuius formosa.)* *A corporis & animi pulchritudine.* *e* ¶ *Lucetq; nunc uiolacea cæsarie.)* *A bonis literis: siue quod ipse in literis sit eximius, siue quod iam hoc Pindari hymno à Musis profectò exornetur. Quur uiolaceam cæsariem Musis tribuit? quia pulchram atq; adeò flauam comam habent. Sunt autem uiolæ flauæ, purpureæ & candidæ.* *f* ¶ *Huius quidem eiusdem nominis auunculo.)* *Ab auunculo eiusdē nominis, nempe Strepsiade, Theodoti filio, qui in bello Peloponnesiaco, uel pugna circa Salaminā animam efflauit pro patria, Isthmionicen hunc iam laudat.* *g* ¶ *Atqui bonis.)* *Exaggerat gnomis & extollit strenuam auunculi mortem, ut qui cum summa laude pro patria occubuerit, aduersum hostem fortiter pugnans. Neq; oscitanter prætereundum, quod Martem χαλκάσπιν appellet, quod æreum scutum*

quatiat seu gerat. b ☾ *In tali nebula.)* *Per Martis nebulam, bellum metaphorice intelligit. Per sanguinis grandinẽ, rursum hostilem illum conflictum & pugnam, qua sanguis instar grandinis magno impetu è uulneribus prosilit.* i ☾ *Ferat.)* *Vel ulciscatur.*

[a]Tu uero Diodoti fili bellicosum æmulatus Meleagrum, æmulatus et Hectorem, floridumq; Amphiaraum, oppetijsti mortem.

STROPHE III. COLON VIII.

In eo cœtu pugnans, ubi in prælio fortissimi uictoriam obtinuere, qui extrema spe ineffabili luctu defatigati sunt.[b] Verum iamnunc mihi post hyemem, ac turbulentas procellas serenitatẽ dedit. [c]Canam itaq; comã adornans coronis, [d]neq; » mihi immortales quæso inuideant,

ANTISTROPHE, COLON VIII.

» Si dulcem assiduò uitam transigens quietus ac
» tranquillus consenescam, fatalemq; accedam ho-
» ram. [e]Omnes nanq; ex æquo morimur, numen
» autem diuinum hominibus reconditũ est.[f] Quod
» si quis ad maiora circunlustret, minor est, quàm
» ut minutissimã deorũ sedem consequatur: quandoquidem & alatus Pegasus deiecit

EPODOS, COLON VIII.

Dominum suum Bellerophontem, qui cœli tecta, ut Iouis collega fieret, conscendere uoluit.
» [g]Rem uero præter iustitiã dulcem acerbissimus
» finis manet. [h]Nobis uero ô aurea coma florens Apollo, è tuis ludis floridam, adeoq; Pythiam coronam impertias.

a ☾ *Tu uero Diodoti fili.)* *Redit ad auunculum, gloriosam eius mortem*

ab exemplis confirmans, Melagri, Hectoris, & Amphiarai. Meleager patriam suam à Curetibus defendit: primum etiam aprum occidit à Diana Aetoliæ immissum, ut est apud Homerum Iliad 1. Hector pro Troianis occubuit, Amphiaraus pro Argiuis. Vt illeipse prope Thebas in prælio perierit, sæpius antehac explicatū. b ¶ Cæterum nunc mihi post hyemem.) Chori uel Pindari uerba sunt. Luxi, inquit, & nō parum planctus sustinui, in morte auunculi Strepsiadæ: sed nunc Neptunus, ut qui Isthmijs præsit, serenitatem post tempestatem, hoc est, gaudium post tristitiam dedit, per uictoriam Strepsiadæ.

c ¶ Canam itaq;.) Ipsum ideo uictorem Isthmicum euehām laudibus.

d ¶ Neq; mihi immortales.) Votum est. Vtinā & ego & ipse Isthmionices tranquillam adusq; fatum nostrum ætatem transigere queamus: ut ego illum concinam, eius uirtutes & cæterorum bonorum uirorum eximia decora prædicem: ipse uero Strepsiades reliquis suis moribus & uita sit exemplo.

e ¶ Omnes nanq; ex æquo.) αἴνιον est, quur tranquillam uitam ducere optat. Nihil homini certius est quàm mori. Quid igitur melius, quid iucundius, quid felicius in terris homini à dijs accidere poterit, quàm si tranquillè & pacatè spiritum ducat? Quur multis sese implicat, quur ita uiuit, quasi æternā uitam sit habiturus, quum certißime illi moriendum sit? Atq; hæc philosophico & ethnico more dicit, perinde ac insequentia. f ¶ Quod si quis ad maiora circunlustret.) Exemplo Bellerophontis hortatur Strepsiadem, ne maiora & altiora sese inquirat, sed suæ uictoriæ & felicitati acquiescens uiuat.

g ¶ Rem præter iustitiam dulcem.) Parænesis est gnomica, qua ne animum ad iniuriam cuipiam inferendam adijciat, hortatur. Res ex iniuria & iniustitia parta, dulcis quidem est: sed iniustitiam ulcisci solet Deus, ideo acerbus finis dulcedinem ex iniusto profluentem sequitur. h ¶ Nobis uero.) Claudit hymnum precatione & uoto ad Apollinem. In persona autem uictoris hæc orat. O Apollo, inquit, rogo te ut impertias nobis, id est, mihi Strepsiadæ, Pythiam etiam uictoriam. Da quæso ô formose & prudens Apollo, ut maiori uictoria insigniatur Strepsiades, nimirū Pythia, per tuam illi clementiam & benignitatem cōmunicata. Præses enim Pythiorum ludorum est Apollo.

CLEANDRO AEGINETAE, ODE VIII.

DIAERESIS I. COLON XXIII.

C[a]Leandro quiſquam ætatiq́ꝫ eius labo rum comparet precium,[b]ſplendidum prope Teleſarchi patris ueſtibulum ſtans, Iſthmiacæq́ꝫ uictoriæ, ac Nemeorū certaminū præmia, celebrem nempe laudem colligat. [c]Quoniam potentiam inuenit, [d]cui &ego mœrens licet animo aureā uocare Muſam poſco.[e]E magnis uero luctibus ſoluti,neq́ꝫ coronarum in orbitate concidamus,neq́ꝫ nimium triſtitia cōficiaris: [f]ſedenim ab inutilibus malis ceſſantes ac liberati, dulce quiddam ludamus: idq́ꝫ poſt graues labores, quibus Deus aliquis ſuper caput noſtrum Tantaleum lapidem aduoluit,

DIAERESIS II. COLON XXII.

Imbellem Græciæ conatum. At exactorum malorum timorem,omnemq́ꝫ mihi anxiā ſolicitu dinem ſemouit. [g]quam nunc nobis ante pedes, inq́ꝫ præſentia cernimus conſtitutā felicitatem. " [h]Nunquā uero non præſens bonum felicius eſt: " [i]doloſum enim æuum hominibus imminet, uitæ " meatum uertens. [i]Mortales ubi libertate fruant " beati ſunt. Præterea [k]bonam ſpem homini curæ " eſſe decet. [l]Conuenit etiam Thebis portarum ſeptenario inſignibus educatū, Aeginæ Gratiarū florem decerpere, [m]eo quod geminæ filiæ patri fuerint Aſopidum minimæ natu, [n]quæ & Ioui re gi placuerint,quando ad pura lympha fluentem,

°Dircen potentis urbis constituit ducem.

ENARRATIO.

Ab Isthmia & Nemea uictoria Cleandrum laudat: à patre Telesarcho, à maiorum fortitudine, à patria Aegina, ubi more suo ad Aeacum eiusq; posteritatem lyram applicat poëta. Scite enim & eleganter contentionem Iouis & *Neptuni de Thetide interponit: deinde Themidis interuentũ, & fati per ipsam enunciationem: quo iubente, oportere Thetin matrimonio copulari, non dijs, sed homini, unde susceptura sit sobolem, quæ & Martis impetui & Iouis fulguri non sit futura infrior.* Intelligit autem Achillem. *Pòst ad Achillis res gestas excurrit. Postremo ad uictoriam Isthmionicæ, qui pancratio superior antagonistis suis fuit, Cleandri regreditur, eius uirtute hymnum hunc cludens. Insuper hymnum hunc in diæreses septem diuisit, quarum unaquælibet 22. uersibus genere differentibus constat: perinde ac* [illegible] *Nemeorum in dyodecadas partitus est.* a ℭ *Cleandro quisquam.) Aliquis emere & comparare posit, inquit, ipsi Cleandro & eius ætati, id est per Endyadem Cleandro iuueni, precium laborum. Est uero hymnus & encomium, uirtutis & insignium laborum precium & merces. Propositio est, qua subindicat, dignum esse Cleandrum, qui ob merita sua debito præmio, hoc est, & hymno & encomio exornetur.* b ℭ *Splendidum prope patris.)* Patrem eius Telesarchum Nemeonicen *fuisse adumbrat, simul eum à diuitijs & potentia cõmendans, imò à uirtutibus, dum splendidum uestibulũ, præclaras'ue ædes Telesarchi nominat.*

c ℭ *Quoniam potentiã inuenit.)* αἴτιον, *quur sit hymnis & encomijs condecorandus Cleander: quoniam inuenit potentiam, scilicet qua uicit antagonistas suos.* d ℭ *Cui & ego.) Etsi mœream, inquit, attamen gestio & percupio auream accersere Musam, hoc est, pulcherrimum hymnum, quo conspicua eius reddatur uirtus.* Ecquid mœret Pindarus? *Quum ipse uates nõ exprimat, augurantur hic Scholia & diuinant, quod per hunc mœrorem & insequentem calamitatem quam statim subnectit, ad cladem Salaminiam, ubi cum* Xerxe *atq; adeò Persis Græcia depugnauit, respiciat, ut in qua maiores eius & necessarij interierint.* e ℭ *E magnis uero luctibus soluti.) Postquam illa belli Persici calamitas, in qua damnũ accepit genus Cleandri, prætcrijt, ne semper mœreamus, sed iam ob præsens uictoris bonum recipiamus animum.* f ℭ *Cæterum ab inutilibus malis.)* Per Tantaleum lapidem, & *imbellem Græciæ laborem, ingens malum & cladem adumbrat, quam Græcia acceperit. Est uero cognitũ è prima Olympiorũ ode, & ex Homeri Odyss.* 11. *ut super caput* Tantali *lapis lapsum minitans dependeat: quo grande malum,*

Argumentum.

πολεμικῶς significatur. g ℭ *Quam nunc nobis ante pedes.*) *Victoriam Cleandri intelligit.* h ℭ *Porrò nunquã non præsens.*) *Gnome est, qua per amplificationem, præsens bonum futuro, quod ambiguum, anteferendum monet.* i ℭ *Mortales.*) *Sententia est, qua summum illis bonum adesse testatur, qui sunt liberi, quales sunt Aeginetæ, à quibus ille oriundus: libertatem & rempublicam illorum Democraticam efferens.* k ℭ *Bonam spem.*) *Est ueluti correctio iam dictæ sententiæ. Etsi præsens felicitas absenti & futuræ sit anteponenda, haudquaquã tamen futurum bonum seu imminens sequundior fortuna est adspernanda: eam enim per bonam spem intelligit. Futurum bonum obtentũ æque iuuare mortaleis potest, atq; id quo quisquã in præsentia fruitur.* l ℭ *Decet item portarum insignibus.*) *Decet etiam, inquit uates, ut ego Pindarus Thebis oriundus & illic educatus decerpam florem gratiarum Aeginæ: hoc est metaphoricôs, ut laudem Aeginam, ut insignia ornamenta Aeginæ attingam, & eueham præconio.* m ℭ *Eo quod geminæ filiæ.*) *Hic locus ex quarta Nemeorũ ode perspicuus redditur, ubi eadem res tractata est breuiter. Reddit rationem quur deceat, ut laudet ipse Aeginam. Quia, inquit, idem est pater, eademq; origo Thebanorũ & Aeginetarũ. Tantum enim efficit per hoc quod dicit: Eo quod geminæ filiæ, patri Asopidum fuerint, minimæ natu. & reliqua quæ illic Pindarus habet. Summa huius loci est huiusmodi: Thebe & Aegina sunt duæ Nymphæ, filiæ Asopi fluminis (poëtarum sententia.) Pater ergo Asopidum est ipse Asopus, à quo patronymica forma Thebe & Aegina Asopides dicuntur. Ex Thebe ergo Nympha, urbs Thebæ prodijt: ab Aegina Nympha, ipsa insula & urbs Aegina prouenit. Congeneres, inquit, sunt & Affines inter sese Thebani & Aeginetæ. Non igitur indecorum est, Aeginam Cleandri patriam à me Thebano uate cõmendari.*

n ℭ *Quæ & Ioui.*) *Iupiter captus est pulchritudine Asopidum, adeò ut alteram, nempe Theben, constitueret ducem potentis urbis, id est, faceret dominam & deam ipsarum Thebarum, quæ ab ipsa nomen suum ferrent.*

o ℭ *Dircen.*) *Fons est Thebanus Dirce.*

DIAERESIS III. COLON XXII.

[a]Te uero ad insulam cœruleam ferens sopiuit, [b]ubi generosum procreasti Aeacum celeberrimũ mortalium grauiter sonanti patri suo, [c]unde & diuinitus iustitiam administrabat, [d]cuius quidem diuini filij primas tenebant, [e]Martijq; nepotes for

titudine

titudine æreum anguſtiarumꝙ exercitum guber nare callidi, animoꝙ ſolertes fuerunt. [f]Hæc & deorum immortalium conciones meminerunt, quando Iupiter ac Neptunus ob formoſam dimi carunt Thetin, dum uterꝙ illam eſſe ſuam cupe- ret. Amore ſiquidem correpti erant. Cæterum immortalia deorum conſilia illis nõ pararunt ſe- dem, nec illorum pugnæ locum reliquerunt,

DIAERESIS IIII.

Fati ſententia percepta. [g]Dixit enim optima conſilio Themis, quod fatale decretum eſſet, ma- rinam deam, prolem, regem adeò parituram, qui aliud telum longe melius fulmine, inuictoꝙ tri- dente iaculetur, ſi uel Ioui, uel eius fratribus mi- ſceatur. Proinde à pugna deſiſtite, inquit. Morta lem nanꝙ adſequuta genialem thorum, morta- lem quoꝙ filium, manibus in prælijs Marti, pe- dum uero felicitate fulguri parũ adſpiciat. [h]Meũ quidem diuinum munus Pelei Aeacidæ nuptijs donare cordi eſt, quem pientiſsimũ [i]Iolci ſolum tenere ferunt.

DIAERESIS V.

Hic ubi antrum ſubierint incorruptibile, re- pente illic ſint [k]Chironis nuncij, qui edicant, ne denuò nobis Nerei filia contentionum materiem ſubminiſtret, ſed potius bimeſtri ſpatio à noſtro conſortio ſegregata, amabile [l]uirginitatis frenũ cum heroë ſoluat. [m]Sic Saturni liberis ueneranda dea, hæc proloquuta eſt. [n]Illi uero immortalibus palpebris annuerunt, neꝙ ſermonis fructus in-

teribat: aiunt enim simul adiuuare nuptias Thetios [o]regem.

a ℂ Teucro.) Per apostrophen ad alteram Asopi filiam hæc dicit: Te ô Aegina Nympha Iupiter ad cæruleam insulam tulit, hoc est, ad insulam eiusdem tecum nominis, Aeginam scilicet. b ℂ Vbi generosum procreasti Aeacum.) Ad Aeaci Aeginetæ herois, Iouis & Aeginæ Nymphæ filij laudes descendit. c ℂ Vnde & diuinitus.) A iustitia Aeacum prædicat.

d ℂ Cuius quidem filij.) Peleus & Telamon. e ℂ Martijq; nepotes.) A rebus bellicis nepotes Aeaci laudat, aq; prudentia. f ℂ Hæc & deorum immortalium.) Probat Aeaci nepotes & fortes & prudentes esse, exemplo Thetidis nuptiarum, quam sibi Peleus, Ioue & Neptuno corriualibus posthabitis, matrimonio copulauit. g ℂ Dixit enim optima consilio Themis.) Dea est honestatis, & prouidentia ipsa diuina, Themis. Vt litem inter Iouem & Neptunum Thetios nomine diremerit Themis, enarrat, cui sit iungenda uiro, & qualem sit habitura prolem, ex Peleo nimirum Achillem uaticinans. h ℂ Meum quidem diuinum munus.) Hoc est, placet ex fato, ut Peleus Aeaci filius, Thetin uxorem habeat. i ℂ Iolcus.) Magnesiæ urbs. k ℂ Chironis nuncij.) Quandiu in antro Chironis Centauri in Thessalia cum Peleo uiuere debeat Thetis. l ℂ Virginitatis.) Virginitatis frenum soluere, est periphrasis primi concubitus. m ℂ Sic Saturni.) Epilogus uel conclusio mandatorum Themidis deæ. n ℂ Illi uero.) Iouem & Neptunũ obsequutos uoci & uoluntati Themidis. o ℂ Regem.) Hoc est, ipsum Iouem, per antonomasiam.

[a]Atqui sapientũ ora nouam Achillis uirtutem demonstrarunt, [b]quod & Mysium uitiferũ agrũ nigra Telephi cede aspergens cruentauit,

DIAERESIS VI.

[c]Fabricauitq; pontem in more Agamemnoni & Menelao reditum. [d]Helenam deinde soluit, Troianis uiribus hasta sua accisis: [e]quæ ipsam olim excellentẽ Memnonis uim, Hectoreq;, utrunq; magna in campo persequentẽ, aliosq; optimates è prælio homines perimente, liberabant. [f]Quibus omnibus [g]Proserpinæ domum denuncians

Achilles,

Achilles, mons Aecidarum, Aeginam suam ualde admirandam cõmonstrauit: [b]quem sanè nec morientem destituerunt hymni, cæterum iuxta pyram tumulumq́ʒ, [i]Heliconiæ uirgines ei astiterunt, multæq́ʒ famæ lamentum superfuderunt. [k]Visum est itaqʒ superis bonum uirũ, iamq́ʒ defunctum uita, hymnis dearum cõmendare.

a ℂ *Atqui sapientum ora.) Ad Achillis Pelei & Thetios filij uirtutum laudes pergit uates. Sapientum ora, periphrasis est poëtarum & historicorum.* *b* ℂ *Quod & Mysum.) Vt Achilles Mysiæ regem prohibentem ipsum à finibus suis, dum ad Troiam proficisceretur, interfecerit, est alibi enarratum: eius historiæ hic meminit, primũ insigne Achillis facinus ostendens, ipsam Telephi Mysiorum regis interemptionem.* *c* ℂ *Fabricauitq́ʒ.) Factum Achillis. Comparat autem reditum ponti: ut enim pons hominem per flumen transmittit, itidem Achilles, suis sudoribus & sanguine, Agamemnoni & Menelao pons fuit: hoc est, eos tutò in patriam post dirutam Troiam remisit.*

d ℂ *Helenam deinsoluit.) Insigne Achillis facinus.* *e* ℂ *Quæ ipsum.) Robur Achillis exaggerat. Vires Achillis liberarunt eum à Memnone & ab Hectore & alijs optimatibus, quos interemit manu sua.* *f* ℂ *Quibus omnibus.) Aeginam celebrem reddidit Achillis memorabilibus rebus suis gestis, ut qui à Peleo Aegineta propagatus sit.* *g* ℂ *Proserpinæ domũ.) Periphrasis regiæ Plutonis, seu inferni, uel mortis.* *h* ℂ *Quem sanè nec.) Achillis uirtutes etiam à Musis & poëtis post mortem prædicatas, potissimũ ab Homero, docet.* *i* ℂ *Heliconiæ uirgines.) Musæ sunt, quæ poëtarũ maxime Homeri carminibus & fatum deplorarunt, & fortia eius facta posteris fecere cognita.* *k* ℂ *Visum est itaqʒ.) Reiteratio est: idem enim dicitur, cum proxima Heliconiarum uirginum præsentia. Placuit superis, & ita diuina prouidentia digessit, ut Achilles à Musis celebraretur.*

DIAERESIS VII.

[a]Proinde etiamnum rationem fert, pronusq́ʒ est ac promptus [b]Musarũ currus, ut memoriam †pugilis uictoria celebris prædicet, ipsumq́ʒ honoret, qui [c]à Doricis selinis [d]Isthmiam coronam nactus est, postquam & ille iam Periclyonas ui-

†*uel pugilis Nicoclis.*

cit, manu sua uiros repellens turbansq́, quem boni patruelis generatio, nõ afficit ignominia. [e]Sertum præterea coætaneorũ quſpiam Cleandro, pancratij, cuius uictor euasit, nomine ex myrto nectat: [f]quoniam & Alcathoi certamẽ feliciter, ac [g]iuuentus antehac eum in Epidauro suscepit. hinc bonorum uirorum encomijs eum adhibet. Pubertatem enim suam minime ignauam, in palæstra honestatis rite formauit.

a ℭ *Proinde Musarum currus.*) *Epanodos est, redit enim ad uictoris Cleandri præconium.* *b* ℭ *Currus Musarum.*) *Est periphrasis poëtice. Lyrice mea uel poëtice mea desiderat & ardenter concupiscit euehere pugilem uictorem Cleandrum. Estq́; hic metaphora periphrasi mixta, dum currum Musarum poëticen appellat suã.* *c* ℭ *A doricis selinis.*) σέλινον *apiũ est. Primum autem ex apio corona nectebatur Isthmijs uictorijs, postea ex pinu data est, ut in origine Isthmiorũ explicatum. Doricis, hoc est, per Doricos subministratis, uel Corinthijs.* *d* ℭ *Isthmiam coronam.*) *Laus uictoris ab Isthmia corona seu uictoria Isthmia. Amphibolia tamen hic animaduertenda est, dubium enim num* νικόκλεος *sit proprium uel substantiuũ. Si proprium, tum uel Cleandri patruelis erit, uel sanguine iunctus, quem à pugilatu cõmendat. Sin* ἐπίθετον, *tum sententia erit, quã reddidi. Animus tamen inclinat, ut credam* νικοκλέος *esse nomen cuiusdam qui ad genus Cleandri pertineat.*

e ℭ *Sertum præterea.*) *Hic iam Cleandrum à pancratio laudat.*

f ℭ *Quoniam & Alcathoi.*) *A uictoria Alcathoiorũ. Sunt uero Alcathoia festa, quæ & Pythia nominantur, quæ agebantur Megaris, ab Alcathoo quodam, ut apparet, nomen habentia, de quibus in 5. Nemeorum: atq́; illis in ludis myrteas coronas datas ex hoc loco colligitur.* *g* ℭ *Iuuentus eum antehac.*) *De Epidauro & ludis Asclepieis, quæ illic aguntur, in 4. Pythiorũ nonnihil cõmemoratum. De hac Stephanus ita scribit: Epidaurus, inquit, ciuitas est prope Argos, quam alij* λειμηρὴν *dicunt, eo quod* λειμῶσι, *hoc est pratis abundet. Vocabatur etiam Melissia, & Hemera.* αἵμηρα, παρὰ τὸ αἱμάσσειν, *quod Aesculapij ara illic assiduo sacrorum & uictimarum sanguine maderet.*

ENARRATIONVM IO. LONICERI IN PINDARI ISTHMIA FINIS.

VOCVM ET RERVM ATQVE *sententiarum præcipuarum Index.*

A

Frenum;

INDICIS FINIS.

ADAGIA, QVAE *paßim in hoc opusculo reperiuntur.*

ERRATA.

Fol.17.*uer.*21.*& apud* Euripidem. 20.18.*nomine & nicet.* 28.26.*tri-stia.* 29.8.*antithesis.* 41.24.Hyperboreos. 43.20.θδύμοροι. 76.26.*oda-rum.* 86.14.*dispositione.* 101.23.Neoptolemus. 116.5.Abundæ. 119.12. *scriptus.* 134.17.στέδιον. 149.10.*intelligit.* 155.*uer.ult.delere.* 159.19. *siphones.* 175.20.*terram.* 232.14.*numeri,nom.* 234.*uer.à fine* 8.*certami-num.* 266.*uer.penult.fulmine.* 280.*uer.ult.citra.* 291.*in margine,eloquen-tiæ.* 305.*in marg.institutio.* 307.20.*puero.* 323.*uer.ult.*Aeacidarum. 325. *uer.penult.præterea.* 329.17.*ciuis hosp.* 333.10.*amore* Pelei. *uer.*14.Pe-*lij.* 414.13.*alta morte.* 439.7.*alterum.*

